

COLLECTIO MAXIMA
CONCILIORUM HISPANIÆ,
EPISTOLARUMQUE DECRETALIUM
CELEBRIORUM
A JOSEPHO CARDINALI DE AGUIRRE EDITA.

Nunc vero ad Juris Canonici Corporis exemplum nova methodo digesta, adhibitis novis perbrevibus adnotationibus.

A SYLVESTRO PUEYO,
ECCLESIÆ CATHEDRALIS BARBASTRENSIS CANONICO.

STATUS PRIMIGENIUS.

AMPLECTITUR CONCILIA USQUE AD GREGORII IX. COMPILATIONEM CELEBRATA.

PARS I.
QUÆ PERSONAS RESPICIT.

MATRITI MDCCLXXXIV.
Apud IOACHIMUM IBARRA S. C. R. M. Typogr.
SUPERIORUM PERMISSU.

EXCELLENTISSIMO DOMINO
D. FRANCISCO ANTONIO LORENZANA ET BUTRON,

ARCHIEPISCOPO TOLETANO, HISPANIARUM PRIMATI, CANCELLARIO MAJORI CASTELLÆ, EQUITI PRÆLATO MAGNÆ CRUCIS REGII ET PERILLUSTRIS ORDINIS HISPANI CAROLI III. REGIIQUE CONSILIARII &c. &c.

EX.^{me} DOMINE.

Ut hanc ego Hispanorum Canonum collectionem nomini Tuo auspicatissimo inscribere ausus sim, illud me præsertim impulit, quod eam vel adhuc mente conceptam probaveris, mihique de mea merito diffidenti exilitate vires animumque infuderis; ita ut unus egeris, quod ego in obscurissimo loco nuper latitans opus hoc concinnare possem. Neque enim aliud sperandum erat a Te, qui bonarum artium cultores, quicumque illi sint, non dedignaris juvare, tueri, quin et amplecti, atque in tuam recipere clientelam; a Te inquam qui vetustissimam ecclesiastici officii Regulam quæ quondam in Hispania nostra viguit, et hodiedum in Primariæ Ecclesiæ Tuæ sacello Mozarabico obtinet, a pluribus expurgatam mendis pristino decori restitutam prælo dedisti. Aliud tandem sperandum non erat a Te, cui nihil magis in deliciis est, quam de antiquis Ecclesiæ nostræ Patribus colloqui, sparsa eorumdem opera perquirere et colligere, uti reipsa in codicem congesta publicæ luci committere pergis, de purissimis conciliorum nostrorum canonibus disserere, de primigenia Hispanæ Ecclesiæ discipli-

na revocanda cogitare. Probe scio nullam Tibi adeo faustam felicemque fore diem, quam quæ instauratam septimi Ecclesiæ nostræ sæculi disciplinam exhiberet. At ego, cui non licet hanc tibi fortunatissimam parare sortem, imaginem saltem antiquæ Hispanæ Ecclesiæ oculis subjicio. Videbis hic Montanos Tuos, Helladios, Eugenios, Ildephonsos, Julianos, quorum nomina ipsa vel audire sine incredibili animi Tui voluptate non potes. Intueberis tuam Primatis dignitatem, metropolitarum, episcoporum, immo uniuscujusque hierarchiæ ecclesiasticæ ordinis discreta jura. Suspicies sacramentorum, et rei divinæ peragendæ definitam methodum, rerum ecclesiæ ministrandarum ac distribuendarum formam institutam. Cernes prudentissimam illam delicta judicandi ac puniendi regulam præscriptam; uno verbo, universam Hispanæ Ecclesiæ disciplinam in tua præsertim Toletana Sede, agentibus Tuis potissimum præstantissimis prædecessoribus constitutam. Interea unum optandum erat, ut nostræ ætatis adolescentes disciplinis ecclesiasticis imbuendi ad hoc obsoletum prope jam Conciliorum Hispaniæ studium allicerentur, ex quo uberrimos Hispana Ecclesia fructus capere posset, et clerici mores suos ad nostrorum canonum præscriptum componerent. Quæ omnia eventura aliquando esse non dubito, si hujuscemodi studii genus studiosorumque conatus tua ista singulari munificentia, liberalitate, humanitate, numquam non fovere pergas.

Ex.^me^ Domine.

Tibi addictiss. et observantiss.

Sylvester Pueyo.

LE-

LECTORI COLLECTOR.

Quum Conciliorum ego Hispaniæ collectionem erudiendis in disciplina nostra ecclesiastica adolescentibus aptare diu mecum ipse cogitaverim, nulla tandem mihi magis idonea apparuit methodus, quam ea qua libris et titulis collectio ipsa partiretur, methodo sane non absimili ab illa quam post Dionysium Exiguum, in sua *Concordantia discordantium canonum* sequutus est Gratianus, istoque longe præstantius Raymundus Pennafortius, Decretalium Gregorii IX. compilator. Hujus quidem vestigiis inhærentes Hispaniarum Patres, peculiarem nonnulli collectionem ex propriis conflatam canonibus efformare curarunt. Ex his primus fuisse videtur Alphonsus ab Aragonia, metropoliticæ Cæsaraugustanæ Ecclesiæ administrator, qui sparsas provinciales et diœcesanas constitutiones, Gregorii IX. compilationis titulos æmulatus, collegit an. 1498. Alias itidem synodalium decretorum collectiones, eodem concinnatas ordine ediderunt idem Alphonsus an. 1517. Joannes de Aragonia an. 1520. Fediricus a Portugallia an. 1532. et Ferdinandus ab Aragonia an. 1539. A quibus fortassis edocta Tarraconensis provincia, primum provincialium sanctionum volumen, eadem ipsa methodo digestum, edidit an. circiter 1556, sub Hieronymo de Auria Card. et ejusdem ecclesiæ archiepiscopo, quod quidem perfecit auxitque vir cl. Antonius Augustinus an. 1580. atque ultimam ei manum apposuit Joannes Teres an. 1591.

In hanc itaque congerendorum canonum rationem, quæ inter alia, illud potissimum commodi secum affert, ut universam Hispaniæ nostræ disciplinam in unoquoque titulorum luculenter expressam oculis legentium subjiciat, vel eo maxime animum intendi, quod in *Collectione Maxima* Card. de Aguirre, et in volum. I. *Antiquitatis Ecclesiæ Hispanæ* Cajetani Cennii Indicem quemdam, seu si mavis *repertorium* invenerim, eo pacto exaratum, ut totus index in decem libros, libri in titulos, tituli in quædam veluti capita dividantur, quorum unumquodque sententiam præsefert, et lectorem ad alterum ex conciliis revocat, quæ in se collectionem continuisse deprehendimus. Hæc igitur collectio, quam in Hispania viguisse Cennius existimat, quatuor conciliis generalibus, Orientalibus ante Chalce-

 do-

donense habitis, Africanis, Gallis, Hispanis, et præsertim Toletanis a V. ad XVI. atque etiam decretalibus epistolis Romanorum Pontificum a Damaso usque ad Gregorium Magnum digesta erat, eo tamen ordine ut unaquæque vel synodus vel epistola decretalis unum videatur constituisse collectionis caput, uti perspicere est in analysi ab industrio Cennio elaborata. *Ibid. in Præfat.* §. *12.*

Quisnam fuerit hujus collectionis auctor, quam ex indice auguramur, ut ita dicam, extitisse, omnino nos latet. Cennius loco laudato eam S. Isidoro Hispalensi tribuit; neque id ego negare audeo, neque gloriam ab extero homine hispanis propinatam respuere, at contendo, ultimam ei manum ab alio adjectam fuisse, quum in ea concilia Toletana ad V. ad XVI. Sancti Isidori ævo posteriora recenseantur. Hinc colligere est absolutam fuisse hujus collectionis efformationem inter diem secundam Maii an. 693. quo habitum est concilium Tolet. XVI. et nonam Novembris, an. 694. quo coactum est Tolet. XVII. non enim verosimile est, Toletani XVII. canones prætermissurum esse collectorem, si revera illud suo jam tempore fuisset celebratum. Vide sis *Diatrib. Isagog.* Instit. Laur. Selvag. nuper edit. Matrit. hoc ipso an. 1784.

Quæ quum ita sint, non erit difficile cuiquam intelligere, ecclesiam hispanam, quippe cui non deerat propria canonum collectio, quæque in dies additis fortasse novis conciliorum canonibus, lucupletior redibat, nullam exteram collectionem agnovisse, immo neque ipsam Dionysii Exigui, quum Martinus Bracharensis brevem illam canonum synopsim concinnaturus, græcos canones prave redditos, turpiterque deformatos invenisse conqueratur, et hujusmodi translationis vitia cadere non possint in collectionem Dionysii, quem græci sermonis peritissimum describit Cassiodorus *Divin. lect.* cap. 23. quin et in nostra collectione eodem ordine ac numero canones descripti erant, quo in suo continebantur autographo, ut evincitur ex memorato indice, ex concilio Toletan. XII. can. 4. ex Fragm. Codicis Wigilani apud Aguirrium volum. 1. pag. 227. edit. Rom. an. 1753. et ex historia Wambæ regis in Florezii *Hisp. Sacræ* tom. 6. Dionysius vero eos canonibus numeros aptat, qui sibi ad propositum magis congruere videntur.

Sa-

Sane index non alia videtur conscriptus esse mente, nisi ut ingens concillorum opus, quod alioqui terrorem sua mole studiosis inderet, facillime evolvi posset, atque sparsa conciliorum scita, uno quasi ictu oculi perlustrata, optatum usum vigoremque reciperent. Eodem ego permotus consilio, hanc tibi exhibeo collectionem, non quæ concilia eodem, quo celebrata sunt ordine, sed quæ canones per materias digestos comprehendat.

Habet igitur collectio hæc concilia omnia, quæ in Hispania habita sunt, et celebriores Romanorum Pontificum epistolas ad Hispaniarum Patres missas, adjectis quoque canonibus, quos Martinus Bracharensis in suam digessit collectionem, quam quidem laudatus index, *Excerpta Martini*, et perperam Gratianus *Concilium Martini Papæ* appellant, quippe quæ licet ex conciliis Græcis, Carthaginensibus, Arelatensibus, et capitularibus regum Francorum, paucis ex Tolet. I. et Brach. I. depromtis, conflata sit, ea tamen hispani usitati sunt ut quæ esset ad disciplinæ nostræ mores accommodata, id quod colligitur ex *Ordine celebrandi Concilii* præfati codicis Wigilani. In ea vero efformanda Cardinalem de Aguirre insequi omnino duxi, tanta profecto religione, ut ne latum quidem unguem ab ea discedere decreverim, ab ea inquam, cujus auctor pretiosiora antiquitatis Hispanæ monumenta perlegit.

Tota operis series in duos tribuitur status, quorum primus quem tibi nunc exhibeo, vetustam et primigeniam ecclesiasticam disciplinam nostram comprehendit, canones videlicet conciliorum, quæ ante Gregorii IX. compilationis evulgationem habita sunt, atque id ea de caussa factum est, quod ex eo tempore nova cœperit ecclesiæ facies apparere. Status hic tribus dispertitur partibus, in quorum prima agitur de personis, in secunda de rebus, in tertia de actionibus; unaquæque ex his partibus in libros, libri in titulos, tituli que in capita dividuntur.

Quum autem sæpe contingat, ut in uno eodemque canone de diversis agatur argumentis, hinc fit, ut vel integer, vel ut in frusta dissectus, in binis aut pluribus producatur titulis, at non sine apposita ad calcem uniuscujusque capitis *remissione*. Aliquando summariis conciliorum (epigraphes vocant) plura adjiciuntur vocabula; nonnulla etiam interseruntur, ut perspicua fiat ca-

canonis sententia, id quod diverso notatur caractere; immo ubi non extant, summaria ex integro efformare constitui, eaque tunc post capitulorum numerum, ante notam concilii unde canon deductus est, apponuntur. Ad hæc nullam, quod sciam, ex variantibus lectionibus a Card. Aguirre ad marginem subjectis omisi, illasque etiam voces, in quibus hujus a Petri Crabbe collectione differt, addidi; atque adeo canones quos Gratianus in suum transtulit decretum adnotavi. Quod si mihi in meis laboribus aliarum quoque collectionum copia fuisset, dedissem operam, ut nihil diligentiæ in hac parte a me fuisset desideratum. Tum vocibus, aut locutionibus, quibus intricatior redditur canonum notio, brevis quædam adhibetur explicatio, certoque sine injuria asserere audeo, nullum fere inveniendum esse vocabulum, quod non ea luce respergatur, quæ ad canonis penitius percipiendam sententiam satis, ut puto, esse non possit; eoque consilio leges etiam indicare curavi, quibus utuntur nonnumquam concilia nostra, tum Codicis Theodosiani, tum Libri Judicum, eumque nomino non sub hoc primigenio titulo *Libri Judicum*, sed sub titulo *Fori Judicum*, *Fuero Juzgo*, qua quidem hispana appellatione, quæ generatim obtinet, et qua ego quoque usus sum, hujusmodi codicis versio dignoscitur. Id etiam scias oportet, quod licet antiqui conciliorum collectores omnia concilii Bracharensis I. decreta sub eadem numerorum serie describant, at jure merito Aguirrius diverso numerorum ordine anathematismos a reliquis ejusdem concilii sancitis secernat, nulla illis adjecta nomenclatura, illos ego canonum, hos autem capitum appellatione designare decreverim. Postremo te monitum vellem, quod quum ex epistola Vigilii P. ad Profuturum Brachar. haud facile sit intelligere, de cujus anni Paschate loquatur, an de ipsius quo scripta fuit, an de anni sequentis, in primam dubii partem propenderim in cap. 4. *de Missæ et Officii &c.* in secundam vero in cap. 8. de *Festis diebus*. Si meum hunc, qualis qualis fuerit, laborem tibi placere et prodesse persentiam, nulla res profecto mihi jucundior esse poterit.

LI-

LIBRORUM ET TITULORUM INDEX.

PARTIS PRIMÆ.

Liber I. de Ecclesiastica hierarchia.

Liber II. de Vita, et privilegiis clericorum.

Li-

Liber III. de Statu monachorum.

Liber IV. de Regibus, et proceribus.

PARTIS SECUNDÆ.

Liber I. de Fide catholica.

Liber II. de Sacramentis.

TIT.

Liber III. de Ecclesiis, ecclesiæ bonis, et ecclesiæ solemniis.

PARTIS TERTIÆ.

Liber I. de Conciliis.

Liber II. de Judiciis.

Liber III. de Delictis, et pœnis.

COL-

COLLECTIO MAXIMA
CONCILIORUM HISPANIÆ.

TITULUS PRIMUS.

DE ROMANO PONTIFICE.

CAP. I.

SIRICIUS PAPA Hicmerio Tarraconensi respondet ad ea, de quibus prædecessoris Damasi sententiam postulaverat.

Ex epistola ejusdem Siricii anno 385. in exordio et in epilogo.

SIRICIUS Hicmerio Tarraconensi Episcopo salutem. Directa ad decessorem nostrum sanctæ recordationis Damasum fraternitatis tuæ relatio, me jam in sede ipsius constitutum quia sic Dominus ordinavit, invenit: quam quum in conventu fratrum solicitius legeremus; tanta invenimus, quæ reprehensione, et correptione sunt digna, quanta optaremus laudanda cognoscere. Et quia necesse erat, nos in ejus [1] laboribus curisque succedere, cui per Dei gratiam successimus in honore, facto, ut oportebat, primitus meæ provectionis [2] indicio, ad singula, prout Dominus aspirare dignatus est, consultationi tuæ responsum competens non negamus; quia pro officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus major cunctis christianæ religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium qui gravantur; quin immo hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus, qui nos in omnibus, ut confidimus, administrationis suæ protegit, et tuetur heredes....

Explicuimus, ut arbitror, frater carissime, universa quæ digesta sunt in querelam, et ad singulas caussas, de quibus per filium nostrum Bassianum presbyterum, ad Romanam Ecclesiam, utpote ad caput tui corporis retulisti, sufficientia, quantum opinor, responsa reddidimus. Nunc fraternitatis tuæ animum ad servandos canones [3] et tuenda decretalia constituta magis ac magis incitamus, ut hæc

1 *Al.* labores curasque.

2 *Al.* judicio.

3 *Al.* et tenenda.

quæ

quæ ad tua consulta rescripsimus, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem; et non solum eorum, qui in tua sunt diœcesi constituti, sed etiam ad universos Carthaginenses, [1] ac Bæticos, Lusitanos, atque [2] Gallicos [a], vel eos [3] qui vicinis tibi collimitant hinc inde provinciis, hæc quæ a nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub literarum tuarum prosecutione mittantur. Et quamquam statuta sedis apostolicæ, vel canonum venerabilia definita nulli sacerdotum Domini ignorare sit liberum, utilius tamen, [4] atque pro antiquitate sacerdotii tui, dilectioni tuæ esse admodum poterit gloriosum, si ea quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per unanimitatis tuæ solicitudinem in universorum fratrum nostrorum notitiam perferantur, quatenus et quæ a nobis non inconsulte, sed provide sub nimia cautela et deliberatione sunt salubriter constituta, intemerata permaneant, et omnibus in posterum excusationibus aditus, qui jam nulli apud nos patere poterit, obstruatur. Data tertio Idus Februarii, Arcadio et Bautone viris clarissimis consulibus. *Partem vide cap. 1. de Sedis apostol. Vicar.*

1 *Al.* atque Bæticos.
2 *Al.* Gallicanos.
3 *Al* qui in vicinis tibi colliminant.
4 *Al.* et pro antiquitate.

CAP. II.

INNOCENTIUS I. in exordio epistolæ ad Episcopos synodi Toletanæ ann. 402. [b]

De dissensione corruptaque disciplina ecclesiarum Hispaniæ.

INNOCENTIUS universis episcopis [5] in Tolosana synodo constitutis, dilectissimis fratribus in Domino salutem. Sæpe me et nimia quum teneret cura solicitum super dissensione et schismate ecclesiarum, quod per Hispanias latius in dies serpere, et citatiore gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emersit, quo non posset emendatio tanta differri, et deberet congrua medicina provideri. Nam fratres nostri, coepiscopus Hilarius, et Elpidius presbyter, partim unitatis amore permoti, partim qua laborat provincia pernicie, ut oportuit, excitati, ad sedem apostolicam commearunt, et in ipso sinu fidei violatam intra Provin-

5 *Al.* in Toletana.

a Quinque videntur fuisse tunc ecclesiasticæ provinciæ in Hispania.
b Usque ad an. 417. quibus tenuit Pontificatum Innocentius; caret quippe Consulatus nota epistola hæc.

vinciam pacem, [a] disciplinæ rationem esse confusam, et multa contra canones patrum contempto ordine regulisque neglectis, in usurpatione ecclesiarum fuisse commissa, [b] nec concordiam, in qua fidei nostræ stabilitas tota consistit, posse retineri, cum dolore et gemitu prosecuti sunt. Quæ in consessu presbyterii [c] actorum confectione retinentur, et possunt vobis lectione monstrari.

CAP. III.

LEO MAGNUS Turibio Asturicensi respondet, qui de renata Priscilliana hæresi apud eumdem conquestus erat.

Epistola ad eumdem Turibium an. 447. in exordio.

LEO Episcopus Turibio Episcopo salutem. Quam laudabiliter pro catholicæ fidei veritate movearis, et quam solicite dominico gregi devotionem officii pastoralis impendas, tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrant; quibus notitiæ nostræ insinuare curasti, qualis in regionibus vestris [1] de antiquæ pestilentiæ reliquiis errorum morbus exarserit. Nam et epistolæ sermo, et commonitorii series, et libelli tui [2] textus eloquitur, Priscillianistarum [3] fœtidissimam apud vos recaluisse [4] sentinam. Nihil est enim sordium in quorumcumque sensibus impiorum, quod in hoc dogma non confluxerit, quoniam de omnium terrenarum opinionum luto multiplicem [5] sibi fæculentiam commiscuerunt, ut soli totum biberent, quidquid alii ex parte gustassent.

1 *Al.* de antiquis.

2 *Al.* textus demonstrant.

3 *Al.* fædissimam.

4 *Al.* sententiam.

5 *Al.* sibi fæcem.

Denique si universæ hæreses, quæ ante Priscilliani tempus exortæ sunt, diligentius retractentur, nullus pæne invenitur error, de quo non traxerit impietas ista contagium, quæ non contenta eorum recipere falsitates, qui ab Evangelio Christi sub Christi nomine deviarunt, tenebris etiam paganitatis immersit, ut per magicarum artium profana secreta, et ma-

a Eo quod Carthaginenses et Bætici nollent communicare Gallicanis, uti colligitur ex cap. 1. et 3. hujus epist. in part. 3. *de Schismate*, cap. 1. et 2. quamvis hi ab hæresi Priscilliana conversi, fuerint in communionem recepti in syn. Tolet. Vide *Sent. definit.* in parte 3. de *Hæres. abjurat.* cap. 1.

b Vide sis cap. 2. 4. 6. hujus epist. *de Episcop. elect.* cap. 2. et 3. et parte 2. de *Bigamis*, cap. 6.

c In archivo synodi seu cœtus presbyterorum, qui una cum Romano Pontifice caussas agitabant, et unde epistolæ, quæ synodaticæ dicebantur, emanabant.

mathematicorum vana mendacia religionis fidem, morumque rationem in potestate dæmonum, et in [1] affectu siderum collocarent. Quod si et credi liceat et doceri, nec virtutibus præmium, nec vitiis pœna [2] debebitur, omniaque non solum humanarum legum, sed etiam divinarum constitutionum decreta solventur, quia [3] nec de bonis nec de malis actibus ullum poterit esse judicium, si in utramque partem fatalis necessitas motum mentis impellit, et quidquid ab hominibus agitur, non est hominum, sed astrorum.

1 *Al.* effectu.
2 *Al.* debetur.
3 *Al.* neque de bonis.

Ad hanc insaniam pertinent prodigiosa illa totius humani corporis per duodecim cæli signa distinctio, ut diversis partibus diversæ præsideant potestates, et creatura, quam Deus ad imaginem suam fecit, in tanta sit obligatione siderum, in quanta est connexione membrorum. Merito patres nostri, sub quorum temporibus hæresis hæc nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, ut impius furor ab universa ecclesia pelleretur, quando etiam mundi principes [a] ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, ut auctorem ejus ac plerosque discipulos legum publicarum ense prosternerent. Videbant enim, omnem curam honestatis auferri, omnem conjugiorum copulam solvi, simulque divinum jus humanumque subverti, si hujusmodi hominibus usquam vivere cum tali professione licuisset. Et profuit diu ista districtio ecclesiasticæ lenitati; quæ etsi sacerdotali contenta judicio, cruentas refugit ultiones, severis tamen christianorum Principum constitutionibus adjuvatur, dum ad spirituale nonnumquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium.

Ex quo autem multas provincias hostilis occupavit irruptio, [4] exsecutionem legum tempestates [5] interdixere bellorum: ex quo inter sacerdotes Dei difficiles commeatus et rari cœperunt esse conventus, invenit ob publicam perturbationem secreta perfidia libertatem, et ad multarum mentium subversionem his malis est incitata, quibus debuit esse [6] correpta. Quæ vero illic aut quanta pars plebium a contagione pestis hujus aliena est, ubi, [7] sicut caritas tua indicat, letali morbo etiam quorumdam sacerdotum corda corrupta sunt, et per quos opprimenda falsitas, et defendenda veritas credebatur, per ipsos doctrinæ Priscilliani evangelium subditur Christi, ut ad profanos sensus pietate sanctorum voluminum depravata, sub nominibus Prophetarum et

4 *Al.* et executionem.
5 *Al.* interclusere.
6 *Al.* correcta.
7 *Al.* sicut dilectio.

a Vide tit. *de Hæreticis*, *Cod. Theod.*

et Apostolorum non hoc prædicetur, quod Spiritus Sanctus docuit, sed quod diaboli minister inseruit? Quia ergo dilectio tua fideli, quantum potuit, diligentia damnatas olim opiniones [1] decem et septem capitulis comprehendit, nos quoque strictim omnia retractamus, ne aliquid harum blasphemiarum aut tolerabile videatur, aut dubium.

1 *Al.* sedecim.

CAP. IV.

HILARIUS PAPA rescribit Episcopis Tarraconensis Provinciæ, apud quem de Silvano Calagurritano, et Irenæo Barcinonensi conquesti fuerant.

In epistola ejusdem ad Ascanium et reliquos Tarraconensis Provinciæ Episcopos an. 465. in exordio.

HILARIUS Episcopus Ascanio, et universis Episcopis Tarraconensis provinciæ. Postquam literas vestræ dilectionis accepimus, quibus præsumptiones Silvani Episcopi Calagurriensium ecclesiæ retundi petistis, et rursum Barcinonensium quæritis nimis illicita vota firmari; honoratorum et possessorum [a] Turiassonensium, Cascantensium, [2] Calagurritanorum, Virgiliensium [b], Triciensium [c], Legionensium [d], et Civitatensium [e] cum subscriptionibus diversorum, litteras nobis constat ingestas, per quas id, quod de Silvano querela vestra deprompserat, excusabant. Sed reprehensione justissima eorum pariter justa allegatio non carebat; quia præter conscientiam Metropolitani, fratris et coepiscopi nostri Ascanii, nonnullis civitatibus ordinatos claruit sacerdotes. Unde * quoniam, quidquid ab alterutra parte est indicatum, omni videmus perversitate confusum, temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere quod gestum est, ut nihil deinceps contra præcepta beati Apostoli, nihil contra Nicænorum canonum [3] constitutum tentetur.

2 *Al.* Calagurritanorum, Varegensium civitatis, *et reliq. omittunt.*

* Caus. 1. q. 7. can. 13. *Quoniam quidquid.*

1. *Timoth.* 3. *Nic. can.* 4. *et* 6.

3 *Al.* constituta.

a Qui honores, seu feuda possidebant, atque adeo illustres habebantur; id quod servis adscriptitiis non licebat.
b Melius: *Varegensium* ex *Varia* apud Berones.
c Ex *Tritio Metalo* apud eosdem Berones.
d Melius *Liviensium* ex *Livia*, *Olbia*, vel *Oliba* ibidem.
e Melius: *Verovescensium* ex *Burvesca*, *Virovesca*, *aut Briviesca* prope *Nageram.*

CAP.

CAP. V.

HORMISDAS PAPA rescribit Hispaniarum Episcopis, ut laxatam in Hispania disciplinam reformaret.

Epistola ejusdem ad universos Episcopos Hispaniæ an. 521. in exordio et in epilogo.

Dilectissimis fratribus, universis episcopis per Hispaniam constitutis Hormisdas. Benedicta Trinitas Deus noster, qui per misericordiam suam romanæ reipublicæ per universas partes suæ pacis tranquillitate diffusa, nobis quoque viam demonstrandæ circa nos invicem caritatis indulsit, ut qui cohæremus firmitate Fidei, jungamur quoque votiva jucunditate colloquii, quo facilius, dum per litterarum ministeria ad vos usque pertendimus, etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitemus; et [1] dum dilectionis nostræ pignus reddimus velut quoddam debitum, plenum circa Deum monstremus affectum. Jungamus igitur, dilectissimi fratres, continuas et humiles preces, et Dominum nostrum oris et cordis lacrymis supplicantes, jugi deprecatione poscamus, ut [2] et in institutione, et opere illi cujus esse membra cupimus, hæreamus; nec umquam ab illa via, quæ Christus est, devio tramite declinemus, ne ab eo juste, quem nos impie relinquimus, deseramur. Quod cum superni favoris auxilio ea nobis potest ratione contingere, si apostolica dogmata, si patrum mandata servemus. Dicit enim Dominus noster: *Qui diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.* Et licet hæc possint generaliter dicta sufficere, ut vel declinemus errata, vel custodiamus catholica constituta; tamen quia Joannis fratris et Coepiscopi nostri nobis insinuatione vulgatum est, contra canonum reverentiam nonnulla præsumi, periculum quod doctoribus imminet de taciturnitate, declinans, & prophetica voce compunctus, qua dicitur: *Loquere, ne taceas*, generalibus edicendum credidi constitutis....

Hæc, fratres carissimi, et alia, quæ patrum regulis continentur, in labiis et in cordibus nostris indivisa retractatione meditemur; et sicut scriptum est: *Narremus ea filiis nostris, ut ea meditentur in cordibus suis, sedentes in domo,* am-

1 *Al.* dum dilectioni spei nostræ.

2 *Al.* et institutione.

Joan. 14. *v.* 23.

Ezech. 24. *v.* 27.

Deuter. 6. *v.* 7.

ambulantes in itinere, dormientes, atque surgentes. Quia *beatus in Domino, qui in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Hoc et magister gentium, discipulum suum sequutus, instituit, admonens: *Hæc meditare, in his esto.* [1] Et subjiciens plenitudinem: *Attende tibi et doctrinæ,* [2] inquit; quia si fidelibus sine intermissione incumbimus institutis, separamur a vitiis, dum impensa cura divino operi, humano locum non relinquit errori. Data IV. Nonas Aprilis, Agapito [a] viro clarissimo Consule.

Psal. 1. v. 2.

1. Tim. 4. v. 15. et 16.
1 Al. *esto.* subjiciens.
2 *Al. deest:* inquit.

CAP. VI.

VIGILIUS PAPA Profuturo Bracharensi respondit, cui nonnulla de Fide et disciplina declaranda rogaverat.

Epistola ejusdem Vigilii an. 538. in exordio.

Directas ad nos tuæ caritatis epistolas, plenas catholicæ 3 inquisitionis solicitudine, gratanter accepimus, benedicentes Dei nostri clementiam, quia tales in extremis mundi partibus dignatur suis ovibus providere pastores, per quos et pascuis valeant 4 salutaribus et ab antiqui hostis rapacitate servari, ut insidias nequeant ejus subreptionis incurrere. Unde certum est, quia promissæ vos beatitudinis gratia subsequatur, quando a vobis cælestium perfectio doctrinarum tam votiva sciscitatione perquiritur. Scriptum est enim: *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.* Hoc igitur, frater carissime, propositum tuæ consultationis tota mente tractantes, de te quoque provenire 5 contendimus, qui regulam catholicæ fidei eisdem studes tenere vestigiis, quibus eam in apostolica 6 fide cognoscis esse fundatam. Et quamvis sonus eorum toto orbe diffusus, et usque ad fines orbis terræ verba eorum distenta, dilectionis tuæ corda Christo probaverint esse fidelia; tamen si quid ex his in ecclesia, quæ tuæ gubernationi, Deo auxiliante, commissa est, nec dum plena luce claruerit, ad eumdem fontem, de quo illa salutaris manarat lympha, recurritis, 7 quod debita caritate sumus amplexi, quia fiducialiter de his, unde apud eos observantiam esse dixistis

3 *Al.* inquisitionis et solicitudinis.

4 *Al.* salutaribus abundare et ab iniqui lupi rapacitate.

Psal. 118. v. 2.

5 *Al.* confidimus.

6 *Al.* Sede.

7 *Al.* id est, quod.

a Consulatu Valerii et Justiniani, quorum coadjutor fuit Agapitus.

stis ambiguam, nostra voluistis responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in Domino salutantes, de singulis, quid juxta catholicam disciplinam teneat apostolicæ sedis auctoritas, subjectis aliquibus etiam sanctarum capitulis regularum, te credimus instruendum [a].

TIT. II.

DE SEDIS APOSTOLICÆ VICARIIS AC LEGATIS.

CAP. I.

Tarraconensi Episcopo cura demandatur, ut Apostolicæ sedis decreta ad aliorum Hispaniæ Episcoporum notitiam transferat.

Ex epistola Siricii Papæ ad Himericum Tarraconensem anno 385. in epilogo.

1 *Al.* et tenenda.
2 *Al.* atque Bæticos.
3 *Al.* Gallicanos.
4 *Al.* qui in vicinis tibi colliminant.
5 *Al.* et pro antiquitate.

NUNC fraternitatis tuæ animum ad servandos canones, [1] et tuenda decretalia constituta magis ac magis incitamus, ut hæc, quæ ad tua consulta rescripsimus, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem, et non solum eorum, qui in tua sunt diœcesi constituti, sed etiam ad universos Carthaginenses, ac [2] Bæticos, Lusitanos, atque [3] Gallicos, vel eos [4] qui vicinis tibi collimitant hinc inde provinciis, hæc, quæ a nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub literarum tuarum prosecutione mittantur. Et quamquam statuta sedis apostolicæ, vel canonum venerabilia definita nulli sacerdotum Domini ignorare sit liberum, utilius tamen [5] atque pro antiquitate sacerdotii [b] tui dilectioni tuæ esse admodum poterit gloriosum, si ea, quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per unanimitatis tuæ solicitudinem in universorum fratrum nostrorum notitiam perferantur; quatenus et quæ a nobis non inconsulte, sed provide sub nimia cautela et deliberatione sunt salubriter constituta, intemerata permaneant, et omnibus in posterum excusationibus aditus, qui jam nulli apud nos pate-

a Epilogum data opera prætermittimus, quippe qui dubiæ auctoritatis creditur.
b Respicit igitur personam, non locum.

tere poterit, obstruatur. Data 3. Idus Februarii, Arcadio et Bautone viris clarissimis consulibus. *Vide sis cap. 1. de Rom. Pontif.*

CAP. II.

Romanus Pontifex Turibio Episcopo Asturicensi munus injungit, ut ipsius decreta ad Hispaniæ Episcoporum notitiam deferantur.

LEO MAGNUS *epistola ad Turibium Asturicensem an. 447. in fine.*

Dedimus itaque literas ad fratres et coepiscopos nostros Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicos, eisque concilium synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis solicitudinem pertinebit, ut nostræ ordinationis auctoritas ad prædictarum provinciarum episcopos deferatur; si autem aliquid, quod absit, obstiterit, quominus possit celebrari Generale Concilium, Galliciæ saltem in unum conveniant sacerdotes, quibus [1] congregatis fratres nostri Idacius, et Ceponius imminebunt [a] conjuncta cum eis instantia tua, quo citius vel provinciali conventu remedium tantis vulneribus adferatur. *Vide cap. 1. de Convoc. concil.*

1 *Al.* congregandis.

CAP. III.

SIMPLICIUS PAPA *in epistola ad Zenonem Spalensem Episcopum.*

Committit illi vices apostolicæ sedis in omnibus Hispaniarum Ecclesiis.

Dilectissimo fratri Zenoni SIMPLICIUS. Plurimorum relatu comperimus, dilectionem tuam fervore Spiritus Sancti ita te Ecclesiæ gubernatorem existere, ut naufragii detrimenta, Deo auctore, non sentiat. Talibus idcirco gloriantes indiciis, congruum duximus, vicaria sedis nostræ te auctoritate fulciri, cujus vigore munitus, apostolicæ institutionis decreta, vel Sanctorum terminos Patrum nullo modo transcendi permittas; quoniam digna honoris remune-

a Præsto aderunt.

neratione cumulandus est, per quem in his regionibus divinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

CAP. IV.

HORMISDAS PAPA in epistola ad Sallustium Episcopum Spalensem.

Sallustius apostolicæ sedis vicarius constituitur per Bæticam, et Lusitaniam. [a]

Carissimo fratri Sallustio HORMISDAS. Suscipientes plena fraternitatis tuæ votiva gratulatione colloquia, quæ nos geminæ salutis tuæ lætificarūnt indicio, siquidem retulerunt, te corporali cum spiritualibus officiis incolumitate subnixum, congruum esse perspeximus, hanc ipsam, quam mente gerimus, [1] expedire lætitiam. Edidisti enim boni documenta Pontificis, dum et prædicanda facis, et ea suadere non differs. Prærogativam de nostri sumpsimus electione judicii, quando id te sponte [2] amplecti, didicimus, quod ceteris imperamus. Oramus siquidem [3] Divinam Clementiam cunctos agnoscere, et hæc ad studia ecclesiasticæ pacis instrumenta transmisimus. Tu vota nostra et fideli intelligentia percepisti, et officii protinus devotione complesti, cunctis fratribus innotescens, quæ per cælestem gratiam cunctis profutura cognoveras. Suffragantibus igitur tibi tot meritis piæ solicitudinis et laboris, certe jam delectat injungere, quæ ad nostri curam constat officii pertinere, ut Provinciis tanta longinquitate disjunctis, et nostram possis exhibere personam, et Patrum regulis adhibere custodiam. Vices itaque nostras per Bæticam Lusitaniamque Provincias, salvis privilegiis, quæ Metropolitanis Episcopis decrevit antiquitas, præsenti tibi auctoritate committimus, augentes tuam hujus participatione ministerii dignitatem, relevantes nostras ejusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri, quem jam probavimus cautius universa servare, gratius tamen esse solet, si iterum trames ostendatur, et [4] laboris injunctio superius forma-

1 *Al.* verbis aperire lætitiam.

2 *Al.* operari.

3 *Al.* Divina beneficia.

4 *Al.* laboratoris.

a Profecto Romani Pontifices in decorandis Zenone et Sallustio, Hispalensibus, Vicariatus dignitate, ad personæ dotes respexerunt, ut ex ipsis epistolis evincitur, non ad Ecclesiam.

mata monstretur. Paternas igitur regulas, et decreta a Sanctis definita conciliis, [1] omnibus servanda mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam fraternæ monitu exhortationis extendimus. His ea, qua dignum est, reverentia custoditis, nullum relinquit culpæ locum, nec sanctæ observationis obstaculum. Ibi fas nefasque præscriptum est: ibi prohibitum ad quod nullus audeat aspirare, ibi concessum quid debeat mens Deo placitura præsumere. Quoties universalis poscit religionis caussa, ad concilium te cuncti fratres evocante conveniant; et si quos eorum specialis negotii pulsat [2] contentio, jurgia inter eos oborta compesce, discussa sacris legibus determinando certamina. Quidquid autem illis pro fide et veteribus constitutis, vel provida dispositione præcipies, vel personæ nostræ auctoritate [3] formabis, totum ad scientiam nostram instructæ relationis attestatione [4] perveniat, ut noster animus officii caritate dati, et tuus securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

1 *Al.* ab omnibus.

2 *Al.* intentio.

3 *Al.* firmabis.

4 *Al.* perveniat, voluntate tuus animus officiis caritate datis et hujus decreti securitate perfruatur acceptis.

TIT. III.

DE PRIMATE.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano an. 303. can. 58.

De his, qui communicatorias literas [5] portant.

PLACUIT, [6] ubicumque, & maxime in eo loco, [7] in quo primæ cathedræ constitutus est episcopus, [a] ut interrogentur hi, qui communicatorias [b] literas tradunt, an omnia recte habeant, et suo [8] testimonio comprobent

5 Al. *portant, ut de fide interrogentur.*

6 *Al.* placuit ubique.

7 *Al.* in quo prima cathedra constituta est episcopatus.

8 *Al.* testimonio comprobati.

a *Hoc est*: Maxime in ea civitate, in qua est dignior Provinciæ Episcopus.

b Ecclesiasticas, Canonicas, Pacificas, seu potius Commendatitias, quibus exhibitis ad pacem et communionem admittebantur fideles exteri.

CAP. II.

Toletanus Præsul totius Carthaginensis, et Carpentaniæ Provinciæ Primas enunciatur.

Ex Concilio Toletano an. 610.

Tali ergo dispositione necessarium contuentes, ob studium nostri ordinis communi electione decrevimus, congruum esse provida dispositione judicium, fatentes hujus sacrosanctæ Toletanæ Ecclesiæ sedem Metropolitani nominis habere auctoritatem, eamque nostris Ecclesiis et honoris anteire potestate, et meritis. Cujus quidem principatus nequaquam collationis nostræ conniventia nuper eligitur, sed jam dudum existere antiquorum patrum synodali sententia declaratur; ea dumtaxat concilii forma, quæ apud Sanctum Montanum episcopum in eadem urbe legitur habita [a]. Proinde ergo dispositionem nostram instructæ collationis definitione celebrantes, elegimus; ne quis ultra comprovincialium sacerdotum inani ac perversa contentione obnitatur, hujus sacrosanctæ ecclesiæ Toletanæ Primatum contemnere, neque pervicaci schismatum studio ad summos sacerdotalium infularum ordines, remota hujus sedis potestate, a nobis quempiam, sicut hactenus factum est, provehere. Talem itaque specialiter a nobis ac successoribus nostris deferri dignitatis honorificentiam huic Ecclesiæ pollicemur, qualem in decretis sanctorum conciliorum beatissimi Patres Metropolitanis Ecclesiis decreverunt. Hujus ergo et nos reverentiæ observationem fideli custodia pollicemur; hujus honorificentiam conservare diligenti prospectu a successoribus nostris per metas sequentium ætatum volumus. Sane quicumque ex nobis, vel successoribus nostris hæc statuta transcenderit, anathema sit Domino nostro Jesu Christo, atque culmine sacerdotali dejectus, perpetuæ excommunicationis sententia prædamnetur.

a Fortasse Syn. Tolet. II. post Canonem 5. in qua jus asseritur Montano, quod convocaret et præesset Conciliis Toletanis. *Vide sis cap. 8. de Metropolitis.*

CAP.

CAP. III.

Episcopi Toletanæ civitati viciniores, pro reverentia Principi, et obsequio Metropolitanæ Cathedræ deferendo, convenire tenentur singulis per annum mensibus in eamdem civitatem, prout ipsis idem Metropolita præscripserit.

Ex Concilio Toletano VII. an. 646. can. 6.

Id etiam placuit, ut pro reverentia Principis ac regiæ sedis honore, vel Metropolitani civitatis ipsius consolatione convicini [1] Toletanæ sedis Episcopi, juxta quod ejusdem Pontificis admonitionem acceperint, singulis per annum mensibus in eadem urbe debeant commorari, [2] messivis tamen, ac vindemialibus feriis relaxatis [a]. *Eumdem vide in cap. 14. de Obedient. fidelit. et obsequio &c. et quæ sequuntur in cap. 5. de Apprecat. pro Rege.*

1 *Al.* Toletanæ urbis episcopi, qui ejusdem.

2 *Al.* messivis, ac vindemialibus.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano XII. an. 681. can. 6.

De concessa Toletano Pontifici generalis synodi potestate, ut [3] episcopi alterius provinciæ, cum conniventia Principum in Urbe Regia [4] ordinentur.

3 Al. *episcopus.*

4 Al. *ordinetur.*

Illud [•] quoque [5] collationi mutuæ decernendum nobis occurrit, quod in quibusdam civitatibus decedentibus Episcopis propriis, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima [6] creatur et officiorum divinorum offensio, et ecclesiasticarum rerum [7] noscitur perditio. Nam dum longe lateque diffuso tractu terrarum, commeantium impeditur celeritas nunciorum, quo aut non queat Regis auditibus decedentis præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi libera Principis electio præstolari, [8] nascitur semper et nostro ordini de relatione talium difficultas, et regiæ potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis Pon-

• *Can. 25. D. 63.*

5 *Al.* collatione mutua.

6 *Al.* creatur officiorum divinorum offensio, dum tractu terrarum commeatus impeditur.

7 *Al.* nascitur perditio.

8 *Al.* nascitur sæpe.

a Exceptis vacationibus, messis et uvæ ferendæ, seu colligendæ.

1 *Al.* innumerosa necessitas.
2 *Al.* Hispaniæ atque Galliciæ.
3 *Al.* Toletani Pontificis judicium.
4 *Al.* sic tamen.
5 *Al.* neglectu quolibet.

Pontificibus sustinet,[a] [1] injuriosa necessitas. Unde placuit omnibus Pontificibus [2] Hispaniæ, ut salvo privilegio uniuscujusque provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quousque regalis potestas elegerit, et jam dicti [3] Toletani Episcopi judicio dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis in præcedentium sedibus præficere præsules, et decedentibus episcopis eligere successores. [4] Ita tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra [b] trium mensium spatium [c] proprii Metropolitani præsentiam visurus accedat; qualiter ejus auctoritate vel disciplina instructus, condigne susceptæ sedis gubernacula teneat. Quod si per desidiam, aut [5] neglectum quilibet constituti temporis metas excesserit, quibus Metropolitani sui nequeat obtutibus præsentari, excommunicatum se per omnia noverit, excepto si regia jussione impeditum se esse probaverit. Hanc quoque definitionis formulam, sicut de episcopis, ita et de ceteris ecclesiarum rectoribus placuit, observandam. *Eumd. vide in cap. 39. de Metropolitis et cap. 25. de Episcop. elect.*

TIT. IV.

DE METROPOLITIS, EORUMQUE JURIBUS.

CAP. I.

Quod ad Metropolitam spectet Episcoporum ordinatio.

Ex epistola Innocentii I. ad episcopos synodi Toletanæ cap. 2.

Qua in re Hilarii fratris et consacerdotis nostri querela primitus audiatur, qui asseruit, Rufinum contra Ecclesiarum pacem, omni oppugnatione fuisse versatum, et dudum in Concilio Toletano erroris sui veniam postulasse, et nunc quum Metropolitano Episcopo ordinandi sacerdotis pontificium deberetur, contra populi voluntatem, et disciplinæ rationem, episcopum locis abditis ordinasse, ecclesias scandalis miscuisse. *Integrum vide in cap. 2. de Episc. elect.*

a Expectat. b Intra. c *Vide sis cap. 3. Metropol.*

CAP.

CAP. II.

Ad Metropolitas spectat præcipue episcoporum electio, et consecratio.

HILARIUS PAPA *in epistola ad Ascanium et reliquos Tarraconensis provinciæ episcopos an. 465. cap. 1. et 3.*

Hoc autem primum juxta eorumdem * patrum regulas volumus custodiri, ut nullus præter notitiam atque consensum fratris Ascanii Metropolitani aliquatenus consecretur antistes, quia [1] hoc vetus ordo tenuit, hoc trecentorum * decem et octo sanctorum patrum definivit auctoritas, cui quisquis obvias tetenderit manus, eorum se consortio fatetur indignum, quorum præceptionibus resultarit [a]. *Idem vide in cap. 4. de Episc. elect.*

* Can. 13. C. 1. Q. 7.
[1] Al. hoc et vetus.
* Syn. Nicæna 318. PP. Can. 4.

Unde remoto ab ecclesia Barcinonensi, * atque ad sua remisso Irenæo Episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum [2] dissiderant, quod non licet obtinere, talis protinus de clero proprio Barcinonensibus Episcopis ordinetur, qualem te præcipue, frater Ascani, oporteat eligere, [3] et deceat consecrare; ne si similiter forte factum fuerit, non sine objurgatione tui maxime nominis [4] retundat nostra præceptio, quod in injuriam Dei, a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum, didicerimus admissum. Nec episcopalis honor hæreditarium jus putetur, quod nobis sola Dei nostri benignitate Christi confertur. *Idem vide in cap. 2. de Translat. Episc.*

* Can. 30. C. 7. Q. 1.
[2] Al. desiderant.
[3] Al. decet consecrare, ne si aliter.
[4] Al. retundatur.

CAP. III.

Ex Concilio Tarraconensi an. 516. can. 5.

Ut qui in Metropolitana civitate [5] episcopus non ordinatur, post duos menses se Metropolitano præsentet.

[5] Al. *episcopus non fuerit ordinatus.*

Si quis in Metropolitana civitate * non fuerit episcopus ordinatus, [6] postea quum susceperit benedictionem, per Metropolitani literas honorem fuerit [7] episcopatus adeptus, id opti-

* Can. 8. D. 65.
[6] Al. postea quam suscepta benedictione.
[7] Al. episcopi adeptus.

[a] Scilicet: Cui quidem Nicænorum Patrum definitioni quisquis contrarias tetenderit manus, eo ipso ostendit, indignum se fuisse communionis eorumdem Patrum, quorum præceptis restiterit.

optimum esse decrevimus, ut postmodum statuto tempore, id est, impletis duobus mensibus, se Metropolitani sui repræsentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus, plenius [1] quod observare debeat, recognoscat. Quod si forte [2] hæc implere neglexerit, in synodo increpatus a fratribus, corrigatur. Quod [3] si forte infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc suis literis Metropolitano indicare procuret. *Eumd. vide in cap. 6. de Episc. elect.*

1 *Al.* quid observare.
2 *Al.* hoc implere.
3 *Al.* et si forte.

CAP. IV.

Ex eodem can. 6.

Ut Episcopus, qui a Metropolitano commonitus, ad synodum non venerit, excommunicetur.

* Si quis [4] Episcopus commonitus a Metropolitano ad synodum, nulla gravi intercedente necessitate corporali, venire contempserit, sicut statuta [5] Patrum * sanxerunt, usque ad futurum concilium cunctorum episcoporum caritatis communione privetur. *Eumd. vide in cap. 1. de Vocand. ad Concil.*

* *Can.* 14. *D.* 18.
4 *Al.* si quis Episcoporum.
5 *Al.* Patrum censuerunt.
* *Concilium Arelat. II. can.* 19.

CAP. V.

Ex eodem can. 13.

[6] *Ut episcopus diœcesanos presbyteros, & quosdam ex laicis convenire literis*, a Metropolita acceptis, *ad synodum moneat.*

Epistolæ tales per fratres a Metropolitano sunt dirigendæ, ut non solum a [7] Cathedralibus Ecclesiis presbyteri, verum etiam de diœcesanis ad concilium trahant, et aliquos de filiis ecclesiæ sæcularibus [a] secum adducere debeant. *Eumd. vide in cap. 2. de Vocand. ad Concil.*

6 Al. *Ut episcopus diœcesanos presbyteros, et quosdam ex laicis moneat literis, convenire.*
7 *Al.* e Cathedralis Ecclesiæ presbyteris.

a De servis Ecclesiæ; ut inservire forte possent Concilii Patribus.

CAP.

CAP. VI.

Ex Concilio Gerundensi an. 517. can. 1.

Ut unaquæque Provincia in [1] *Officio Ecclesiastico unum ordinem, sicut in Metropolitana ecclesia, teneat.*

[1] Al. *in Officio Ecclesiæ.*

* [2] De institutione Missarum, ut quomodo in Metropolitana ecclesia fuerit, ita in Dei nomine [a] in omni Tarraconensi provincia tam ipsius Missæ ordo, [3] quam psallendi, vel ministrandi consuetudo servetur. *Eumd. vide in cap. 2. de Miss. et Offic. Eccl. celebr. rat.*

* *Can. 31. de Cons. dist. 2.*
[2] *Al.* ut institutio Missarum, sicut in Metropolitana ecclesia agitur, ita in Dei.
[3] *Al.* quam psallendo, vel ministrando.

CAP. VII.

Ex Epistola HORMISDÆ PAPÆ *ad universos Episcopos Hispaniæ anno 521. cap. 2.*

Ut pro episcopatu, præmium non accipiatur; neque jure suo utentes, Metropolitæ ita electos consecrent.

[4] Hoc quoque ad præmissa adjungimus, ne benedictionem, quæ divina esse creditur, per impositionem manus, quis pretio [5] comparet, quoniam ante oculos esse convenit, quod Simon Spiritum sanctum volens redemtione mercari, Apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde quis non vile putat esse quod venditur? Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi murmure populorum divinum credatur esse judicium. Ibi enim Deus, ubi simplex sine pravitate consensus. Verum nec hanc quidem partem solicitudinis et admonitionis omittimus, ne vel ille se a culpa [6] æstimet alienum, qui etsi ipse quidem a redemtione [b] liber, initiaverit benedictione mystica sacerdotem, et tamen ad alterius redemti [c] voluntatem, vel sponte in hoc, vel necessitate consenserit. Quid prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? Proculdubio contra mandata committit, et qui habet peccatum proprium,

[4] *Al.* Hoc quoque ad priora conjungimus.
[5] *Al.* comparet, cui ante oculos.
[6] *Al.* existimet alienum.

[a] Hoc ea de caussa hic adjectum est, quod a Dei nominis invocatione Officia omnia ecclesiastica inciperent.
[b] Simoniaca pravitate.
[c] Pecunia corrupti.

prium, et qui peccatum sequitur alienum. Incassum animus resistit cupiditati, si non resistit et timori. Adversus hæc facilius Deo adjuvante, providebitur, si circa Metropolitanos privilegia a sanctis Patribus constituta permaneant; si Metropolitani circa parochias suas ordinem suum ea qua decet veneratione custodiant; ut nec electio præsulis [1] emta detur pretiis, et nec obsequentis sit quæsita operibus, sed ita fixa habeantur in cordibus, quemadmodum releguntur in scripturis. Si nulla sint in templis emtionum semina, nulla erunt fomenta discordiæ, sed regnante caritate, sub illa quam nobis promisit Deus et retribuit, pace vivatur. *Idem vide in cap. 3. de Simonia.*

1 *Al.* emta de pretiis.

CAP. VIII.

Ex Concilio Toletano II. an. 527.

Ut ad Metropolitas spectet Synodi Provincialis convocatio.

Sane juxta priorum canonum decreta concilium apud fratrem nostrum Montanum [a] Episcopum, si Dominus voluerit, futurum [2] pronunciamus, ita ut frater et coepiscopus noster Montanus, qui in Metropoli est, ad comprovinciales nostros, Domini sacerdotes, literas de congreganda Synodo, adveniente tempore, debeat destinare.

2 *Al.* pronunciamus. Itaque statuimus, ut.

CAP. IX.

Ex Concilio Valentino anno 546. *can.* 2.

Ut defuncto episcopo, & rebus ipsius, vel ecclesiæ nullus quicquam [3] *præsumat*, sine Metropolitæ consensu.

3 *Al. præsumat invadere.*

Hoc etiam placuit, ut episcopo ab hoc sæculo, jubente Domino, accersito, clerici ab omni omnino supellectili, vel quæcumque sunt in domo ecclesiæ, vel episcopi, [4] in libris, in speciebus [b] utensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re, rapaces manus abstineant, et

4 *Al.* libris speciebus.

a Apud urbem Toletanam, cujus erat Episcopus Montanus.
b Id est, supellectilibus pretiosioribus.

et nihil latronum more diripiant. Qui si nec canonum auctoritate [1] cohibiti fuerint, omnia quæ pervaserint, Metropolitani, vel omnium comprovincialium sacerdotum districtione coacti, in pristinum statum [2] reddere integra cogantur, ut nihil antistiti, vel dispensatori futuro, necessariorum sub hac justa constitutione depereat. Quod ut confidentius, justitia monente, servetur, secundum Rhegiensis Synodi * constituta, episcopo [3] a corpore decedente, vicinior illi accedat episcopus; qui ex more exequiis celebratis, statim ecclesiæ ipsius curam districtissime gerat; ne quid ante ordinationem futuri Pontificis [4] inhiantium clericorum subversioni vel direptioni jam liceat. [5] Ita ut de repertis omnibus inspectior censitio [a] descriptioque fidelissima (si fieri potest) intra octavas defuncti sub diligentia præsentis episcopi peragatur. [6] Dehinc ad Metropolitani notitiam [7] habita ordinatio, vel descriptio deferatur; ut ejus electione talis persona [8] ordinandæ domus ecclesiasticæ procuretur, quæ vel consueta clericis stipendia dispenset, et creditarum sibi rerum (si forsitan tarditas in episcopo ordinando successerit) Metropolitano congruis temporibus reddere possit rationem; ut sub hac salubri constitutione, clerici stipendiis suis omnino contenti, labores non diripiant episcopi decedentis, et in vacuam ecclesiæ domum futurus Pontifex non sine dolore succedat, sed magis de prædecessoris sui dimisso possit et ipse gaudere, et aliis ministrare. *Eumdem vide in cap. 3. de Bonis episc. defuncti.*

1 *Al.* prohibiti fuerint.

2 *Al.* redintegrare cogantur.

* *Anno* 439. *can.* 5.

3 *Al.* e corpore.

4 *Al.* remanentium clericorum.

5 *Al.* Ita ut directis hominibus inspectio certior, et descriptio fidelissima.

6 *Al.* Ac dehinc.

7 *Al.* habita ordinate descriptio deferatur.

8 *Al.* ordinandæ domui.

CAP. X.

Ex eodem can. 3.

Ut propinqui morientis episcopi de rebus ejus nihil usurpent, sine Metropolitani, [9] *aut comprovincialium conscientia.*

9 *Al.* et comprovincialium.

Simili quoque modo parentibus et propinquis decedentis episcopi, si intestatus obierit, denuntietur, ut sine Metropolitani, vel comprovincialium sacerdotum conscientia, nihil de rebus defuncti [10] occupare pertentent; ne forte [11] in hereditariis rebus etiam aliqua ad ecclesiam pertinentia vel permista usurpent; [12] sed aut usque ad ordinationem futuri expectent antistis, aut certe si longum fuerit, ad Metropolitani, ut dictum est, ordinationem recurrant. Si quis autem im-

10 *Al.* aucupare.

11 *Al.* cum hereditariis.

12 *Al.* sed usque.

a Apud nos vulgo dicitur *Inventaria.*

1 *Al.* autem contemtor definiti moris contra hæc sancta synodica.

2 *Al.* correptus.

3 *Al.* Hoc etiam Canone omnes sunt constringendi, qui tam in præteritum, quam in futurum res ecclesiæ.

[1] immemor divini timoris, contra hæc sancita synodica clericus quisquam vel laicus venire improba mente tentaverit, et communione et consortio privetur ecclesiæ; quia durum est, ut ad illam conveniat, quam spoliare non metuit. Nisi forte spiritu meliore [2] correctus, dum a præsumtione cessaverit, recuperet indulgentiam. Si autem rationabiliter modesteque unusquisque repetit, quod sibi jure debetur, ei absque aliqua animadversione [a] a Metropolitano vel cui injunxerit, aut res, aut ratio non negetur. [3] Hoc etiam omnes canone constringendi, qui in præteritum res ecclesiæ vel episcopi usurpantes, diripuerint. *Eumd. vide in cap. 4. de Bonis episc. defuncti.*

CAP. XI.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. cap. 6.

Item placuit, ut conservato Metropolitani Episcopi primatu, ceteri episcoporum secundum suæ ordinationis tempus alius alio [b] sedendi deferat locum. *Idem vide in cap. 1. de Conc. celebr. forma.*

CAP. XII.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. can. 9.

Ut per singulos annos a Metropolitano Episcopo pascha pronuntietur.

* *Can. 25. de Cons. dist. 3.*

4 *Al.* illud omnimodis.

5 *Al.* debeat.

* Placuit, ut postquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, [4] illud omnibus modis observetur, ut superventurum ipsius anni pascha, quoto kalendarum die, vel quota luna [5] debet suscipi, a Metropolitano Episcopo nuntietur. *Integrum vide in cap. 9. de Festis diebus, cap. 3. de Litan. et cap. 8. de Jejun.*

a Absque aliquo obice.
b Barbare appositum *alio*; potius dixerim *alii*.

CAP.

CAP. XIII.

Ex Collectione Martini Bracharensis cap. 2.

[1] *De ordinando episcopo* ab omnibus comprovincialibus, vel saltem a tribus, ceteris annuentibus, a Metropolita convocatis.

• Episcopum oportet maxime quidem ab omni concilio constitui.[2] Sed si hoc aut pro necessitate, aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus[3] tres colligantur, et omnium præsentium, vel absentium subscriptiones teneantur, et sic postea ordinatio fiat. Hujus autem rei potestas in omni provincia ad Metropolitanum[4] pertineat episcopum. *Idem vide in cap. 8. de Episc. elect.*

1 *Al. De ordinatione episcopi.*

• *Can. 7. dist. 64. ex Niceno can. 4.*

2 *Al.* quod si hoc aut pro necessitate.

3 *Al.* tres eligantur, ut omnium.

4 *Al.* pertinet.

CAP. XIV.

Ex eadem cap. 3.

De evacuanda ordinatione, quæ absente Metropolitano fuerit facta.

• Non debet ordinari episcopus absque consilio et[5] præsentia Metropolitani episcopi. Adesse autem oportet omnes, qui sunt in provincia sacerdotes, quos per suam debet epistolam convocare. Et siquidem omnes[6] occurrerint, melius. Si autem hoc difficile fuerit,[7] pluriores oportet occurrere. Qui autem[8] non venerint præsentiam sui[9] per suas epistolas faciat: et sic omnium facto consensu, ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter præter quod a nobis terminatum est, fuerit factum, talem ordinationem nihil[10] prævalere decernimus. Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta, et aliquis contra,[11] sua malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat. *Idem vide in cap. 9. de Episc. elect. et consecr.*

• *Can. 2. dist. 65. ex Antioch. c. 19.*

5 *Al.* præscientia.

6 *Al.* concurrerint, bene, si autem.

7 *Al.* plures oportet.

8 *Al.* non convenerint.

9 *Al.* per epistolas.

10 *Al.* valere.

11 *Al.* et si quis cum malitia.

CAP. XV.

Ex eadem cap. 4.

De primatu Metropolitani, quem agnoscere debent comprovinciales, et quos oportet etiam ut ipse Metropolita quandoque consulat.

* *Can.* 1. *c.* 6. *q.* 3. *ex Antioch. c.* 9.
1 *Al.* oportet Episcopos cognoscere Metropolitanum episcopum, et ipsum primatus curam suscipere.
2 *Al.* Metropolitanus episcopus nihil præsumtivè.

* Per singulas provincias [1] oportet episcopum cognoscere primatum [a] Metropolitani episcopi, et ipsum curam suscipere; nihil autem agere reliquos episcopos præter eum, secundum quod antiquitus a patribus nostris constitutum, continetur in canone. [b] Propter quod et [2] Metropolitanus nihil sibi præsumtive assumat absque concilio ceterorum.

CAP. XVI.

Ex eadem cap. 9.

De irruptione vacantis ecclesiæ, perpetrata ab episcopo ecclesia destituto, sine comprovincialium, et Metropolitæ consensu, ut irrita censeatur.

* *Ex conc. Antioch. can.* 16. *ut in can.* 8. *dist.* 92.
3 *Al.* subrepens.

* Si quis episcopus vacans, in ecclesiam non habentem episcopum, [3] surripiens populos, sine consilio integri ordinis irruerit, etiamsi populus quem seduxit, desideret illum, alienum eum ab [c] ecclesia esse oportet. Integrum autem et perfectum concilium dicimus illud, in quo Metropolitanus episcopus fuerit [d]. *Idem vide in cap.* 11. *de Episc. elect.*

CAP. XVII.

Ex eadem cap. 18.

De Synodo bis in anno in unaquaque provincia *facienda*: numquam vero, nisi Metropolita convocante.

* *Can.* 15. *dist.* 18. *ex Antioch. can.* 20.
4 *Al.* Propter ecclesiasticas caussas.

* Propter [4] ecclesiasticas curas, et altercationum solutiones

a Dignitatem primæ sedis provinciæ.
b In codice Canonum.
c Scilicet: ab eadem ecclesia.
d Canon iste Antiochenus recitatus est in Chalcedonensi *act.* 11.

nes beneplacuit, per singulas provincias bis in anno concilium fieri, convocante Metropolitano episcopo [1] omnes provinciæ episcopos, ita ut in his conciliis prodeant omnes presbyteri, diaconi, vel hi quorum in concilio caussæ examinatæ [2] ad justum judicium prodantur. Et qui manifeste episcopi, vel presbyteri, aut diaconi inventi fuerint in offensa, secundum rationem [a] excommunicentur, quamdiu communi consensu de his placuit dare sententiam. Nulli autem episcopo liceat propria apud semetipsum concilia facere, [3] præter eos, qui sunt Metropolis creditæ. *Idem vide in cap. 2. de Temp. celebr. concil. et partem in cap. 3. de Vocand. ad concil.*

CAP. XVIII.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. can. 18.

[4] *Quod semel in anno* in locum, quem Metropolitanus elegerit, *ad concilium sacerdotes, et judices, atque actores patrimonii fiscalis debeant convenire.*

[5] Præcipit hæc sancta et veneranda synodus, ut stante priorum auctoritate canonum, * quæ bis in anno præcipit congregari concilia, [6] consulta itineris longitudine, et paupertate ecclesiarum Hispaniæ, semel in anno [7] in locum, quem Metropolitanus elegerit, episcopi congregentur; judices vero locorum [8] vel actores fiscalium patrimoniorum [b] ex decreto gloriosissimi Domini nostri [c], simul cum sacerdotali concilio autumnali tempore, die kalendarum Novembrium in unum conveniant; ut discant, quam pie et [9] juste cum populis agere [10] debeant; ne in angariis, aut in operationibus superfluis sive privatum honorent, sive fiscalem gravent; sint enim prospectores episcopi secundum [11] regiam admonitionem, qualiter judices cum populis [12] agant, ita ut ipsos præmonitos corrigant, aut insolentias eorum auditibus [13] Principis innotescant. Quod si correptos emendare nequiverint, et ab ecclesia, et a communione suspendant. A sacerdote vero et a senioribus deliberetur, [14] quod provincia sine suo detrimento præstare debeat judicium [d]. Concilium autem non solvatur, ni-

a Secundum justitiam.
b Ministratores Regii Fisci.
c Reccaredi.
d Hoc est: episcopus et nobiles seu seniores, vulgo *señores*, curent ne, excommunicatis judicibus, deficiat in provincia, qui judicia agere possit.

1 *Al.* omnes provinciales episcopos, ita ut ad concilium procedant omnes presbyteri, et diacones, ut eorum qui se læsos existimant, in concilio caussæ.
2 *Al.* in judicium perducantur. Et si qui manifeste.
3 *Al.* præter eos quibus Metropolis sunt.
4 *Al. Ut semel in anno synodus fiat, et judices, et actores fisci præsentes sint.*
5 *Al.* Præcipit hæc sancta, et universalis synodus.
6 *Al.* considerata itineris.
7 *Al.* in loco.
8 *Al.* aut actores..... Decreto domini nostri Reccaredi Regis, simul cum Sacerdotum concilio, aut vernali tempore, aut die kalendarum.
* *Nic. can. 5. Antioch. can. 20. Hormis. Pap. ad univ. episc. cap. 3.*
9 *Al.* juste et humaniter.
10 *Al.* debeant; nec injustis vectigalibus, et immoderatis exactionibus ipsos premant, sed potius per miserationem compatientes, a gravaminibus defendant, ut bonos populi tutores facere decet: nec in angariis, aut operibus superfluis, aut privatum onerent, sive fiscalem gravent; sint etenim prospectatores.
11 *Al.* Regis admonitionem.
12 *Al.* agant, ut aut ipsos.
13 *Al.* Principum auribus.
14 *Al.* quid per provincias in suo detrimento præstare debeant judices, si ad concilium non venerint. Concilium vero non solvatur.

1 *Al.* ad concilium conveniatur.

nisi locum prius elegerint, quo succedente tempore [1] iterum ad concilium veniatur; ut jam non necesse habeat Metropolitanus episcopus pro congregando concilio literas destinare, si in priori concilio tempus omnibus denuntietur, et locus. *Eumd. vide in cap. 3. de Temp. celebr. concil.*

CAP. XIX.

Ex eodem can. 20.

2 *Al. ut episcopus angarias vel indictiones in diœcesi non imponat.*

Quod Sacerdotes moderanter agere debeant per parochias; [2] et quod clerici ab episcopo gravati, a Metropolita protegantur.

* *Can. 6. c. 10. 3.*
3 *Al.* non sacerdotaliter agere, sed crudeliter deservire.
1. Pet. 5. 3.
4 *Al. gregi, non ut dominantes.*
5 *Al.* infligant. Ideoque censemus excepto.
6 *Al.* ut alia quæ illis hucusque.
7 *Al.* presbyteri et diacones...... fatigentur.
8 ne videamur in ecclesia.

* Multorum querela hanc constitutionem exegit. Quia cognovimus, episcopos per parochias suas [a] [3] non sacerdotaliter, sed crudeliter desævire; et dum scriptum sit: *Forma estote* [4] *gregis, neque dominantes in clero*, exactiones diœcesi suæ, vel damna [5] infligunt. Ideoque (excepto, quod veterum constitutiones a parochiis habere jubent episcopos) [6] alia quæ hucusque præsumta sunt, denegentur, hoc est, neque in angariis [7] presbyteros et diaconos, neque in aliquibus fatigent indictionibus, [8] ne videantur in ecclesia Dei exactores potius, quam Dei Pontifices nominari. Hi vero clerici tam locales, quam diœcesani, qui sese ab episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non [9] differant; qui Metropolitanus non moretur, hujusmodi præsumtiones districte coercere. *Eumd. vide in cap. 4. de Visit. episc. et partem in cap. 3. de Appellat.*

9 *Al.* differant; et Metropolitanus non differat ejusmodi præsumtiones.

CAP. XX.

Ex Concilio Barcinonensi anno 599. *can.* 3.

Ex duobus aut tribus a clero populoque electis, et a Metropolis, et comprovincialibus propositis, ille ad episcopatum eligatur, quem sors divina monstraverit.

Hoc etiam innovandum, custodiendumve in omnibus sancta statuit synodus, ut secundum priscorum canonum con-

a Diœceses suas.

constituta, vel synodalium epistolas præsulum [a] præmonentes, nulli deinceps laicorum liceat, ad ecclesiasticos ordines, prætermisso canonum præfixo tempore, aut per sacra regalia, aut per consensionem clerici vel plebis, vel per electionem assensionemque Pontificum, ad summum Sacerdotium aspirare ac provehi; sed quum per canonum præscripta tempora, ecclesiasticos per ordines speciali opere desudando, probatæ vitæ adminiculo comitante, conscenderit gradus, ad summum Sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctore Domino, provehatur. Ita tamen, ut duobus aut tribus, quos ante consensus cleri et plebis elegerit, Metropolitani judicio, ejusque coëpiscopis præsentatis, quem sors, præeunte episcoporum jejunio, Christo Domino terminante, monstraverit, benedictio consecrationis accumulet. Aliter deinceps, quod absit, præsumtum, et ordinatores, et ordinatos proprii honoris depositio subsequatur. *Eumd. vide in cap. 12. de Episc. elect. et cap. 13. de Ordinat. gradib.*

CAP. XXI.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 4.

Concilia Provincialia eo loco, quo Metropolitanus elegerit, celebranda sunt.

Si fidei caussa est, aut qualibet alia ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ et [1] Galliæ synodus convocetur. Si vero nec de fide, nec de communi ecclesiæ utilitate tractabitur, speciale erit [2] concilium uniuscujusque provinciæ, ubi Metropolitanus elegerit, peragendum. *Integrum vide in cap. 4. de Temp. celebr. conc.*

[1] *Al.* Gallicia.

[2] *Al.* concilium, prout uniuscujusque provinciæ Metropolitanus elegerit, peragendum esse.

CAP. XXII.

Ex eodem can. 4.

Proponendi jus in Conciliis Provincialibus asseritur Metropolitæ.

Omnibus in suis locis, in silentio considentibus, diaconus alba indutus, codicem canonum [b] in medio proferens,

[a] Vide sis tit. *de Ordinat. gradib.* [b] Peculiarem ecclesiæ Hispanæ codicem.

capitula de conciliis agendis pronuntiet, finitisque titulis, Metropolitanus episcopus concilium alloquatur, dicens: Ecce sanctissimi sacerdotes, recitatæ sunt ex canonibus sanctorum [1] Patrum sententiæ de Concilio celebrando; [2] si qua igitur quempiam vestrum actio commovet, coram suis fratribus [a] proponat. *Integrum vide in cap. 2. de Conc. celebr. forma.*

1 *Al.* priscorum Patrum.
2 *Al.* si qua ergo.

CAP. XXIII.

Ex eodem can. 5.

De annuntiatione Paschæ ante Epiphaniam inter episcopos exquirenda, et a Metropolitis annuntianda.

Solet in Hispaniis de solemnitate Paschali, varietas existere prædicationis; diversa enim observantia laterculorum paschalis festivitatis, [b] interdum errorem parturit. Proinde placuit, ut ante tres menses Epiphaniorum Metropolitani sacerdotes literis invicem se inquirant, ut communi [3] sententia edocti, diem resurrectionis Christi et comprovincialibus suis insinuent, et uno tempore celebrandum annuntient. *Eumdem vide in cap. 13. de Festis dieb.*

3 *Al.* scientia docti resurrectionis Christi, comprovincialibus.

CAP. XXIV.

Ex eodem can. 19.

Episcopus elegi debet a clero populo, assentiente Metropolita, vel Comprovincialibus, et auctoritate præsertim Metropolitæ, atque ubi ipse voluerit consecrari: Metropolita vero in Metropoli consecrandus est.

[a] Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus nec populus propriæ civitatis [4] elegerit, vel auctoritas Metropolitani, vel Comprovincialium sacerdotum [5] assensio exquisivit. Quicumque igitur deinceps ad ordinem sacerdotii postulatus, et in his quæ prædicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, atque examinatus, probabilis [6] vitæ et doctrinæ extiterit, tunc secundum synodalia, vel decretalia con-

[a] *Can.* 5. *d.* 51.
4 *Al.* elegit.
5 *Al.* assensuis non exquisivit.
6 *Al.* vita et doctrina.

a Coëpiscopis.
b Diversa enim, quæ in diversis codicibus paschalis diei computatio traditur.

constituta [1] cum omni clericorum, vel civium voluntate ab universis comprovincialibus episcopis, aut certe a tribus [2] in sacerdotium die Dominica consecrabitur, convenientibus ceteris, qui [3] absentes fuerint, literis suis, et magis auctoritate vel præsentia ejus, qui est in Metropoli constitutus. Episcopus autem comprovincialis ibi consecrandus est, ubi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem nonnisi in civitate Metropoli, [4] comprovincialibus ibidem convenientibus. *Integrum vide in cap. 13. de Episcop. elect.*

1 *Al.* cum omnium.

2 *Al.* in sacerdotem.

3 *Al.* absentes sunt.

4 *Al.* et comprovincialibus.

CAP. XXV.

Ex Concilio Toletano IX. anno 655. *can.* I.

Ut de rebus ecclesiæ nihil episcopi auferant; si tamen a Metropolitano corripiantur, *et qualiter proximi fundatoris ecclesiarum solicitudinem gerant.*

Omnis itaque rei ecclesiasticæ [5] quantitas, sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum rite præparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum, vel ministrorum, ex rebus ecclesiæ, quæ in qubuscumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri suo, aut cathedræ [6] propriæ unitati connectat. Devotio enim uniuscujusque, sicut gratanter votum contulit Deo, ita definivit [7] quo plenitudo [a] votorum conservaretur [b] in loco; in quo velut si collata tenentur [c], [8] manet gratia offerentis, ita si frustrantur, imminet pernicies defraudantis. [*] Verum ut rei hujus potior [d] soliditas [9] habeatur, condignis filiis vel nepotibus honestioribusque propinquis ejus, qui construxit vel ditavit Ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si Sacerdotem aut Ministrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commonitionis honestæ conventione compescant, [10] aut episcopo vel judici corrigenda denuntient. Quod si talia episcopus agere tentet, Metropolitano ejus hæc insinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc [11] auditibus intimare non differant.

D 2 Ipsis

5 *Al.* quantitatis.

6 *Al.* propriæ civitatis unitate.

7 *Al.* quod plenitudo.

8 *Al.* manent gratia.

* caus. 16. q. 7. canon 31. *Filiis vel nepotibus.*

9 *Al.* habeatur, propinquis ejus qui construxerunt vel ditaverunt ecclesiam.

10 *Al.* aut alia episcopo.

11 *Al.* auribus insinuare.

a Quod totum quod ecclesiæ ex voto donaverat.
b Perpetuo conservaretur in eadem ecclesia.
c Si ea, quæ a pio fundatore collata sunt, persistunt, ejus etiam gratia, seu beneficium persistit
d Ut magis hujus constitutionis observantia firmetur.

1 *Al.* quasi in juris proprii.
2 *Al.* rapinam non fraudem.
3 *Al.* nec violentiam.
4 *Al.* aut ut in multam.
5 *Al.* velut in multam partem, aut aliquam salutaris.

Ipsis tamen heredibus in eisdem rebus non liceat [1] quasi juris proprii potestatem præferre, non [2] rapinam et fraudem ingerere, [3] non violentiam quamcumque præsumere; sed hoc solum in salutarem solicitudinem adhibere, quod [4] aut in nullam noxam operatio nocens attingat, [5] aut in multam vel in aliquam partem salutaris merces assumat. [a] Si quis vero deinceps hæc monita temerare voluerit, et male rapta cum confusione restituet, et excommunicationis annuæ sententiam sustinebit. *Eumdem vide in capite 17. de Rebus eccles. et cap. 4. de Jurepatronat.*

CAP. XXVI.

Ex eodem can. 7.

Ne extra constitutum ordinem morientis sacerdotis heredes rem ejus adire præsumant sine Metropolitæ consensu.

6 *Al.* fuerit, successoris ejus sententiam, aut concilium.
7 *Al.* danda licentia.
8 *Al.* retineatur ratio.
9 Al. *post fraus deest*: non.
10 *Al.* presbyteri aut diaconi fuerint.
11 *Al.* agnitione.
12 Al. *deest*: hoc.
13 *Al.* sententia.

Propinqui morientis episcopi nihil de rebus ejus absque Metropolitani cognitione usurpare præsumant. Quod si is qui recesserit Metropolitanus [6] fuerit, heredes ejus, aut successorem illius aut concilium sustinebunt; [b] ne passim hereditatis adeundæ [7] data licentia, de rebus ecclesiæ aut non [8] reddatur ratio plena, [9] aut fraus non inveniatur illata. Quod si [10] presbyter aut diaconus fuerit, quos obiisse constiterit, non sine [11] cognitione sui episcopi rem ejus heredibus adire licebit. Quisquis sane post hæc transgressor inventus extiterit, pro his quæ non expectato hoc ordine adierit, invasionis [12] damno legis [13] sententiæ subjacebit. *Eumdem vide in cap. 6. de Bonis episc. defuncti.*

CAP. XXVII.

Ex eodem can. 9.

14 Al. *de ecclesia.*

Quantum commodum sibi episcopus tollat [14] *ab ecclesia, cujus tumulaverit sacerdotem*; nihil tamen Metropolita, quamvis ipsi de bonis episcopi defuncti reddenda sit ratio.

15 *Al.* inhiant, non quod debent.
16 *Al.* indedita.

Plerique dum rapinis [15] inhiant, ut non debent, aut miserationis opus condigne non implent, aut [16] indebita ipsi mi-

[a] Hoc est: Ut nihil damni improbi homines inferant, nec aliquid rei utilis diripiant.
[b] Expectabunt, quod eligatur successor, aut convocetur concilium provinciale.

miserationi damna permiscent. Ideoque ne amplius misericordiæ opus execrabile [1] dilabatur in scelus, id communi decreto sancimus, ut quum Pontificem mori contigerit, episcopus qui ad humandum corpus [2] ejus advenerit, descriptis thesauris [3] atque domorum internis, si locuples decedentis ecclesia fuerit, non amplius quam libram [a] auri in rebus quibus ei placuerit, exceptis ornamentis ecclesiæ, cum gratia offerentium auferre pertentet. Si vero minor [4] rebus extiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet; nam et hæc ipsa usurpare ratio nulla permitteret, nisi ejus qui convenit sacerdotis injuriæ contemplatione, antiquitas hoc [5] usitata servasset. Porro [6] brevem descriptarum rerum sub fideli tatione [7] idem qui descripsit dirigere Metropolitano curabit. [8] Metropolitanus ex eadem morientis ecclesia nihil prorsus auferre præsumat; sed [9] solum quæ ad eum pertinet [10], salvationis curam impendat. *Eumdem vide in cap. 4. de Episcop. dignit. provent.*

1 *Al.* labatur.
2 Al. *deest*: ejus.
3 *Al.* atque ornamentis omnibus, si locuples.
4 Al. *deest*: rebus.
5 *Al.* usurpata.
6 *Al.* breve.
7 *Al.* hic qui descripsit.
8 *Al.* Metropolitanus autem.
9 *Al.* solam.
10 *Al.* salutarem.

CAP. XXVIII.

Ex concilio Emeritano anno 666. can. 2.

De vespertini officii servando ordine, sub excommunicationis pœna a Metropolita infligenda.

Sicut in fide sancta nostra est unanimitas, ita pro sancto Dei officio debet esse intentio summa. Oportet igitur, ut sicut in aliis ecclesiis vespertino tempore, post lumen oblatum prius dicitur vespertinum quam sonum [b] in diebus festis, ita et a nobis custodiatur in ecclesiis nostris. Si quis hunc ordinem minime custodierit in sua ecclesia, cunctosque ad se pertinentes non instruxerit ut bonum hujus operis agant; dum tale ad Metropolitani pervenerit aures, et fuerit res convicta, excommunicationis se noverit feriri sententia. *Eumdem vide in cap. 33. de Missæ, et Officii ecclesiast. celebratione.*

[a] Libram pondo auri, non monetæ speciem, libram, inquam, duodecim unciarum, ejusdem ac nostræ unciæ ponderis.
[b] Psalmus 94. forte, quia sonora voce caneretur.

CAP.

CAP. XXIX.

Ex eodem can. 3.

Quid sit observandum, tempore quo Rex in exercitu progreditur: scilicet ut pro victoria, *pro Regis, gentis, et patriæ statu, atque salute* sacrificium quotidie Deo offeratur, sub excommunicationis pœna a Metropolita infligenda.

Quantum cum Dei juvamine ratio competit, ut rectitudinis regula ponatur in ecclesiastico ordine, tantum necessarium est ea excogitare et ordinare, quæ clementissimo domino nostro Recesvintho Regi, fideliumque suorum genti aut patriæ debeant prosperitatem afferre. Ob hoc ergo instituit hoc sanctum Concilium, ut quandocumque eum caussa ingredi fecerit contra suos hostes, unusquisque nostrum in ecclesia sua hunc teneat ordinem, ita ut omnibus diebus per bonam dispositionem sacrificium omnipotenti Deo pro ejus suorumque fidelium, atque exercitus sui salute offeratur, et divinæ virtutis auxilium impetretur, ut salus cunctis a Domino tribuatur, ut victoria illi ab omnipotente Deo concedatur. Tamdiu hic ordo tenendus est, quamdiu cum divino juvamine ad suam redeat sedem. Quisquis hujus institutionis modum implere distulerit, sciat se a suo Metropolitano esse excommunicatum. *Eumdem vide in cap. 15. de Obedient. fidelit. et obseq. Regibus deferendo.*

CAP. XXX.

Ex eodem can. 4.

Qualiter Metropolitanus suis confinitimis, aut confinitimi Metropolitano suo placitum faciant.

Postquam fidei nostræ credulitas est manifesta, illa inserenda curavimus, quæ rectitudinem faciant in ecclesia sancta. Cœtus ergo nostræ unanimitatis hoc inserendum esse curavit, ut tempore quo Metropolitanus in ecclesia Dei fuerit ordinatus episcopus, placitum in nomine suorum comprovincialium episcoporum faciat, ut caste, sobrie, recteque vivat. Similiter et quando confinitimi episcopi in ecclesiis, quibus præesse potuerint, * fuerint ordinati, placi-

* Quibus præesse contigerit.

citum faciant in nomine episcopi sui Metropolitani, ut caste, recte, et sobrie vivant. Quod si juxta canonicam sententiam, per voluntatem Metropolitani, atque informationis ejus epistolam, per regiam jussionem, ab alio Metropolitano aliqui fuerint ordinati, tempore, quo ad Metropolitanum suum post suam venerit ordinationem, tale placitum non differant placere. Quod si distulerint, tamdiu quisquis ille, excommunicatum esse se noverit, quamdiu impleat ordinem bonæ institutionis. *Eumdem vide in cap. 6. de Vitæ episcop. honestate.*

CAP. XXXI.

Ex eodem can. 5.

Ut episcopus ad suam personam, ad concilium non diaconem, sed aut archipresbyterum, aut presbyterum dirigat. Quod si aliqui episcopi venire nequiverint, Metropolitæ excusationis caussas exhibeant.

Juxta canonicum ordinem, tempore quo concilium per Metropolitani voluntatem et regiam jussionem electum fuerit agere, omnes confinitimos episcopos in unum oportet adesse; nec pro tali re quælibet caussa opponi debet ad excusationem. Quod si contigerit, aliquem de fratribus retineri ab infirmitate, qualiter non possit venire, aut per regiam jussionem injunctum acceperit aliquid agere, ut sit per quod non possit Concilio interesse, quidquid tale acciderit, Metropolitano suo fideliter intimet cuncta per suam epistolam manu sua subscriptam, ut postmodum quæratur, anne excusationem faciat aliquam. Ad suam tamen personam [a] non aliter, nisi aut archipresbyterum suum diriget, aut si archipresbytero impossibilitas fuerit, presbyterum utilem cujus dignitas cum prudentia pateat, a tergo episcoporum inter presbyteros sedere, et quæque in eo concilio fuerint acta, scire et subscribere. Injustum enim hoc accipit cœtus noster, ut quisquam episcoporum diaconum ad suam personam dirigat. Hic enim quia presbyteris junior esse videtur, sedere cum episcopis in concilio nulla ratione permittitur. Quemcumque ergo ex presbyteris dirigere elegerit, instructum per informationem dirigat, ut ratio poscit, atque cum eo mandatarium [b] suum juxta legis ordinem muni-

[a] Id est: pro sua persona. [b] Procuratorem.

nitum, [a] ut si a quolibet contra eumdem episcopum in concilio fuerit suggestum, ab eo quem dixerit, [b] qui petit, [c] accipiat responsum; et justitia, quæ fuerit ordinata, nullam postmodum dilationem habeat. *Eumdem vide in cap. 6. de Vocand. ad concil.*

CAP. XXXII.

Ex eodem can. 6.

Qualiter episcopus admonitione accepta ad Metropolitanum suum veniat, celebrandis festis Nativitatis Domini et Paschæ; scilicet, nisi justum habuerit impedimentum, de quo certiorem faciat Metropolitanum ipsum.

Deo credimus esse placitum, quando pro bono opere dignam in ecclesia sancta imponimus regulam. Ideoque placuit fraternitati nostræ, ut sicut Primatus reverentiæ a [d] Metropolitano episcopo jubetur impendi per synodicam regulam, ita et a comprovincialibus suis serventur hæc monita. Communi deliberatione censemus, et sententiæ hujus ordinem servandum instituimus, ut dum quisquam comprovincialis episcopus Metropolitani sui admonitionem acceperit pro diebus festis Nativitatis Domini, et Paschæ cum eo peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excusationem. [e] Quod si contigerit, eum ab ægritudine detentum, vel per nimiam intemperantiam aërum, non habere qualiter ad præsentiam ejus possit venire, epistolam manu sua subscriptam dirigere debebit, in qua hujus rei verissime caussam notescat. Quod si sanus, qui admonitionem acceperit, fuerit, et venire distulerit, absque excommunicatione dimittendus non erit.

a Cum mandati scriptis *leg. 2. t. 3. lib. 2. Fori Jud.* et *leg. unica t. 3. lib. 1. Cod. Theod.*
b Dicendum forte: *direxerit.*
c Petitor, si fortasse adfuerit, contra episcopum.
d Præpositio *a* perperam hic adjecta.
e Vide sis infra cap. 41.

CA-

CAP. XXXIII.

Ex eodem can. 7.

Qualiter secundum priorum canonum instituta concilium fiat; scilicet, Metropolita comprovinciales convocante, quorum si quis venire neglexerit, ad ipsius Metropolitæ arbitrium excommunicetur.

Decretum est de priscis canonibus, semel in anno fieri concilium ubi elegerit Metropolitanus episcopus, atque in ea sancta regula manet ordinatum, ut comprovinciales episcopi, dum a suo Metropolitano fuerint admoniti, præsentes esse debeant ad locum temporis debiti, quæ res non extra regiam agitur voluntatem. Sunt nonnulli, qui pro hoc admonitionem sui Metropolitani, et regiam jussionem accipiunt, et minime implent quæ jubentur; hos priscorum canonum sententiæ excommunicatos esse jubent usque ad tempus superventuri concilii; et quamvis excommunicationis damno feriantur, nihil tale in his impenditur quod debeant metuere. Placuit huic sanctæ synodo, ut quisquis ille episcopus ad concilium venire distulerit admonitus, illic excommunicationis agat tempus, ubi cum his qui præsentes fuerint, elegerit Metropolitanus. Cella vero et res ad eum pertinentes, quousque ille sub pœnitentia fuerit, instantia, et solicitudine regantur Metropolitani. Quia ideo est hoc electum, ut discat sub pœnitentia, quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad suam redierit cellam, rem in statu inveniat, quæ ecclesiæ suæ est debita. *Eumdem vide in cap. 7. de Vocand. ad concil.*

CAP. XXXIV.

Ex eodem can. 8.

Quid ordinatum maneat de episcopis, qui inter se de parochiis intentionem habent; ut illis adjudicentur, qui eas per triginta annos possederint; sin autem, a Metropolita ocularis inspectio decernatur.

1 Omnibus pene cognitum manet quomodo divina gratia, quæ cor serenissimi atque clementissimi Domini nostri et Principis Reccesvinthi Regis in manu tenet, et ubi vult,

1 *Al.* Omnibus bene.

vult, illud vertit, suggerente sanctæ memoriæ sanctissimo viro [a] Orontio Episcopo, animum ejus ad pietatem moverit, ut terminos hujus provinciæ Lusitaniæ cum suis episcopis eorumque parochiis, juxta priorum canonum sententias, ad nomen provinciæ et [b] Metropolitanam hanc sedem reduceret, et restauraret. His ergo juxta eamdem regulam, decreto synodico, judicii formula, et suæ clementiæ confirmatione ad hanc Metropolim reductis; dum miserante domino, Principis jussu, in unum ad sanctum convenissemus concilium, unus de his Selva nomine, sanctæ Igeditanæ [c] Ecclesiæ Episcopus interpellavit sanctam synodum; eo quod Justus Salmanticensis Ecclesiæ Episcopus debitam illi teneret diœcesim [d], hoc enim etiam adjiciens, ut de eo, id unde ad Gallæciæ Metropolim diœcesis suæ fuerat possessum, ille reciperet, quamvis longa post tempora, quæ parochiæ suæ fuerant debita.

Sed quia antiquorum canonum sunt instituta, ut si una provincia quisquis episcopus de alterius diœcesi partem aliquam per triginta annos possederit, quietus teneat, justum perspeximus, ut quia nec ille triginta annos adhuc habet, quo ad hujus provinciæ Metropolim reductus est; et ille quod perlongo tempore non possedit, et triginta adhuc non sunt in hoc illi impleti anni: sicut ille ad debitam diœcesem rediit, ita et hic qui pulsat [e] diœcesem sibi debitam, ordinante Metropolitano cum suis fratribus per suum Sajonem [f] recipiat; ita tamen, ut de præsentia Metropolitani inspectores dirigantur, qui per evidentia signa diœceses suas conspiciant, et unusquisque quod illi debitum est, accipiat et habeat. Pacta vero, quæ juxta canonicam regulam inter episcopos per pacificam deliberationem justissime fuerint facta, in omnibus placet esse servanda. Omnibus vero episcopis id instituitur esse servandum, ut parochiam suam bene custodiant, nec a quolibet fratre eam usurpari permittant. Quibus si tricennalis numerus per voluntatem aut negligentiam occurrerit, nullo modo reddenda erit. *Eumdem vide in cap. 6. de Præscript.*

a Emeritensi, qui per vicarium Guntisclum interfuit concilio Toletano VI. et præfuit Toletano VII. et VIII.
b Cujus dignitatem, Suevis invadentibus Lusitaniam, amiserant.
c *Erlania*, nunc vicus obscurus, cujus episcopalis sedes in *Guardiam* Regni Portugalliæ translata est.
d Parochiam, seu ecclesiam.
e Petit.
f Justitiæ executorem.

CAP. XXXV.

Ex eodem can. 22.

Qualiter excommunicare oportet, qui canonis hujus non custodierit sententiam; scilicet a Metropolita.

Quia juvante nos divina gratia, ea in hoc sancto concilio peregimus, quæ ad rectitudinem ecclesiastici ordinis sunt debita, in aliquibus sententiis cavendi modum imposuimus; aliqua tamen, quia singulari ordine non manent constricta, per hujus sententiæ decretum instituimus, quod quisque episcoporum, vel presbyterorum, atque in inferiori gradu constituti, debeant metuere. Quisquis hujus canonicæ regulæ instituta servare distulerit, quamlibet [a] major esse videatur, mediocris vero, aut inferiori gradu constitutum se esse perspexerit, ut caussa permiserit, a Metropolitano episcopo, cum suis confinitimis qui supra notatum sententiarum ordinem custodierit, is, qui servare distulerit, excommunicatum se evidentissime noverit. *Eumdem vide in cap. 13. de Confirmat. et accept. concil.*

CAP. XXXVI.

Ex concilio Toletano XI. anno 675. *can.* 2.

In episcopis valde necessarium esse studium Sacrarum Literarum ad erudiendum subditos; [1] *nec debere Metropolitanum a confinitimorum instructione cessare.*

1 Al. *Non debere Metropolitanum a confinitimorum instructione cessare.* Cetera desunt.

Quantum quis præcelsi culminis obtinet locum, tanto necesse est præcedat ceteros gratia meritorum; ut in eo quod præsidet singulis, singulariter ornetur eminentia sanctitatis, habens semper [2] in ore gladium veritatis, et in opere efficientiam luminis; ut juxta Paulum *potens sit exhortari in doctrina sana, et contradicentes revincere.* Nos proinde nostri ordinis gradum, vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus, ut qui officium prædicationis suscepimus, nullis curis a divina lectione privemur. Nam quorumdam mentes pontificum ita [3] corporis otio a lectionis gratia secluduntur, ut quid doctrinæ subditis exhibeat gregibus, non inveniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit majoribus, ut quos sub regiminis sui cura tuentur, fame

2 *Al.* et in ore.

Tit. 1. *v.* 9.

3 *Al.* torporis.

a Quamtumcumque illustris gradus videatur.

1 *Al.* Sicut Metropolitanis.

2 *Al.* eruditionibus.

* Tolet. VIII. *can.* 8. Vide sis cap. 15. *de Ordinat. grad.*

me verbi Dei perire non sinat. [1] Sic Metropolitanis in confinitimos ceterosque ecclesiasticis ordinibus deditos, sic confinitimis in commisso sibi religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium divinæ legis [2] traditionibus imbuatur; ita ut indesinenti solicitudine prælatus quisque subditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoscat, aut nescientiam sine arrogantia instruat. Placuit ergo de talibus, juxta instituta Toletani * concilii, hoc specialiter definire, ut aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti. *Eumdem vide in cap. 7. de Vitæ episcop. honest.*

CAP. XXXVII.

Ex eodem can. 3.

Ut in una provincia diversitas officiorum non teneatur, sub sex mensium excommunicationis et pœnitentiæ censura, a Metropolita infligenda.

Ephes. 4. *v.* 14.

* *can.* 13. *d.* 12.

3 *Al.* provinciæ cives.

4 *Al.* cujuscumque.

5 *Al.* accipit.

* Conc. Antioch. *canon* 9.

6 *Al.* sit ecclesiasticæ.

7 *Al.* Vesperas.

8 *Al.* quatenus apud.

De his, qui contra Apostoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto concilio, * ut Metropolitanæ Sedis auctoritate coacti, uniuscujusque [3] provinciæ pontifices, rectoresque ecclesiarum unum eumdemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana Sede cognoverint institutum, nec aliqua diversitate [4] cujusque ordinis, vel officii a Metropolitana se patiantur Sede disjungi. Sic enim justum est, ut inde unusquisque sumat regulas magisterii, unde honoris consecrationem [5] accepit; ut juxta majorum * decreta, sedes, quæ unicuique Sacerdotalis mater est dignitatis [6] sit et ecclesiasticæ magistra rationis. Abbatibus sane indultis officiis, quæ juxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica, id est [7] Vesperam, Matutinum, sive Missam, aliter quam in principali ecclesia, celebrare non liceat. Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione privatus, apud Metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus, [8] qualiter apud illum et præteritæ transgressionis culpam lacrimis diluat, et necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. Sub ista ergo regula disciplinæ non solum Metropolitanus totius suæ provinciæ

ciæ Pontifices, vel Sacerdotes adstringat, sed etiam ceteri episcopi subjectos sibi ecclesiarum rectores his obtemperare institutionibus cogant. *Eumdem vide in cap. 34. de Missæ et officii ecclesiast. et partem in cap. 6. de Monachis episcop. curæ subject.*

CAP. XXXVIII.

Ex eodem can. 15.

De institutione certi temporis, quo concilium [1] *agitetur* die quam Metropolita assignaverit.

Peractis omnibus, quæ ad correctionem nostri ordinis in hoc concilio promulgata sunt, placuit definire, ut paternis institutionibus obsequentes, omni ànno ad peragendam celebritatem concilii in Metropolitana Sede, tempore quo Principis, vel Metropolitani electio definierit, devotis semper animorum studiis [2] confluamus; nec quibuslibet requisitis [a] occasionibus absentemur, sed in [3] præfato die, quo indictum fuerit, adunatis in Metropolitana Sede [4] omnibus Pontificibus, concilium Deo præsule [b] celebretur. Quisquis autem episcoporum, excepta inevitabili caussa vel necessitate, de peragendo se concilio absentaverit, unius anni [5] excommunicatione plectendus est. Quod si deinceps absque celebratione concilii anni unius meta transierit, [6] omnes in commune Pontifices Carthaginensis provinciæ, superioris censuræ [7] sententia obnoxios retinebit, idest, si [8] nulla sibi impediente Principis [9] potestate, solius propriæ [10] voluntatis libido se ad celebrandum concilium non collegerit. *Eumdem vide in cap. 5. de Tempore celebr. concil. et partem in cap. 8. de Vocand. ad concil.*

1 Al. *agatur.*

2 *Al.* conferamur.

3 *Al.* præparato die quo judicium fuerit.

4 *Al.* omnibus provinciæ.

5 *Al.* erit excommunicatione plectendus.

6 *Al.* omnium in commune Pontificum Carthaginis provinciæ.

7 *Al.* sententiam obnoxius.

8 *Al.* nulla eum.

9 *Al.* potestate, vel infirmitate, aut inevitabili caussa, sed solius.

10 *Al.* voluntatis libitu sese ad.

CAP. XXXIX.

Ex Concilio Toletano XII. an. 681. *can.* 6.

De concessa Toletano Pontifici (sicuti et reliquis Metropolitis) *generalis synodi potestate, ut* [11] *episcopi alterius provinciæ cum conniventia Principum in urbe regia ordinentur,* et intra tres menses electi se Metropolitæ præsentent.

• Illud quoque [12] collationi mutuæ decernendum nobis oc-

11 Al. *episcopus... ordinetur.*

• *C.* 25. *dist.* 63.

12 *Al.* collatione mutua.

a De industria excogitatis. *b* Deo propitio.

occurrit, quod in quibusdam civitatibus, decedentibus episcopis propriis, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima [1] creatur et Officiorum Divinorum [2] offensio, et ecclesiasticarum rerum noscitur perditio. Nam dum longe, lateque diffuso tractu terrarum, commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat Regis [3] auditibus decedentis præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi libera Principis electio præstolari, nascitur [4] semper et nostro ordini de relatione talium difficultas, et regiæ potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis pontificibus sustinet, [5] injuriosa necessitas.

Unde placuit omnibus Pontificibus [6] Hispaniæ, ut salvo privilegio uniuscujusque provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscumque Regalis potestas elegerit, et jam dicti Toletani [7] episcopi judicio dignos esse probaverit, in quibuslibet Provinciis, in præcedentium sedibus præficere præsules, et decedentibus episcopis eligere successores. [8] Ita tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus, infra trium mensium spatium, proprii Metropolitani præsentiam visurus accedat, qualiter ejus auctoritate vel disciplina instructus, condigne susceptæ sedis gubernacula teneat. Quod si per disidiam aut [9] neglectum quilibet constituti temporis metas excesserit, quibus Metropolitani sui nequeat obtutibus præsentari, excommunicatum se per omnia noverit, excepto si regia jussione impeditum se esse, probaverit. Hanc quoque definitionis formulam, sicut de episcopis, ita et de ceteris ecclesiarum rectoribus placuit observandam. *Eumdem vide in cap. 4. de Primate, et cap. 15. de Episcop. elect.*

1 Al. *post* creatur *deest* et.
2 *Al.* offensio, dum tractu terrarum. *Alia desunt.*
3 *Al.* auribus.
4 *Al.* sæpæ.
5 *Al.* innumerosa.
6 *Al.* Hispaniæ atque Galliciæ.
7 *Al.* Pontificis judicium.
8 *Al.* Sic tamen.
9 *Al.* neglectu quolibet.

CAP. XL.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. can.7.

De his, qui pro accidentia jurgiorum altaria nudare præsumunt, vel luminaria ecclesiæ substrahunt, ut coram Metropolita pœniteant, vel dignitate et honore priventur.

Jerem. 48. v. 10. *Væ his qui faciunt opus Domini fraudulenter, et desidiose!* Propheticus sermo annuntiat. Et si illi *væ* incurrunt, qui negligenter opus Domini faciunt; quod supplicium merebuntur, qui divinæ servitutis cultum, malitia intercedente, ab altaribus Christi subducunt? Illos dicimus, qui obstinatæ mentis dolositate confusi, quum aliqua eos

eos molestia fraternorum jurgiorum pupugerit, insana illico temeritate adrepti, altaria nudantes sacratis vestibus exuunt, luminaria subtrahunt, ac divinorum sacrificiorum cultum, malitia intercedente, subducunt. Et quod in hominibus se vindicare non possunt, injuriam Deo, quod pejus est, inferunt.

Unde si hujusmodi pro fraterno odio homicidæ reatu adstringitur, pro contemtu divino quid pœnæ merebitur? Etenim juxta quod divinus sermo increpat: *Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus; si quis autem peccaverit in Deum, quis pro eo rogaturus est?* Facile ergo talium sacerdotum excessibus illa Domini sententia coaptabitur, qua malitia percutitur sacerdotum. Dicit enim: *Honorificantes me, honorificabo; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* 1. Reg. 2. v. 25. Ibid. v. 30.

* Quicumque ergo sacerdotum, vel ministrorum deinceps caussa cujuslibet doloris vel amaritudinis permotus, aut altare divinum vel vestibus sacratis exuere præsumserit, aut qualibet alia lugubri veste [1] accingi; seu etiam si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei substraxerit, aut extingui præceperit, aut quodcumque lugubritatis in templo Dei induxerit, atque (quod pejus est) occasionem nutrierit, unde de templis Domini aut officia consueta desint, aut oblatio singularis sacrificii videatur in aliquo defraudari; si eum antea veræ pœnitudinis coram Metropolitano satisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuæ mancipatus juxta superiorem sententiam Domini, et loci sui dignitate se noverit et honore privari. Illis proculdubio personis ab hac ultionis sententia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subversionem sanctæ fidei metuentes, aut hostilitatem, vel obsidionem perferentes, seu etiam divinorum judiciorum sententiam metuentes, tale fecisse contigerit; in quorum facto plus humilitas, qua Deus placetur, quam interni laboris dolositas, declaratur. *Eumdem vide in cap. 3. de Sacrilegio.*

* Can. 13. c. 26. q. 5

[1] Al. accinxerit.

CAP. XLI.
Ex eodem can. 8.

Ne admonente Metropolitano, quisquam ex confinitimis ad locum, ubi invitatur, venire contemnat.

Si generaliter obediendum omni fratri in tantum a Christo præcipitur, ut non solum si *angariati* fuerimus *passibus* Matth. 5. v. 41.

bus mille, obedientiæ vota paremus, sed etiam gemino id caritatis officio peragamus, jam quomodo obediendum est
Hebr. 13. v. 17. præeminenti? Quibus Apostolus ita obedire præcepit, ne de inobedientia fratris videantur ullo modo contristari. Accidit enim multoties, ut caussa salutis alicujus vel collationis necessariæ, evocati a Principe vel Metropolitano confinitimi sacerdotes, venire differant, et diversis excusationibus agant, quibus implere, quæ jubentur, omittant; hac de re nascitur et difficultas ordinibus, et contemtus majoribus.

Et ideo si quis episcoporum a Principe, vel Metropolitano suo admonitus, designato sibi dierum rationabili ad veniendum spatio, sive pro festivitatibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste, et Nativitate Domini [a] celebrandis, sive pro caussarum negotiis, seu pro Pontificibus consecrandis, vel pro quibuslibet ordinationibus Principis, excepta inevitabili necessitate infirmitatis, quæ testibus possit comprobari idoneis, ad constitutum diem venire distulerit, contemtorum se noverit excommunicatione mulctari; si tamen exceptis supra taxatis capitulis, aut fluminum, aut aërum procellosa immensitas ad præfinitum diem aditum ei subduxerit properandi; quod tamen, et hoc ipsum convinci idoneis testibus oportebit. Hanc etiam et illi ex Pontificibus sententiam merebuntur excipere, qui exortos contra se clamores negotiorum, admoniti a Metropolitano, distulerint emendare atque compescere; aut si admoniti, ut ad judicium Primæ Sedis accedant, aut per se noluerint properare, aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere. *Eumdem vide in cap. 21. de Obedient. fidelit. et obseq. Reg.*

CAP. XLII.

Ex eodem can. 10.

Episcopus pœnitens, a Metropolita reconciliatus, sui ordinis retineat officia.

Stante priscorum canonum sanctione, quicumque Pontificum vel sacerdotum deinceps per manus impositionem, pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint, tenorem retentandi regiminis non omittant, sed per Metropolitanum reconciliatione pœnitentium more suscepta, solita compleant ordinis sui officia

[a] Vide sis supra cap. 32.

cia vel cetera mysteriorum sibi credita sacramenta. Hoc tantum est observandum, ut si aut ante acceptionem pœnitentiæ adjudicatus, nec reconciliatus reperitur pro culpis, aut si in ipsa perceptione pœnitentiæ reconciliatus, implicatum se dixerit mortalibus factis, juxta æstimationem Metropolitani abstinere hujusmodi oportet a præmissis officiis. Ceterum si, ut dictum est, sub pœnitentiæ perceptione consistens, nihil mortalis criminis se admisisse, prædixerit, attamen quod fateri hominibus erubescit, absconsum intra claustra sui pectoris delitescit, noverit ipse, sibi de se potestatem esse concessam, ut juxta conscientiæ suæ fiduciam, utrum audeat, aut non audeat sacrificare Deo, ex sui potius arbitrii potestate, quam ex nostri judicii permissione, procedat. *Integrum vide in cap. 8. de Pœnitent. ministrat.*

CAP. XLIII.

Ex eodem can. 11.

Ut appellatio ad Metropolitam non impediatur.

His sane, qui de confinitimis episcopis, ceterisque ecclesiarum rectoribus ad Metropolitanum suum pro caussarum suarum necessitate confugiunt, sicut licentia talibus perfugii datur, ita hi qui eos susceperint, damnari utpote receptores fugitivorum non poterunt: præsertim si et publice illos apud se habeant, et eos cum quibus actiones habuerint, ad reposcentis vocem conventuros admoneant. *Integrum vide in cap. 16. de Resid. cleric. et cap. 13. de Monachis et Virgin. propos. non servant.*

CAP. XLIV.

Ex eodem can. 12.

De non excommunicandis a proprio episcopo personis illis quæ ad Metropolitanum suum negotia sua gesturi accesserint.

Quicumque ex clericis vel monachis caussam contra proprium episcopum habens ad Metropolitanum suum caussaturus accesserit, non ante debet a proprio episcopo excommunicationis sententia prædamnari, quam per judicium Metropolitani sui, utrum dignus excommunicatione ha-

beatur, possit agnosci. Quod si ante judicium quis episcoporum in talium personas excommunicationis sententiam præmiserit, illis penitus, quos ligaverint, absolutis, in se illam noverit retorqueri sententiam.

Quod etiam et inter Metropolitanos convenit observari, si prægravatus quis a Metropolitano proprio, ad alterius provinciæ Metropolitanum molestiam pressuræ suæ agnoscendam detulerit; aut si inauditus a duobus Metropolitanis, ad regios auditus negotia sua perlaturus accesserit, et ob hoc excommunicationis jugulum a proprio episcopo illi videatur infigi, hoc tantum est observandum, ut si prius unumquemque excommunicationem contigerit suscepisse, antequam a proprio episcopo ad alium pertransiret, tamdiu excommunicatus apud eum, cujus judicium petiit, habeatur, quamdiu excommunicatoris sui objectibus, utrum juste, an injuste alligatus sit, agnoscatur. *Eumdem vide in cap. 4. de Appellat.*

CAP. XLV.

Ex Concilio Cæsaraugustano III. anno 691. can. 2.

Ut confinitimi episcopi de sacra solemnitate paschali annua vice Primatum suum requirant.

Si quidem sancta institutio Patrum [a] de solemnitate paschali præcipiat, ut omnes confinitimi episcopi annua vicissitudine [b] Primatum suum inquirant, [c] quo tempore paschæ festum peragant; tamen quia didicimus nonnullos episcopos sententiam Patrum transgredientes, propter quod etiam debuerunt usquequaque vigilantes manere; placuit omnibus nobis, ut abinceps [d] cuncti confinitimi episcopi
1 *Al.* objicientes. nullam sibi occasionem [1] subjicientes, aut longinquitate itineris præcaventes, annua recursione festivitate paschali tempore congruo Primatem suum, sub cujus potestatis manserint regimine, inquirant, ut quo die et tempore illis paschæ festum pronuntiaverit, solicita veneratione peragant. *Eumdem vide in cap. 15. de Festis diebus.*

a Vide infra cap. 12. et 23. *b* Singulis annis. *c* Interrogent. *d* Deinceps.

TIT.

TIT. V.

DE EPISCOPORUM ELECTIONE, ET CONSECRATIONE.

CAP. I.

Ex epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmericum Tarraconensem anno* 385. *cap.* 10.

Ut episcopus a clero simul, et populo eligatur.

* QUI cum initiatus fuerit (*lector*, *aut exorcista*) expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus, et subdiaconus fiat; et sic ad diaconatum, si per hæc tempora dignus judicatus fuerit, provehatur. Exinde jam accessu temporum, [1] presbyterium, vel episcopatum, si eum cleri ac plebis [2] evocarit electio, non immerito [3] sortietur. *Integrum vide in cap. 2. de Ordinat. gradib.*

* *Can.* 3. *d.* 77.

1 *Al.* presbyterio vel episcopatus.
2 *Al.* evocaverit.
3 *Al.* societur.

CAP. II.

Ex epistola INNOCENTII PAPÆ *ad Episcopos Synodi Toletanæ post annum* 402. *cap.*2.

De episcopis a Ruffino et Minicio in alienis ecclesiis contra canones ordinatis, id est contra populi voluntatem.

NON enim latere potuit, quod Ruffinus, atque Minicius episcopi in alienis ecclesiis contra Nicænos canones episcopos usurpaverunt ordinare. Hæc nequis sibi audeat vendicare, saltem [4] nunc nobis est salubriter providendum, ne improba usurpatione dissimulatio in deterius convalescat, et fiat de consuetudine regula, quæ non veniat ab ipsa, quæ literis mandata est, disciplina. Qua in re Hilarii [a] fratris et consacerdotis nostri querela primitus audiatur, qui asseruit, Ruffinum [b] contra ecclesiarum pacem omni oppugnatione fuisse versatum, et dudum in Concilio Toletano [c] erroris sui veniam postulasse, et nunc quum Metro-

4 *Al.* nunc a nobis.

a Qui quartus est ex subscribentibus conc. Tolet. I. Vide cap. 3. *de Subscript.*
b Is forte alter fuit ex his, qui Symphosio Priscilliano adhæserunt. Vide sis cap. 1. *de Heres. abjurat.*
c Hæc igitur epist. missa non fuit Concil. Tolet. in quo Symphosii et aliorum caussa agitata est.

politano episcopo [a] ordinandi sacerdotis Pontificium deberetur, contra populi voluntatem, et disciplinæ rationem episcopum locis [b] abditis ordinasse, ecclesias scandalis miscuisse. Dehinc Tarraconensium episcoporum est caussa tractanda, qui pari modo Minicium in Gerundensi ecclesia episcopum ordinasse, conquesti sunt, et juxta Nicænos canones [c] ferenda est de tali usurpatione sententia. Illorum etiam episcoporum, qui a Ruffino vel a Minicio contra regulas ordinati sunt, habeatur plena discussio, ut quia perperam facti sunt, intelligant, id quod vitioso initio adepti sunt, se diutius obtinere non posse. *Partem vide in cap. 1. de Metropol.*

CAP. III.

Ex eadem cap. 4.

De vitiosis multorum ordinationibus ita dissimulari quæ hactenus usurpata sunt, ut in posterum prohibeantur.

Nam de ordinationibus, quas pravæ consuetudinis vitio Hispanienses episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum majorum traditionem statuendum, nisi
1 *Al.* quamplurimas. perpenderemus, ne perturbationes [1] quamplurimis ecclesiis moveremus. Quorum factum ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendorum, ea quæ quoquo modo facta sunt, in dubium non vocemus, sed Dei potius judicio di-
2 *Al.* Aliquantos. mittamus. [2] Quantos enim ex his, qui post acceptam Baptismi gratiam, in forensi exercitatione versati sunt, et obtinendi pertinaciam [d] susceperunt, adscitos ad sacerdotium esse, comperimus, e quorum numero Ruffinus et Gregorius perhibentur! Quantos ex aliqua militia, qui quum po-
3 *Al. deest:* severa. testatibus obedirent, [3] severa [e] necessario præcepta sunt exequuti! Quantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata, [f] fecerunt! Quantos, qui voluptates, et editiones populo celebrarunt, ad honorem summi Sacerdotii pervenisse! quorum omnium neminem ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat pervenire. Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos

[a] Vide sis tit. *de Metropolitis.*
[b] Contra conc. Sardicen. can. 6. qui in obscuri nominis vicis vetuit episcopos constituere.
[c] Can. 6.
[d] Susceperunt munus pertinaciter sollicitandi clientis triumphum.
[e] Cruenta.
[f] Editiones videlicet, sive spectacula, aut alia ejusmodi ludrica.

cos motus aut scandala Hispaniensibus Provinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus. Idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas providere debebit, ut tantæ usurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur. Eo videlicet constituto, ut si qui post hæc adversus formas canonum vel ad ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire tentaverint, una cum creatoribus suis ipso, in quo inventi fuerint, ordine et honore priventur.

CAP. IV.

Ex epistola HILARII PAPÆ *ad Ascanium et reliquos Tarraconensis Provinciæ Episcopos anno* 465. *cap.* 1.

Ut nullus sine consensu episcopi Metropolitani episcopus ordinetur.

[a] Hoc autem primum juxta eorumdem [b] Patrum regulas volumus custodire, ut nullus præter notitiam atque consensum fratris Ascanii Metropolitani aliquatenus consecretur antistes, quia [1] hoc vetus ordo tenuit, hoc trecentorum decem et octo sanctorum Patrum definivit auctoritas [c]; cui quisquis obvias tetenderit manus, eorum se consortio fatetur indignum, quorum præceptionibus resultarit. *Idem vide in cap.* 2. *de Metropol.*

[a] *Can.* 13. *c.* 1. *q.* 7.

[1] *Al.* hoc et vetus.

[c] *Syn. Nic.* 318. *PP. can.* 4. *et* 6.

CAP. V.

Ex eadem cap. 4.

De removendis episcopis, qui illicite ordinati sunt; et ne in una ecclesia duo episcopi habeantur; neque etiam petentibus populis eligantur indigni.

Ordinatos ergo nunc episcopos, qui, [2] licet te ignorante provecti sunt, cum suis auctoribus [3] meruerunt summoveri, hac ratione firmamus: si [4] nec viduarum maritus fuerit quisquam, & in unius virginis nuptias ac vota convenerit, sicut et legalia constituta præcipiunt, dicendo: *Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam, non repudiatam.*

[2] *Al.* licet dum te.
[3] *Al.* meruerint.
[4] *Al.* nec viduæ maritus fuerit quisquam, nec infecundæ conjugis nuptias.

Levit. 21. *v.* 13.
1. *Timoth.* 3. *v.* 2.

[b] Nicænorum.

tam. Secundum quod etiam beatus apostolus Paulus, magister gentium, de his, qui fieri desiderant sacerdotes, propria institutione non tacuit, dicens: *Unius uxoris virum*, cujus sane tenore sententiæ ita informati esse debetis, fratres carissimi, ut inter cetera, quæ cavenda sunt, hæc studeatis præcipue custodire, quæ cognoscitis, ante universa mandari. In quibus etiam [1] prospiciendum est, ne duo simul sint in una ecclesia sacerdotes; nec literarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, [2] vel etiam ex pœnitentibus aliquis ad sacrum ministerium prorsus sinatur accedere. Nec tantum putetis petitiones valere populorum, ut quum his parere cupitis, voluntatem Dei nostri, [3] qui nos peccare prohibet, deseratis. Cujus indignatio ex hoc gravius commovetur, quia benignitas ejus, dum fiunt illicita, per eos, qui sunt interpretes placationis, offenditur.

1 *Al.* perspiciendum.

2 *Al.* vel etiam ex pœnitens aliquis.

3 *Al.* quæ nos.

CAP. VI.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. *can.* 5.

Ut qui in Metropolitana civitate [4] *episcopus non ordinatur, post duos menses se Metropolitano præsentet.*

* Si quis in Metropolitana civitate non fuerit episcopus ordinatus, [5] postea quum susceperit benedictionem, per Metropolitani literas honorem fuerit [6] episcopatus adeptus, id optimum esse decrevimus, ut postmodum statuto tempore, id est, impletis duobus mensibus, se Metropolitani sui repræsentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus, plenius [7] quod observare debeat recognoscat. Quod si forte [8] hæc implere neglexerit; in synodo increpatus a fratribus, corrigatur [a]. [9] Quod si forte infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc suis literis Metropolitano indicare procuret. *Eumdem vide in cap. 3. de Metropol.*

4 Al. *episcopus non fuerit ordinatus.*

* *Can.* 8. *d.* 65.

5 *Al.* postea quam suscepta benedictione.

6 *Al.* episcopi adeptus.

7 *Al.* quid observare.

8 *Al.* hoc implere.

9 *Al.* et si forte.

CAP. VII.

Ex Collectione Martini Bracharensis c. 1.

De electione episcopi ab episcopis, non a populo peragenda.

10 Non liceat populo, electionem [11] facere, * qui ad sacer-

10 *Al.* Non licet.

11 *Al.* facere eorum qui ad sacerdotium promoventur, sed in judicio est episcoporum.

* *Can.* 8. *d.* 63. *ex Laodic. c.* 12. *et* 13.

a In synodo ab episcopis increpandus est.

cerdotium provocantur, sed judicium sit episcoporum, ut ipsi eum, qui ordinandus est, probent, si in sermone, et fide, et in spirituali vita edoctus est. [a]

CAP. VIII.

Ex eadem cap. 2.

[1] *De ordinando episcopo* a tribus saltem comprovincialibus, Metropolita primas partes agente.

1 Al. *de ordinatione episcopi.*

• Episcopum oportet maxime quidem ab omni concilio constitui; [2] sed si hoc aut pro necessitate, aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus tres [3] colligantur, et omnium præsentium, vel absentium subscriptiones teneantur, et sic postea ordinatio fiat. Hujus autem rei potestas in omni provincia ad Metropolitanum [4] pertineat episcopum. *Idem vide in cap. 13. de Metropolitis.*

• *Can. 7. d. 64. ex Nic. can. 4.*
2 *Al.* quod si hoc.
3 *Al.* eligantur, ut omnium.
4 *Al.* pertinet.

CAP. IX.

Ex eadem cap. 3.

De evacuanda ordinatione, quæ non ab omnibus, aut saltem tribus, ceteris, vel majori parte, consentientibus, vel *absente Metropolitano, fuerit facta.*

• Non debet ordinari episcopus absque consilio [5] et præsentia Metropolitani episcopi. Adesse autem oportet omnes qui sunt in provincia sacerdotes, quos per suam debet epistolam convocare. Et si quidem [6] omnes occurrerint, melius; si autem hoc difficile fuerit, [7] pluriores oportet occurrere. Qui autem [8] non venerint, præsentiam sui [9] per suas epistolas faciant; et sic omnium facto consensu, ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter præter quod a nobis terminatum est, fuerit factum, talem ordinationem nihil [10] prævalere, [b] decernimus. Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta, [11] et aliquis contra sua malitia in aliquo contradixerit plurimo-

• *Can. 2. d. 65. ex Antioch. c. 19.*
5 *Al.* et præscientia.
6 *Al.* omnes concurrerint, bene, si autem.
7 *Al.* plures oportet.
8 *Al.* non convenerint.
9 *Al.* per epistolas.
10 *Al.* valere.
11 *Al.* et si quis cum malitia.

a En capitis sententiam: *Non sufficit, quod quis ad episcopatum a populo evocetur, sed opus est etiam, ut concilium comprovincialium episcoporum eligendi mores probatos habeat.*

b Irritam esse.

morum consensus obtineat. *Idem vide in cap. 14. de Metropol.*

CAP. X.

Ex eadem cap. 8.

De non constituendo episcopo successore, sed ab episcopis, ecclesia vacante, eligendo.

* *Can. 4. c. 8. q. 1. ex Antioch. c. 23.*
1 *Al.* Episcopo non.

* 1 Episcopum non liceat ante finem vitæ alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc usurpare tentaverit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio et judicatu episcoporum, qui post exitum præcessoris, potestatem 2 habent, quem dignum elegerint.

2 *Al.* habent dignum eligere.

CAP. XI.

Ex eadem cap. 9.

De irruptione vacantis ecclesiæ, perpetrata ab episcopo, ecclesia destituto, absque comprovincialium consensu, ut irrita censeatur.

* *Ex Antioch. can.* 16. *ut in can.* 8. *d.* 92.
3 *Al.* subrepens.

* Si quis episcopus vacans [a], in ecclesiam non habentem episcopum, 3 subripiens populos, sine consilio integri ordinis irruerit, etiam si populus, quem seduxit, desideret illum, alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem et perfectum concilium dicimus illud, in quo Metropolitanus episcopus fuerit. *Idem vide in cap. 16. de Metropol.*

CAP. XII.

Ex Concilio Barcinonensi anno 599. *can.* 3.

Ex duobus aut tribus a clero populoque electis, et a Metropolita et comprovincialibus propositus, ille in episcopum ordinetur, quem sors divina monstraverit.

Hoc etiam innovandum custodiendumve in omnibus, sancta statuit synodus, ut secundum priscorum canonum constituta *, vel synodalium epistolas præsulum [b] præmonentes,

* *Concil. Brach. I. cap.* 20.

[a] Sine titulo.
[b] Hormisdas Pap. epist. ad univers. episc. Hispan. cap. 1. Vide sis tit. *de Ordinat. gradib.*

tes, nulli deinceps laicorum liceat ad ecclesiasticos ordines, prætermisso canonum præfixo tempore, aut per sacra regalia [a], aut per consensionem cleri vel plebis, vel per electionem assensionemque Pontificum, ad summum sacerdotium aspirare ac provehi; sed quum per canonum conscripta tempora, ecclesiasticos per ordines speciali opere desudando, probatæ vitæ adminiculo comitante, conscenderit gradus, ad summum sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctore Domino, proveheatur. Ita tamen, ut duobus aut tribus, quos ante consensus cleri et plebis elegerit, Metropolitani judicio, ejusque coëpiscopis præsentatis, quem sors [b], præeunte episcoporum jejunio, Christo Domino terminante, monstraverit, benedictio consecrationis accumulet [c]. Aliter deinceps (quod absit) præsumtum, et ordinatores et ordinatos proprii honoris depositio subsequatur. *Eumdem vide in cap. 20. de Metropol. et cap. 13. de Ordinat. gradib.*

CAP. XIII.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. can. 19.

De Ordinatione episcoporum.

Perniciosa consuetudo nequaquam [1] est reticenda, quæ majorum statuta præteriens, omnem ecclesiæ ordinem perturbavit, dum alii per ambitum [2] sacerdotium appetunt, alii oblatis muneribus Pontificatum assumunt, nonnulli etiam sceleribus implicati, vel [3] sæculari militiæ dediti, indigni ad [4] honorem summum ac sacri ordinis pervenerunt. De quorum [5] scilicet casu atque remotione [6] oportuerat quidem statuendum; sed ne perturbatio quamplurima ecclesiæ oriretur, præteritis omissis, deinceps qui non promoveantur ad sacerdotium, ex regulis canonum [*] necessario credimus inserendum, id est, qui in aliquo [7] crimine detecti sunt, qui infamiæ nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam [8] pœnitentiam admisisse confessi sunt, [9] qui in hæresim lapsi sunt, qui in hæresi baptizati aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt, [10] aut naturali defectu membrorum, aut decissione aliquid minus habere noscuntur, qui secundæ uxoris conjunctionem sortiti sunt,

1 *Al.* est recipienda.

2 *Al.* sacerdotia appetunt.

3 *Al.* sæcularibus.

4 *Al.* honorem summi.

5 *Al.* scilicet caussa.

6 *Al.* oportuerat quædam statuere.

* *Dist. 51. can. 5. qui in aliquo.*

7 *Al.* crimine detenti sunt.

8 *Al.* pœnitentiam se.

9 *Al.* vel qui in hæresi.

10 *Al.* naturaliter defectione aliquid minus.

a Auctoritatem Regiam.
b Peculiaris eligendi forma, ad exemplum Mathiæ Apostoli.
c Accedat.

sunt, [1] aut numerosa conjugia frequentaverunt, qui viduam vel marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui [2] concubinas ad fornicationem habuerunt, qui servili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophiti sunt, vel laici sunt, qui sæculari militiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt [a], qui inscii literarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus ecclesiasticos [3] non accesserunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ [4] civitatis elegerit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprovincialium sacerdotum [5] assensio exquisivit. Quicumque igitur deinceps ad ordinem sacerdotii postulatus, et in his, quæ prædicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, atque examinatus, probabilis [6] vitæ atque doctrinæ extiterit, tunc secundum synodalia vel decretalia constituta, [7] cum omni clericorum vel civium voluntate ab universis comprovincialibus episcopis, aut certe a tribus [8] in sacerdotium die Dominica [b] consecrabitur, convenientibus ceteris qui [9] absentes fuerint literis suis, et magis auctoritate vel præsentia ejus, qui est in Metropoli constitutus. Episcopus autem comprovincialis ibi consecrandus est, ubi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in civitate Metropoli, [10] comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjacebit. *Partem vide in cap. 24. de Metropolitis.*

1 *Al.* aut a marito.
2 *Al.* concubinas, aut fornicarias habuerunt.
3 *Al.* non ascenderunt.
4 *Al.* civitatis elegit.
5 *Al.* assensus non exquisivit.
6 *Al.* vita et doctrina.
7 *Al.* cum omnium.
8 *Al.* in sacerdotem.
9 *Al.* absentes sunt.
10 *Al.* et comprovincialibus.

CAP. XIV.

Ex Concilio Toletano XII. an. 681. can. 4.

Ut in locis, ubi episcopus [11] non fuit, numquam episcopus ordinetur.

11 Al. *non fuerit.*

Majorum institutionibus [12] contraire, et sanctorum Patrum decreta [13] convellere, quid aliud est, quam vinculum so-

12 *Al.* ausu temerario contraire.
13 *Al.* convellere, et superiorum suorum effrenata libidine contra sanctissimam Apostoli doctrinam sanctionibus reniti, quid aliud est.

a Curiales, ita dicti, quia civilia munera procurant. *Senator lib. 9. epist. 2.* Qui quidem a sacerdotii dignitate arcentur, ut enim ait Salvianus lib. 3. *Quid aliud est curiarium, quam iniquitas?* Ex lib. 5. *Quot curiales, tot tyranni.*
b Ut in cap. 2. *de Ecclesiarum consecr.*

societatis Christi abrumpere, et [1] usurpatæ præsumtionis licentia statum totius ecclesiæ dissipare? Prosequente [a] igitur venerabili et sanctissimo viro fratre nostro Stephano [b] Emeritensis sedis episcopo, res nobis novellæ præsumtionis usurpatione sese intulit pertractanda, tanto [2] communionis nostræ judicio evellenda, quanto et pravitatis noscitur [3] ausibus perpetrata. Dixit enim, violentia principali [c] se impulsum fuisse, ut in Monasterio villulæ Aquis [d], in qua venerabile corpus sanctissimi [4] Pimenii [e] confessoris debito quiescit honore, novam episcopalis honoris ordinationem efficeret. Et ideo quia [5] indiscreto et facillimo [6] assensu, injustis Wambæ Principis jussionibus parens, novam et injustam illic Pontificalis sedis [7] prælectionem induxerit, ubi [8] canonica institutio id fieri omnimoda ratione refellit, prædictus idem vir prostratus [9] humo, medicamine nostri præcepti et sibi dari [10] veniam petiit, et quid potissimum oporteat fieri de persona ejus, qui illic ordinatus fuerat, nostri oris sententia [11] decernendum poposcit.

Sed quia veraciter, immo communiter noveramus, prædictum Principem consilio levitatis agentem, non solum præcepisse, ut in prædicto [12] loco Aquis episcopus fieret, sed etiam ita eum consuetis obstinationibus [13] definisse, ut hic in Suburbio Toletano in Ecclesia Prætoriensi [f] Sanctorum Petri et Pauli episcopum ordinaret, nec non et in aliis vicis vel villulis similiter faceret, ideo pro tam insolenti hujusmodi [14] disturbationis licentia, quid de hac re haberent canonum [15] instituta, perlecta sunt; in primis epistola Pauli, ubi Tito discipulo, ut episcopos per civitates constituere debeat, præcepit; item ex concilio Nicæno, titulo octavo [g], ubi inter cetera præcipitur, ut in [16] civitate non videantur duo episcopi esse; item ex concilio Laodiceno, titulo quinquagesimo septimo, [17] ubi dicit: Ubi Dioe-

G 2 ce-

1 *Vel*, præceptionis licentia. *Aut*, præsumtionis, statum.

2 *Al.* communi nostro judicio convellenda.

3 *Al.* ausu perpetrata.

4 *Al.* Pinevii, Punenii, Pigmenii, *vel* Pinenti.

5 *Al.* ex indiscreto.

6 *Al.* assensu illustris Wambæ.

7 *Al.* prælationem induxit.

8 *Al.* canonica constitutio.

9 *Al.* humi prædicamine.

10 *Al.* veniam petit.

11 *Al.* decerni poposcit.

12 *Al.* loco aliquis episcopus.... cum consuetis.

13 *Al.* definisset, ut in Suburbio.

14 *Al.* extirpationis licentia.

15 *Al.* instituta, in medium proferri præcipimus. Tunc hæc in ordine constituta perlecta sunt.

Ad Tit. 1. *v.* 5. sed vulgata loco *episcopos*, habet *presbyteros*.

16 *Al.* civitate una.

17 *Al.* ubi dicit: Non oportet, in vicis et in villulis episcopos ordinari, &c. Item ex Concilio Africæ, *al.* Carthaginensi secundo, titulo quinto, ubi Felix Selemselitanus dixit: Etiam si hoc.

a *Allegante*: vox juridica.

b Qui huic Concilio, et Toletan. XIII. interfuit, et Toletan. XIV. per Vicarium, Maximum. Vide sis a cap. 29. de *de Subscript*.

c A Principe illata.

d Si Roderico Archiep. Tolet. lib. 5. Hist. cap. 8. credimus, Talavera quondam vocata fuit *Aquis*; unde suspicari merito possumus hanc fuisse villulam, ubi consecratus fuit episcopus ab Stephano, quamvis Talavera ad Toletanum pertineret; Stephanus enim in ecclesia Suburbii Toletani Episcopum ordinavit, ut in progressu ejusdem canonis patet.

e Qui subscribit Concilio Tolet. IV. uti episcopus Asidonensis, vulgo *Xerez*, vel ut aliis placet, *Medina Sidonia*; et Tolet. VI. uti episcopus Dumiensis, vel potius Tedoniensis, aut Asidonensis.

f Prætorio, aut prope Prætorium, sive Palatium posita.

g Vel potius canone 6. Conc. Sardicensis, quod sub nomine Nicæni a Romanis præsertim tradebatur.

cesis, quæ episcopum numquam habuit, non habeat.

Felix Episcopus Silensitanus dixit etiam [a]: Si hoc placet sanctitati vestræ, insinuo, ut dioeceses, quæ numquam episcopos habuerunt, non habeant, [1] vel illa dioecesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Secundum autem hanc prosequutionem sanctitatis [2] vestræ est æstimare, quid fieri debeat. [3] Genedius Episcopus dixit: Si placet insinuatio fratris et coëpiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab universis episcopis dictum est: Placet. Item ex Concilio [4] Africæ tertio, titulo quadragesimo secundo, [5] ubi dicitur, ut non accipiat alium episcopum plebs, quæ in dioecesi semper subjacuit. Epigonius enim episcopus inter cetera sic dixit: Hoc dico, non debere Rectorem accipere eam plebem, quæ in dioecesi semper subjacuit, nec umquam proprium episcopum habuit; quapropter si universo sanctissimo Coetui placet hoc [6] quod prosequutus sum, confirmetur.

Aurelius Episcopus dixit: Fratris et consacerdotis nostri prosecutioni non obsisto, sed hoc me et fecisse, et facturum esse profiteor. Item ex Concilio [7] Sardicensi [b], ubi inter cetera præcipitur: Licentia danda passim non est; si enim subito aut vicus aliquis, aut modica civitas, cui satis est unus Presbyter, voluerit sibi episcopum ordinari, ad hoc ut vilescat nomen episcopi et auctoritas, non debent illi ex alia provincia invitati facere [8] episcopum. Item de sententia eorum, qui hujusmodi ordinationes faciunt, vel de his qui contra hæc instituta canonum ordinantur, ex Concilio Tauritano, titulo secundo, [9] ubi dixit: Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetem disciplinam, quod circa Octavium, Ursionem, [10] Remigium, Attretoerium episcopos synodus sancta decrevit, [11] qui in usurpationem quamdam de ordinatione sacerdotum ad invidiam vocabantur. [12] Quod eatenus his videtur indultum, ut de cetero hac auctoritate commoniti, nihil usurpare conentur; [13] siquidem ea se ab hac caussa excusatione defenderint, qua dicerent, prius se non esse conventos.

Proinde judicavit synodus, ut si quis ex hoc fecerit contra instituta majorum, sciat is qui ordinatus fuerit, [14] sacerdotii se honore privandum; et ille qui ordinaverit, auctoritatem se in ordinationibus, vel in conciliis minime retenturum.

1 *Al.* et dioecesis.... proprium episcopum.
2 *Al.* vestræ æstimate.
3 *Al.* Geneeletus, *vel* Genethlius.
4 *Al.* Africæ, *vel* Carthaginensi quarto.
5 *Al.* ubi dicit.... alterum episcopum.
6 *Al.* quod præfatus sum.
7 *Al.* Sardicensi capitulo sexto.
8 *Al.* episcopum, in quibus antea non fuit.
9 *Al.* ubi dicit.
10 *Al.* Remigium ac Triferium.
11 *Al.* qui in usurpatione quadam *vel* usurpationis quadam deordinatione.
12 *Al.* Quod ita his.
13 *Al.* Siquidem se ab hac caussa tali excusatione.
14 *Al.* Sacerdotis.

a Scilicet, in Conc. Carthagin. II. *can.* 5.
b Can. 6. quem supra retulit tamquam ex Conc. Niceno: nisi dicas, plures quam viginti fuisse Nicænos canones.

rum. Non solum autem circa [1] memoratos episcopos hæc sententia prævalebit, [2] sed etiam circa omnes, qui simili errore decepti, hujusmodi ordinationes perpetrarunt. His igitur fortissimis regulis effectum pii operis [3] apponentes, id communi definitione elegimus, [4] ut in locum villulæ supradictæ Aquis deinceps sedes episcopalis [5] non maneat, neque episcopus illic ultra constituendus existat. Hic tamen [6] Cuniuldus, qui contra majorum decreta illic videtur institutus fuisse episcopus, nullis canonum erit ad condemnationem sui sententiis [7] ulciscendus, quia non ambitione, sed Principis [8] impulsione illic constitit ordinatus. Et ideo hoc illi [9] remedium humanitatis concedimus, ut in sede alia decedentis cujuslibet [10] episcopi transducatur [a], et prædictus locus sub monastica deinceps institutione mansurus, non episcopali ultra privilegio fretus, sed sub Abbatis regimine, sicut hucusque fuit, erit modis omnibus mancipandus. Jam vero de cetero generale [11] ponentes edictum, si quis contra hæc Apostolica jussa, si quis contra hæc canonum interdicta venire conaverit, ut in locis [12] illis episcopum eligat fieri, ubi episcopus numquam fuit, sit in conspectu omnipotentis Dei anathema; et insuper [13] tam ordinans, quam ordinatus gradum [14] sui ordinis perdat, quia non solum antiquorum Patrum decreta, [15] sed Apostolica ausus est convellere instituta.

1 *Al.* memoratum episcopum.
2 *Al.* sed et circa omnes..... deceptos, qui hujusmodi.
3 *Al.* opponentes in communi.
4 *Al.* ut in loco villulæ supradictæ deinceps.
5 *Al.* non remaneat.
6 *Al.* Convildus, *vel* Conjuldus.
7 *Al.* ulciscendum.
8 *Al.* impulsione constitit.
9 *Al.* remedium humilitatis concedimus, ut in sedem aliam.
10 *Al.* episcopi transferatur.
11 *Al.* ponamus edictum. Si quis contra hæc canonum interdicta.
12 *Al.* illis se episcopum.
13 *Al.* tam ordinator.
14 *Al.* sui honoris.
15 *Al.* sed et Apostolica.

CAP. XV.

Ex eodem can. 6.

De concessa Toletano Pontifici Generalis Synodi potestate, [16] *ut episcopi alterius Provinciæ cum conniventia Principum in urbe Regia ordinentur.*

16 Al. *ut episcopus ordinetur.*

• Illud quoque [17] collationi mutuæ decernendum nobis occurrit, quod in quibusdam civitatibus, decedentibus episcopis propriis, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima [18] creatur et officiorum divinorum offensio, et ecclesiasticarum rerum noscitur perditio. Nam dum longe lateque diffusso tractu terrarum, commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat [19] Regis auditibus decedentis Præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi libera Principis electio præstolari; [20] nascitur

• *Can. 25. d. 63.*
17 *Al.* collatione mutua.
18 *Al.* creatur officiorum divinorum offensio, dum tractu terrarum.
19 *Al.* Regis auribus.
20 *Al.* nascitur sæpe.

a Quod reipsa factum est, et in Conc. Tolet. XIII. ut episcopus Italicensis subscribit.

tur semper et nostro ordini de relatione talium difficultas, et regiæ potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis Pontificibus sustinet, [1] injuriosa necessitas. Unde placuit omnibus Pontificibus [2] Hispaniæ, ut salvo privilegio uniuscujusque provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscumque regalis potestas elegerit, et jam dicti [3] Toletani Episcopi judicio dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis, in præcedentium sedibus præficere Præsules, et decedentibus episcopis, eligere successores [a]. [4] Ita tamen ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus, infra trium mensium spatium, proprii Metropolitani præsentiam visurus accedat; qualiter ejus auctoritate vel disciplina instructus, condigne susceptæ sedis gubernacula teneat. Quod si per desidiam [5] aut neglectum quilibet constituti temporis metas excesserit, quibus Metropolitani sui nequeat obtutibus præsentari, excommunicatum se per omnia noverit, excepto si regia jussione impeditum se esse probaverit. Hanc quoque definitionis formulam, sicut de episcopis, ita et de ceteris ecclesiarum rectoribus placuit observandam. *Eumdem vide in cap. 4. de Primate, et cap. 39 de Metropolitis.*

1 *Al.* innumerosa necessitas.

2 *Al.* Hispaniæ atque Galliciæ.

3 *Al.* Toletani Pontificis judi judicium.

4 *Al.* sic tamen.

5 *Al.* aut neglectu quolibet.

TIT. VI.

DE TRANSLATIONE EPISCOPORUM.

CAP. I.

Ex epistola HILARI PAPÆ *ad Ascanium, et reliquos Tarraconensis Provinciæ Episcopos anno* 465. *cap.* 2.

Ut nullus episcoporum, relicta propria ecclesia, ad aliam transeat.

In quorum contumeliam a superbo spiritu etiam pars illa contemnitur, [6] qua vetatur, ne quis relicta ecclesia sua, ad alteram transire præsumat; quod nimis improbe conniventibus, et (ut doleatur gravius) vobis asserentibus, Irenæus Episcopus

6 *Al.* qua cavetur, *vel* quæ veretur.

a In quibuslibet provinciis eligere, seu potius confirmare episcopos; ita ut a Toletano ad aliam provinciam electi, intra trium mensium intervallum coram proprio se sistant Metropolita, ut salvetur forsan jus Metropoliticum.

pus conatur admittere, [1] qui nostra auctoritate roborari cupitis, quos maxime de rebus illicitis magna indignatione probatis accendi. Lectis ergo in conventu fratrum [a], quos natalis [b] mei festivitas congregarat, literis vestris, quæ de ordinandis episcopis secundum statuta canonum vel prædecessorum meorum decreta sunt, prolata sententia, gestorum quæ pariter direximus tenore discetis.

1 *Al.* quæ, *vel* quod nostra auctoritate revocari cupitis.

CAP. II.

Ex eadem cap. 3.

Ut Irenæus remotus a Barcinonensi Ecclesia, ad propriam revertatur.

• Unde remoto ab Ecclesia Barcinonensi, atque ad sua [c] remisso Irenæo Episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum [2] dissiderant, quod non licet obtinere; talis protinus de clero proprio Barcinonensibus episcopus ordinetur, qualem te præcipue, frater Ascani, oporteat eligere, et [3] deceat consecrare, [d] ne si similiter forte factum fuerit, non sine objurgatione tui maxime nominis [4] retundat nostra præceptio, quod in injuriam Dei, a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum, didicerimus admissum. Nec episcopalis honor hereditarium [e] jus putetur, quod nobis sola Dei nostri benignitate Christi confertur. *Idem vide in cap. 2. de Metrop.*

• *Can.* 30. *c.* 7. *q.* 1.

2 *Al.* desiderant quod non licet.

3 *Al.* decet consecrare, ne si aliter forte.

4 *Al.* retundatur.

a Uti solemne semper fuerat Romanis Pontificibus, qui nullum gravis momenti negotium sine fratrum, seu clericorum concilio dirimebant.

b Die 12. Novembris.

c Municipii Egarensis, *Tarrasa.*

d *En sequentem sententiam*: Ne si hujusmodi translatio iterato contingat, te iterum objurgationibus interpellem, te inquam, cui erit præsertim tribuendum hoc crimen, in peculiarem perpetratum injuriam Dei, qui est præcipuus dignitatum ecclesiasticarum distributor.

e Refertur ad id quod episcopi Tarraconenses in epist. I. Hilaro P. nuntiaverant, nempe, Nundinarium Barcinonensem successorem sibi Irenæum indicasse; de quo actum est in concilio Romano proximo capite indicato; quod et retulit Grat. *Can.* 5. *caus.* 8. *quæst.* 1.

CAP.

CAP. III.

Ex eadem cap. 5.

De damnatione Irenæi, si ad suam ecclesiam non revertatur.

Ut autem omnia secundum hæc, quæ scripsimus, corrigantur, præsentes literas, Trajano subdiacono nostro veniente, direximus. Quod si Irenæus episcopus ad ecclesiam suam, deposito improbitatis ambitu, redire neglexerit (quod ei non judicio sed humanitate præstabitur) removendum se ab episcopali consortio esse cognoscat. Deus incolumes vos custodiat, fratres carissimi. Data tertio kalendas Januarii [1] Basilisco, et Herminerico viris clarissimis consulibus.

1 *Al.* Basilico.

CAP. IV.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 5.

De eo, qui per ambitionem de inferiori civitate ad majorem [2] *transire vult*, ut ad propriam reverti cogatur ecclesiam.

2 Al. *transire voluerit.*

* [3] Si quis in parte alicujus fuerit ambitiosior inventus, sive episcopus, sive presbyter, vel diaconus, de inferiori civitate non transeat ad majorem. Quod si quis contra hæc Magni [a] Concilii constituta importunus exstiterit, [4] omnimodis evacuetur [b] hujusmodi factum, et suæ iterum restauretur ecclesiæ, [5] cujus episcopus, aut presbyter, aut diaconus prius [6] fuerit constitutus. *Idem vide in cap. 8. de Residentia Cleric.*

* *Ex Nic. can.* 15.
3 *Al.* Si quis particeps alicujus fuerit ambitionis inventus.
4 *Al.* omnino.
5 *Al.* cui episcopus.
6 *Al.* fuerat.

CAP. V.

Ex eadem cap. 6.

[7] *De non mutanda parochia* ab episcopo.

7 Al. *De non mutandis Parochiis.*

Episcopum a propria parochia non liceat transire in aliam, neque sua sponte introire, neque [8] invitatus, neque ab episcopo coactus; sed permaneat in loco, in quo a Deo est or-

8 *Al.* invitatum...... coactum.

a Hoc ut plurimum nomine appellabatur Synodus Nicæna, ut in Arelat. II. *can.* 24.
b *Infringantur*, uti est in originali Nicæno.

ordinatus, et [1] in eam quam sortivit ecclesiam, secundum antiquum * canonum institutum.

1 *Al.* in ea quam sortitus est, ecclesiam.
* *Nicæn. can.* 15.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. can. 12.

Decretum judicii ab universis, ut deposito Sisberto, Felix de Hispalensi in Toletanam, Faustinus de Bracharensi in Hispalensem, Felix de Portucalensi in Bracharensem ecclesiam transferatur.

Actuum Apostolorum probata satis, & veneranda narrat historia, quod Juda crimine proditionis damnato, nequaquam Spiritus sanctus super reliquos undecim illapsu cœlico est diffusus, quoadusque Mathias ab omnibus est præelectus in loco ejusdem Apostolus; inde scilicet, quia undenarius numerus transgressionem [a] significat mandatorum. Et quia Sisbertus Toletanæ sedis episcopus, suo facinore denotatus, nostro ex corpore constat abscissus, ob id summopere numerositatem nostram convenit studere, ut in loco ejus alio subrogato, perfectioni debitæ corpus nostrum reddatur, sicut per Mathiam perfectus numerus noscitur fuisse completus; et quia iidem legationem superni numinis fungentes Apostoli sunt protestati, dicentes: *Christi bonus odor sumus Deo in his qui salvi fiunt, et in his qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.* Illis videlicet odor vitæ in vitam, qui præceptis eorum exhibere patientiam curaverunt, illis vero odor mortis in mortem, qui eorum nihilominus monita contemserunt.

Act. 1. *v.* 18.

2. *Corinth.* 2. *v.* 15.

Proinde quia prædictus Sisbertus, Toletanæ sedis episcopus, eorum [b] salutaribus monitis nequaquam maluit ex humilitate dependere obsequelam, quo ecclesiam Dei ordine debito regeret, humilitate [c] instrueret, et exemplis salutaribus ad regna siderea provocaret, sed bicipiti se percellens mucrone, superbiæ videlicet atque perjurii, gloriosum dominum nostrum Egicanem Regem non solum Regno voluit privare, sed et mortis impensione [d] perimere; ideo non congruit, nos prius concilium inchoare, nisi illo prius canoni-

a Allegorica interpretatio, tunc temporis usitata.
b Aliorum episcoporum.
c Obedire, imitari. d Illatione.

ca ac legali censura multato, in loco ejus alius fuerit subrogatus, Toletanæ sedis cathedram retenturus. Icciro nobis omnibus in unum collectis, idem Sisbertus episcopus nostro cœtui præsentatus, atque infidelitatis suæ machinationem patuli oris est affatu professus. Unde nos per hujus decreti nostri formulam, sæpedictum Sisbertum secundum edictum priscum synodicæ sanctionis ac decretum de talibus promulgatæ legis [a], ab episcopali ordine et honore dejicimus, a perceptione corporis et sanguinis Christi excommunicatum, in exilio perpetuo manere censemus, in fine tantum communionem per omnia percepturum, excepto, si eum principalis [b] pietas cum sacerdotali [c] conniventia delegerit absolvendum.

Igitur quoniam, favente Domino, concilium est quo citius inchoandum [d], secundum prælectionem atque auctoritatem totiens dicti nostri Domini, per quam in præteritis jussit [e], venerabilem fratrem nostrum Felicem [f] Hispalensis sedis episcopum, de prædicta sede Toletana jure debito curam ferre, nostro eum in postmodum reservans ibidem decreto firmandum, ob id nos cum consensu cleri ac populi ad sæpedictam Toletanam sedem pertinentis, prædictum venerabilem fratrem nostrum Felicem episcopum de Hispalensi sede, quam usque hactenus rexit, in Toletanam sedem canonice transducimus, et in eadem Hispalensi cathedra fratrem nostrum Faustinum Bracharensis sedis episcopum, nec non et Felicem Portucalensis ecclesiæ antistitem, in præfata Bracharensi sede similiter pontifices subrogamus [g], ac perpetua sanctione unumquemque eorum in privatis sedibus confirmamus, quatenus uterque easdem, quas suscipiunt ecclesias, pia prædicatione instruant, moribus sanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificent, ut unanimitate mirabili in unum collecti, unum corpus effecti, eis nobiscum in synodali conventu pariter residentibus, illapsum sancti Spiritus, ut duodecim Apostoli, mereamur; quo ejus igne succensi, et doctrina imbuti, quæ ad disciplinam ecclesiasticam pertinent, et ad compescendos pravorum hominum mores æquis-

a Vide tit. *de Obedient. et fidelit. Reg. præst.*

b Principis vide cap. 3. *de Absolut.*

c Consentientibus episcopis.

d Hoc quippe decretum de Sisberto, licet numero duodecimum in collectionibus recenseatur, ante inchoatum tamen concilium stabilitum esse constat.

e Egica scilicet in aliquo peculiari decreto.

f Qui idem fortassis est Felix Archipresbyter, qui Conc. Tolet. XIII. subscribit. Videsis cap. 30. *de Subscript.*

g Non enim ita prohibitæ sunt episcoporum translationes, ut non possent ob evidens ecclesiæ bonum fieri, uti Martinus et Fructuosus ad sedem Bracharensem de Dumiensi translati sunt.

æquissime promulgemus, et laudes Altissimo devotis mentibus præcinamus. Quod videlicet collegii nostri decretum gestis synodalibus a nobis in concilio forte definiendis, sociandum decernimus [a], et locum illic debitum, ut obtineat, definimus. *Partem vide in cap. 25. de Obedient. fidelit. et obseq. Reg. defer.*

TIT. VII.

De Vitæ Episcoporum honestate, et doctrina.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano III. an. 589. *can.* 7.

[1] *Quod lectio* Scripturæ Sacræ *in omnibus sacerdotalibus mensis legi debet.*

1 Al. *Ut ad mensam episcopi Scripturæ Divinæ legantur.*

PRO reverentia Dei Sacerdotum, [b] id universa sancta * constituit synodus, ut quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali convivio lectio Scripturarum divinarum misceatur, per hoc enim et animæ ædificantur ad bonum, et fabulæ non necessariæ prohibentur.

* *Can.* 11. *d.* 44.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.*21.

De castitate sacerdotum.

Quicumque in sacerdotio Dei positi sunt, irreprehensibiles esse debent, [2] Paulo Apostolo attestante: *Oportet episcopum irreprehensibilem esse.* [3] Inoffensos igitur, et immaculatos decet Dei existere sacerdotes, [4] nec ullo eos fornicationis contagio pollui, sed caste viventes, mundos semetipsos celebrandis exhibeant sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, et ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, ut mundi corpore, purgati mente, possimus

1. *Timoth.* 3. *v.* 2.
2 *Al.* Paulo attestante.
3 *Al.* Inoffensos ergo.
4 *Al.* nec ullius.

a Re ipsa insertum est; at debuerat primum canonum locum obtinere, eo quod ante omnes constitutum sit.
b Episcoporum, qui frequenter sacerdotum vocabulo appellabantur; et qui nunc vocantur sacerdotes, dicebantur presbyteri.

mus ad sacrificium Christi digni accedere, et Deum pro delictis omnium deprecari.

CAP. III.

Ex eodem can. 22.

Ut episcopus in clavi suo idoneum testimonium habeat.

Quamvis conscientiam puram apud Deum nos habere oporteat, [1] tamen apud homines famam optimam custodire convenit, ut juxta præceptum Apostolicum non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus vitæ sanctæ testimonium habeamus. Quidam enim hucusque sacerdotum non modicum scandalum creaverunt, [2] dum in conversatione vitæ non bonæ famæ existunt. [3] Ut igitur excludatur deinceps omnis [4] nefanda suspicio, aut casus, et ne detur ultra sæcularibus obtrectandi locus, oportet episcopos testimonium probabilium [5] personarum in conclavi suo habere [a], ut et Deo placeant [6] per conscientiam puram, et ecclesiæ per optimam famam.

1 *Al.* tamen et apud.

Rom. 12. *v.* 17. 2. *Corinth.* 8. *v.* 21.

2 *Al.* dum in accusatione luxuriæ, in conversatione.

3 *Al.* ut ergo.

4 *Al.* nefandæ suspicionis occasio, et ne detur.

5 *Al.* personarum conversationis, et vitæ in conclavi.

6 *Al.* per conversationem bonam, et ecclesiæ.

CAP. IV.

Ex eodem canone 25.

Ut sacerdotes Scripturarum sanctarum, et canonum cognitionem habeant.

* Ignorantia, mater cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas [7] Scripturas admonentur, Paulo Apostolo dicente ad Timotheum: *Intende* [8] *lectioni, exhortationi, doctrinæ: semper permane in his.* Sciant igitur sacerdotes Scripturas sanctas, et [9] canones, ut omne opus eorum [10] in prædicatione et doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina.

* *Can.* 1. *d.* 38.

7 *Al.* Scripturas frequenter admonet Paulus Apostolus dicens ad Timotheum.

1. *Timoth.* 4. *v.* 13.

8 Al. *lectioni, exhortationi; doctrinæ quoque; & semper.*

9 *Al.* canones meditentur.

10 *Al.* in prædicatione divina.

a Vide sis cap. 4. *de Celibatu cleric.*

CAP.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653. canone 4.

[1] *De episcopis pollutis*, ut a loci et ordinis dignitate arceantur.

[2] Quartæ congressionis [a] eventu obvius sese nobis intulit pontificalis culminis lapsus, quem ante flere quam disponere compulsi ex ordine sumus. Nam quum secundum carnis assumtæ mysterium ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere Christus, merito [b] in membris ejus intentio episcoporum officia peragere cernitur oculorum; ipsi enim de sublimiori celsitudine ordinum regunt et disponunt [3] subjectas celsitudines plebium. Unde quanto ipsi fiunt sequentium [4] ducatores, tanto meritorum lumine [5] debent esse fulgentes. Quapropter omnes episcopi [6] inter ceterarum ornamenta virtutum nitore carnis debent propensius enitere, ut ex hoc audientes, munditiam appetant, ex quo doctores immunditia non deturpat. Adeo ut si deinceps episcopi detecti fuerint execrabilibus flagitiis cum [7] quibusdam feminis pollui, aut familiari peculiaritate versari, noverint se irrevocabili sententia Patrum ulcisci, id est, et loci et [8] ordinis sui dignitate privari.

1 Al. *De incontinentibus episcopis.*
2 *Al.* Quartæ congregationis.
3 *Al.* subjectas multitudines.
4 *Al.* ductores.
5 *Al.* debent præfulgere.
6 *Al.* inter cetera.
7 *Al.* quibuslibet feminis pollui, ac familiari.
8 *Al.* ordinis dignitate.

CAP. VI.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. canone 4.

Qualiter Metropolitanus suis confinitimis episcopis, aut confinitimi Metropolitano suo placitum faciant, se caste, sobrie, recteque victuros.

Postquam fidei nostræ credulitas est manifesta, illa inserenda curabimus, quæ rectitudinem faciant in ecclesia sancta. Cœtus ergo nostræ unanimitatis hoc inserendum esse curavit, ut tempore, quo Metropolitanus in ecclesia Dei fuerit

a Quarta sessione.
b Id est: Merito munus episcoporum in eo præcipue sistit, ut sint inspectores, seu speculatores vitæ fidelium, sive membrorum Christi.

rit ordinatus episcopus, placitum in nomine suorum comprovincialium episcoporum [a] faciat, ut caste, sobrie, recteque vivat. Similiter et quando confinitimi episcopi in ecclesiis, quibus præesse potuerint, fuerint ordinati, placitum faciant in nomine episcopi sui Metropolitani, ut caste, recte, et sobrie vivant. Quod si juxta canonicam sententiam per voluntatem Metropolitani atque informationis ejus epistolam, per Regiam jussionem ab alio Metropolitano aliqui fuerint ordinati, tempore quo ad Metropolitanum suum post suam venerint ordinationem, tale placitum non differant facere. Quod si distulerint, tamdiu quisquis ille, excommunicatum esse se noverit, quamdiu impleat ordinem bonæ institutionis. *Eumdem vide in cap. 30. de Metropol.*

CAP. VII.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. canone 2.

1 Al. *Non debere Metropolitanum a confinitimorum instructione cessare.*

In episcopis valde necessarium esse studium Sacrarum Literarum ad erudiendum subditos; [1] *nec debere Metropolitanum a confinitimorum instructione cessare.*

Quantum quis præcelsi culminis obtinet locum, tanto necesse est præcedat ceteros gratia meritorum; ut in eo quod præsidet singulis, singulariter ornetur eminentia sanctitatis, habens semper in ore gladium veritatis, [2] et in opere efficientiam luminis; ut juxta Paulum, *potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes revincere.* Nos proinde nostri ordinis gradum, vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus, ut qui officium prædicationis suscepimus, nullis curis a divina lectione privemur. Nam quorumdam mentes Pontificum [3] ita corporis otio a lectionis gratia seducuntur, ut quid doctrinæ subditis exhibeat gregibus, non inveniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit majoribus, ut quos sub regiminis sui cura tuentur, fame Verbi Dei perire non sinant. [4] Sic Metropolitanis in confinitimos ceterosque ecclesiasticis ordinibus deditos, sic confinitimis in commisso sibi religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium Divinæ Legis [5] traditionibus imbuatur; ita ut indesinenti solicitudine Prælatus quisque subditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoscat, aut nescientiam si-

2 *Al.* et in ore.

Tit. 1. v. 9.

3 *Al.* ita torporis.

4 *Al.* sicut Metropolitanis.

5 *Al.* eruditionibus.

a Promissionem coram comprovincialibus.

sine arrogantia instruat. Placuit ergo de talibus juxta instituta Toletani Concilii [a] hoc specialiter definire, ut aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti. *Eumdem vide in cap. 36. de Metropol.*

CAP. VIII.

Ex eodem canone 4.

De discordia sacerdotum, ut dum de reconciliatione non curent, ad Altare non permittantur accedere.

Sicut omnis qui diligit fratrem suum, [1] ex Deo, ita omnis qui odit proximum, ex diabolo est; dilectione enim sola discernitur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Joanne: *In hoc* [2] *manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli; omnis qui non facit justitiam, non est* [3] *de Deo, et qui non diligit fratrem suum; quoniam hæc est annuntiatio quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum.* Et post paullulum: *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est; et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui a fraterna societate dividitur, nam etsi manus non moveat ad occidendum, pro eo tamen [4] quia immitis est ad ignoscendum, jam a Deo homicida tenetur. Vivit ille, et iste jam interfector esse convincitur. Quum igitur his præceptis beatus [5] Apostolus consona prædicatione concordet, dicens: *Non occidat Sol super iracundiam vestram, et nolite locum dare diabolo*; relatæ sunt nobis quorundam sacerdotum personæ in tantam obstinationis efferbuisse discordiam, ut non solum illos ab ira occasus solis non revocet, sed nec annosa quidem transactio temporum ad bonum caritatis reclinet, quippe in quorum cordibus ita sol justitiæ Christus occubuit, ut ad lumen caritatis redire vix possint. [6] Horum igitur et similium discordantium fratrum oblationes juxta antiqui canonis [b] definitionem nullo modo recipiendas esse [7] censemus. De personis tamen [8] discordantium id speciali definitione præcipimus, [9] ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad Altare Domini au-

1 *Al.* ex Deo natus est.
1. *Joan.* 3. *v.* 10.
2 Al. *manifestati.*
3 Al. *ex Deo.*
Ibid. v. 15.
4 *Al.* quod immitis *Al.* quia nititur ad docendum.
5 *Al.* Apostolus Paulus.
Ephes. 4. *v.* 26.
6 *Al.* Horum ergo.
7 *Al.* censuimus.
8 *Al.* discordantibus.
9 *Al.* ut eos ante reconciliatio vera innectat, quam ullus.

a Tolet. VIII. cap. 8. Vide cap. 15. *de Ordinat. grad.*
b Carthag. IV. can. 93. *can.* 2. *dist.* 90.

audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat, sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt quod discordiæ servierunt. Quod si unus eorum, alio contemnente, ad satisfactionem caritatis cucurrerit, ex eo tempore ut pacificus intra ecclesiam [1] receptetur, ex quo ad concordiam festinasse convincitur; sententia tamen superioris servata, ut tempus [2] quod quisque in illa expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persolvat.

1 *Al.* reputetur.
2 *Al.* quod in ira expendit.

CAP. IX.

Ex eodem canone 5.

De compescendis quibusdam *excessibus sacerdotum.*

Nullis vita Præsulum perturbari debet excessibus motionum, quia valde indignum est, ut qui Throni Dei vocantur, levi motione turbentur, et qui debent esse [3] area justitiæ, ipsi efficiantur seminarium litis atque rapinæ. [4] Quando ergo hujusmodi (juxta Apostolum) *irreprehensibiles* erunt, qui non solum reprehensibilia faciunt, sed mortifera potius et execranda committunt? Relati enim nobis sunt quidam ex sacerdotibus, quod omni gravitate sacerdotalis ordinis prætermissa, audientiam [5] judicii furore præveniant, et excessus solius inhonestæ [6] motionis judicia audire refugiunt, pro quibus eos oportuerat æquitatis judicia sustinere. Dum enim de honoris [7] sui culmine blandiuntur, patientiam habere refugiunt, et qui inconcusse debuerant veritatis conservare statum, subito religionis mutant propositum, et præcipiti furore judicium antecedunt, sicque in quo decuerat eos judicii sustinere conventum, [8] prævasione agunt, unde de præsumtionibus confundantur. Qui tamen aut damno pariter et excommunicatione plectendi sunt, aut omissis compositionibus rerum sola satisfactione pœnitentiæ curabuntur. Illi enim, qui rei propriæ facultate suffulti sunt, aut qui rem suam jam antea in nomine ecclesiæ, cui præsunt, [9] transtulisse noscuntur, aut per se, aut per subditos, seu [10] per quemlibet aliena diripiunt, vel præsumtionis seu cædis quippiam agunt tam in rebus fiscalibus, quam etiam in quorumlibet dominio constitutis, et [11] prævasa vel præsumta, de rebus propriis juxta leges excellentissimi Principis [a] sarciant, et pro excessu religioni contrario [12] quo inhonesti ante [13] judicium paruerunt, duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi sunt. Illi autem qui hujusmodi ex-

3 *Al.* iter justitiæ.
4 *Al.* Quomodo ergo.
1. *Timoth.* 3. *v.* 2.
5 *Al.* judicium.
6 *Al.* motionis audire pro quibus.
7 *Al.* sibi culmine.
8 *Al.* persuassione.
9 *Al.* transfudisse noscuntur, si aut per se.
10 *Al.* per quoslibet.
11 *Al.* pervasa.
12 quod, *vel* qua, *vel* quem inhoneste.
13 judicium perpetraverunt.

a Vide sis lib. 7. t. 2. *Fori Judic.*

excessibus inserviunt, et nihil proprietatis habere videntur, magna discretionis arte medendi sunt; quo nec ausus illicitos ecclesiarum facultatibus redimant, nec ipsi penitus extorres a pœna persistant. [1] Neque enim justum est, ut pro pravis actibus sacerdotum, ecclesiæ quibus præeminent, sustineant damnum, [2] ut pro excessibus talium satisfactio ab ecclesiis exigatur, quum ecclesia [3] Rectores suos non ad litem [4] sed ad honestatem informet. De talibus ergo placuit definire, qui nullis habitis rebus propriis, aut in quocumque pervassores extiterint, aut quibuslibet personis cædes vel quodcumque præsumtionis intulerint, nulla eos incurvatione status sui, servituti hominum debere addici; sed juxta quod præsumtuosus quisquis ille extiterit, ita et pœnitentiæ legibus subjacebit, id est, [5] ut si in decem solidorum summam præsumtor esse convincitur, viginti dierum pœnitentiæ satisfactione purgetur, [6] ita ut sive majoris summæ excessum peregerit, similiter geminata hoc semper satisfactione pœnitentiæ recompenset. Servos tamen ecclesiarum qui hujusmodi excessus [7] operasse noscuntur, ad leges sæculares [a] audiendos remittimus. Et hæc quidem de generali excessu dicta sufficiant.

Ceterum specialitatis ordinem [8] persequentes, si quis episcoporum magnatis cujusque uxorem, filiam, neptem, seu quolibet illi gradu altero [9] pertinentem, quacumque fraude vel subtilitate, adulterina pollutione fœdaverit, et honoris proprii gradum amittat, et sub exilii relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat, qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adjuvandus est. Hanc sane et illi sententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint, aut primatibus palatii generosisque personis, seu nobilioribus [10] quibusque mulieribus vel puellis [11] aliquid aut per cædem, aut per quamcumque irrogatam injuriam visi fuerint intulisse, unde eos juxta legum sæcularium [b] instituta aut talionem recipere, aut traditionem de his fieri vel proscriptionem oporteat.

1 *Al.* Nec enim.

2 *Al.* et pro excessibus talibus.

3 *Al.* cultores.

4 *Al.* sed honestatem.

5 *Al.* deest: ut.

6 *Al.* ita ut sive minoris, sive majoris.

7 *Al.* operati esse.

8 *Al.* prosequentes decernimus.

9 *Al.* pertingentem.

10 *Al.* quibuscumque.

11 *Al.* aliquid per necem.

a Leg. 13. et 14. lib. 7. t. 2. *Fori Judic.* b Leg. 1. t. 1. lib. 7. *Fori Judic.*

CAP. X.

Ex eodem can. 10.

Ut omnes Pontifices rectoresque ecclesiarum tempore quo ordinandi sunt, sub cautione promittant, quam justissime vivere debeant.

* *Can. 6. d. 23.*

Quamquam omnes qui sacris mancipantur ordinibus, * canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, ut promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica [1] provehit disciplina: solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur, quam quod [2] generali innexione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, ut unusquisque qui ad ecclesiasticos gradus est [3] accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam [4] placiti sui innodatione promittat, ut fidem catholicam sincera cordis devotione custodiens, juste et pie vivere debeat, et ut in nullis operibus suis, canonicis regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem atque obsequii reverentiam præeminenti sibi unusquisque dependat, juxta illud Beati Papæ Leonis edictum: *Qui scit se quibusdam esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat.* Pœna tamen juxta ecclesiasticæ consuetudinis morem et placitis talium inferenda, et ab his qui transgressores fuerint, persolvenda est. *Idem vide in cap. 16. de Ordinat. gradib. et ordinand. qualit.*

1 *Al.* probat disciplina.
2 *Al.* generali exponsione.
3 *Al.* ascensurus.
4 *Al.* placita sibi annotatione.

Epist. ad Anast. Thessal. cap. 11.

CAP. XI.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 3.

Mulieres extraneæ [5] nullam communionem neque consortium cum episcopis, neque cum monachis habeant, neque ad habitandum permittimus. [6] Per necessitatem matrem, amitam, vel sororem, morem et [7] habitum religiosarum habentes, non vetamus. *Idem vide in cap. 10. de Regul. Monach. vita. Et quæ sequuntur cap. 46. de Mis. et offic. celebr. rat.*

5 *Al.* nullum communium.
6 *Al.* Propter necessitatem.
7 *Al.* habitum religiosum.

TIT.

TIT. VIII.

DE DEBITA EPISCOPIS REVERENTIA.

CAP. I.

Ex Concilio Emeritano anno 666. can. 11.

Ut omnis presbyter, abbas, vel diaconus episcopo suo humilitatem teneat, et reverentiam summam.

PERVENIT ad cœtum hujus sancti concilii, presbyteros, abbates, et diaconos episcopo suo inobedientes esse; atque id intromissum est [a], ut dum quilibet ex presbyteris aut abbatibus ecclesiarum suarum a decentibus episcopis habeant absolutionem [b], episcopo suo dignam obedientiam justamque reverentiam non exhibeant, et quibus concessa est per canonicam sententiam visitandi [1] sua parochia, his potius infertur injuria et movetur calumnia. Proinde placuit huic sancto concilio, ut tam a presbyteris quam ab abbatibus, sive etiam a diaconibus episcopo honor debitus impendatur, ut a nullo contumeliam pati videatur; et quandocumque contigerit eum juxta canonicam sententiam visitare suam parochiam, et digne eum suscipiant, et prout habuerint aut ratio permiserit, illi præparent quæ fuerint necessaria. Id ergo per omnia servandum instituimus, ut nulli presbytero, vel diacono sine voluntate episcopi sui licentia sit sæculares peragere caussas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis hujus ordinem capituli transcendere voluerit, excommunicationis sententia feriendum se noverit. *Eumdem vide in cap. 5. de Monach. episcop. curæ subject. et partem in cap. 7. de Clerico negotiat.*

1 *Fortassis*: suam parochiam.

CAP. II.

Ex eodem can. 17.

Ut post mortem episcopi nulli subjectorum liceat de eo quicquam detrahere.

Quia per divinam gratiam in sancta Dei ecclesia episcopalis ordinatur potestas, dignum est, ut sicut honore et boni-

I 2

a Constitutum est. *b* A bene moratis episcopis legationem habeant.

nitate summus habetur in vita, ita post mortem detractio de eo sit nulla. Hujus rei caussa hanc sententiam protulit, et per omnia jubet esse firmam congregatio nostra. Instituentes igitur decernimus, ut nullus subjectus decentem detrahat episcopum, nullus de eo deroget, nec malum quicquam loquatur. Si quis talia deinceps facere præsumserit, si presbyter fuerit, tribus mensibus ab episcopo suo sub pœnitentia religatus maneat; si diaconus quinque; si subdiaconus aut clericus vel quilibet religiosus de majori gradu (quia constat ex his jam aliquos per bonam actionem esse venerandos) novem; si minimi fuerint, qui levi corde sint, minimæque adhuc personæ, quinquagenis flagellis jussione feriantur episcopi; quod si laicus, quamvis ingenuus, in domo ecclesiæ tamen nutritus, et ab ecclesiæ rebus dignitatis gradu præditus, juxta quod dignitas ejus exegerit, pro tali excessu excommunicationis sententia feriendus erit: si vero de familia ecclesiæ [a] fuerit quisquis (quia et in his discretionis est gradus) si major fuerit qui dignitate polleat, sex mensibus ab episcopo suo excommunicatus maneat; inferior tamen, aut minima persona disciplinam mereatur juxta quod episcopi sui processerit sententia. Dignum est etenim, ut cui in vita honor fuit impensus, post mortem detractionis detrahatur stimulus.

TIT. IX.

DE EPISCOPORUM RESIDENTIA.

CAP. I.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 11.

De contemtore episcopo ecclesiæ cui ordinatus est, ut excommunicetur.

* *Ex Antioch. can.* 17.
1 *Al.* ab episcopo ordinatus, noluerit.
2 *Al.* istum talem.
3 *Al.* coactus consenserit.

* Si episcopus [1] ab episcopis ordinatus, noluit agere sacerdotium [b], neque consenserit in sibi commissa ecclesia ambulare, [2] statim talem excommunicari oportet. Quod si [3] coactus contemserit, sanctum concilium [c] quod placet, de eodem terminet.

[a] Servus aut libertus ecclesiæ. [b] Ministerium episcopale. [c] Provinciæ.

CAP.

CAP. II.

Ex eadem cap. 12.

De seditioso episcopo, qui non vult ecclesiæ, cui ordinatus est, curam suscipere, ut ad pristinum presbyterii ordinem reducatur, et si reluctaverit, etiam presbyterii honore privetur.

• Si quis episcopus ordinatus fuerit, et non vult [a] ipsam parochiam suscipere, in qua nominatus est, sed [b] alibi vult [1] ordinare, et vim facit, et seditiones concitat contra eos, qui illum [c] ordinaverunt, hunc ab honore oportet removeri. Si autem in pristino honore presbyterii vult stare, non [2] vitetur, ut gradum quem habuit, retineat. Quod si reluctatus [d] fuerit, etiam [3] de honore presbyterii ab honore proprio deponatur.

• *Ex Ancyr. can.* 18.

1 *Al.* ordinari.

2 *Al.* vetetur.

3 *Al.* de honore presbyterii deponatur.

TIT. X.

DE VISITATIONE EPISCOPALI.

CAP. I.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. *can.* 8.

Ut annis singulis episcopi diœcesani visitent, et ut non plus quam tertiam de parochis accipiant.

• MULTORUM casuum experientia magistrante reperimus, nonnullas diœcesanas esse ecclesias destitutas [e]; [4] ob quam rem id hac constitutione decrevimus, ut antiquæ consuetudinis ordo servetur, et [5] annuis [f] vicibus ab episcopo diœcesano visitentur, et si qua forte Basilica reperta fuerit destituta, ordinatione ipsius [6] reparetur. Quia [7] tertia ex omnibus per antiquam traditionem ut accipiatur ab episcopis, novimus statutum. *Eumdem vide in cap. 1. de Episcop. dignit. provent. et in cap. 1. de Eccles. ædificand.*

• *Caus. 1. q. 1. can.* 10. *Decrevimus.*

4 *Al.* pro qua re hac constitutione.

5 *Al.* annis singulis ab episcopo diœceses.

6 *Al.* reparare præcipiatur.

7 *Al.* tertia pars.

a *Non potest*, legendum ex originali Ancyrano.
b Potius: *sed si alibi*, ut sententia canonis Ancyrani servetur.
c Lege potius: *Qui illic invenerit ordinatos episcopos*; ut evincitur ex originali.
d Ita etiam legendum: *Quod si in ea ecclesia seditiones concitat.*
e Destructas.
f Semel in anno.

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. canone 1.

Ut episcopus ambulet per diœcesim suam, et ante viginti dies paschæ catechumeni doceantur symbolum.

* *Vide sis integrum canon. apud Grat. can. 12. c. 10. q. 1.*
1 *Al.* diœceses euntes.
2 *Al.* et qualiter quæcumque.
3 *Al.* peragant.
4 *Al.* debent.
5 *Al. deest*: ut.

Consecr. dist. 4. can. 55. *Ante viginti.*
6 *Al.* aut ante viginti.
7 *Al.* concurrant.
8 *Al.* omnes catechumeni.

* Placuit omnibus episcopis, atque convenit, ut per singulas ecclesias episcopi per [1] diœceses ambulantes primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant [a] vel missarum, et [2] quæcumque officia in ecclesia [3] peragantur. Et si recte quidem invenerint, Deo gratias agant; si autem minime, docere [4] debeant ignaros, et hoc modis omnibus præcipere, [5] ut sicut antiqui canones [b] jubent, ante viginti dies baptismi ad purgationem exorcismi catechumeni [6] currant, in quibus [7] viginti diebus [8] omnino catechumeni symbolum, quod est *Credo in Deum patrem omnipotentem*, specialiter doceantur. Postquam ergo in his suos clericos discusserint vel docuerint episcopi, alia die convocata plebe ipsius ecclesiæ, doceant illos ut errores fugiant idolorum, vel diversa crimina, id est homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium, et reliqua peccata mortifera, aut quod nolunt sibi fieri, non faciant alteri, et ut credant resurrectionem omnium hominum, et diem judicii, in quo unusquisque secundum sua opera recepturus est. Et sic postea episcopus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam. *Partem vide in cap. 11. de Catechum.*

CAP. III.

Ex eodem canone 2.

Ut episcopus per diœcesim ambulans, duos solidos tantum accipiat, neque tertiam partem de oblationibus quærat, et ut clerici non agantur more servili.

* *C. 1. caus. 10. q. 3.*
9 *Al.* per ecclesias suas ambulans, *vel* per suam diœcesim.

* Placuit, ut nullus episcoporum quum [9] per diœceses suas ambulat, præter honorem cathedræ suæ, id est duos solidos,

[a] Baptismi ritus observent.
[b] Conc. Laodic. can. 7. 45. et 46. epist. Syricii ad Hiemer. cap. 2. vide sis *de Tempore confer. Baptis. cap. 1.*

dos [a] aliquid aliud per ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiis [1] parochialibus requirat, sed illa tertia pars pro luminariis ecclesiæ vel recuperatione servetur, et singulis annis episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen et [2] sacra abstulit ecclesiæ. Similiter et ut parochiales clerici [b] [3] servili opere [c] in aliquibus operibus episcopis servire non cogantur, quia scriptum est: *Neque ut dominantes in clero. Partem vide in cap. 3. de Eccles. ædific. et reparand.*

1 *Al.* parochialibus facta sibi usurpet, sed ecclesiæ reparationi servetur, & in singulis annis episcopo ratio fiat.

2 *Al.* sacra tecta.

3 *Al.* servili more.

1. *Petri* 5. v. 3.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *canone* 20.

4 *Quod sacerdotes moderanter agere debeant per parochias.*

4 Al. *ut episcopus angarias, vel indictiones in diœcesi non imponat.*

* Multorum querela hanc constitutionem exegit. Quia cognovimus episcopos per parochias suas non [5] sacerdotaliter, sed crudeliter [6] deservire, et dum scriptum sit: *Forma estote* [7] *gregis, neque dominantes in clero*, exactiones diœcesi suæ vel damna [8] infligunt. Ideoque (excepto, quod veterum constitutiones [d] a parochis habere jubent episcopos) [9], alia quæ hucusque præsumta sunt, denegentur; hoc est, neque in angariis [e] [10] presbyteros et diaconos, neque in aliquibus fatigent indictionibus, ne [11] videantur in ecclesia Dei exactores potius, quam Dei Pontifices nominari. Hi vero clerici tam locales quam diœcesani [f], qui sese ab episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant, [12] qui Metropolitanus non moretur hujusmodi præsumtiones districte coërcere. *Eumdem vide in cap. 19. de Metropol. et partem in cap. 3. de Appellat.*

* *Can.* 6. *c.* 10. *q.* 3.

5 *Al.* sacerdotaliter agere.

1. *Petri* 5. *v.* 3.

6 *Al.* deservire.

7 Al. *gregi, non ut dominantes.*

8 *Al.* infligant. Idioque censemus.

9 *Al.* ut talia quæ illis hucusque.

10 *Al.* presbyteri et diaconi... fatigentur.

11 *Al.* videamur in ecclesia.

12 *Al.* et metropolitanus non differat ejusmodi præsumtiones coercere.

a Solidus ex auro quinquaginta regalibus *vellon*, ex argento tribus regalibus, undecim morapetinis, et tertiæ parti alterius morapetini æquivalet.

b Clerici in parochiis constituti.

c Tamquam servi.

d Vide sis supra cap. 1. et 3.

e Tributis et exactionibus.

f Civitatentes et Rurales.

CAP.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 36.

De requisitione episcoporum per singulos annos in parochiis peragenda, qui si impediti fuerint, presbyterum, aut diaconum delegare debent.

* Can. 11. c. 10. q. 1.

1 Al. reparationem.

* Episcopum per cunctas dioeceses parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat, quo unaquæque Basilica in [1] reparatione sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus, id explere nequiverit, presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui et redditus Basilicarum, et reparationes, et ministrantium vitam inquirant.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano VII. anno 646. canon. 4.

De exactione ecclesiarum Galliciæ Provinciæ, ut non sit duorum solidorum major, nec ultra quinquagenarium numerum evectionis excedant episcopi visitantes, neque diutius quam diem in unaquaque parochia commorentur.

* Can. 8. caus. 10. q. 3.
2 Al. parochianorum.
3 Al. discernere.
4 Al. deferri.
5 Al. parochitanas.
6 Al. dioeceses, vel singulas ecclesias.
7 Al. expetat inferri.
8 Al. pensione.

* Inter cetera denique quæ communi consensu nos conferre competenter oportuit, querimonias etiam [2] parochialium presbyterorum Galliciæ Provinciæ solertissime [3] decernere decuit, quas contra pontificum suorum rapacitates necessitas, ut comperimus, tandem compulit in publicum examen [4] deferre. Hi enim pontifices (ut evidens inquisitio patefecit) indiscreto moderamine [5] parochianas ecclesias prægravantes, dum in exactionibus superflui frequenter existunt, pene usque ad exinanitionem extremæ virtutis [a] quasdam Basilicas perduxisse probantur. Ne ergo fiat de cetero, quod constat hactenus inordinate præsumtum, non amplius quam duos solidos unusquisque episcoporum præfatæ Provinciæ per singulas [6] dioecesis suæ Basilicas juxta synodum Bracharensem [b] annua illatione sibi [7] expetent conferri: monasteriorum autem Basilicis ab hac solutionis [8] impensione sejunctis. Quum vero episcopus dioecesem visitat, nulli præ mul-

[a] Substantiæ.
[b] Brachar. II. can. 2. vide supra cap. 3.

multitudine [a] onerosus existat, nec umquam [1] quinquagenarium [b] numerum evectionis excedat, aut amplius quam [2] unam diem per unamquamque Basilicam remorandi licentiam habeat. Quicumque vero pontificum eorumdem aliter quam decernimus agendum præsumserit, correptioni proculdubio canonum subjacebit, [3] qua constitutionum synodalium transgressores priscorum patrum edictis corripiendos oportet.

1 *Al.* quinarium.
2 *Al.* una die.
3 *Al.* tamquam constitutum synodalium transgressor, et priscorum patrum edicti corruptor.

TIT. XI.

DE EXORATIONE EPISCOPORUM APUD REGES PRO BONO POPULI ET SCELERATORUM INDULGENTIA.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. can. 75.

Hispaniarum Patres Sisenandum Regem admonent, ut juste, pie, et suaviter Regnum moderetur.

Te quoque præsentem Regem futurosque sequentium ætatum principes [4] humilitate qua debemus deposcimus, ut moderati et mites erga subjectos existentes, cum justitia et pietate populos a Deo vobis creditos regatis, bonamque vicissitudinem [5] qui vos constituit largitori Christo [6] respondeatis, regnantes cum humilitate cordis, cum studio bonæ actionis. [7] Ne quisquam vestrum solus in caussis capitum aut rerum sententiam ferat, sed consensu publico cum Rectoribus ex judicio manifesto delinquentium culpa patescat, [8] servata vobis in offensis mansuetudine, ut non severitate magis in illis, quam indulgentia polleatis; ut dum omnia hæc, auctore Deo, pio a vobis moderamine [9] conservantur, et Reges in populis, et populi in Regibus, et Deus in utrisque lætetur. Sane de futuris Regibus hanc sententiam promulgamus, ut si quis ex eis contra reverentiam legum superba dominatione et fastu regio in flagitiis et facinore, sive cupiditate crudelissimam potestatem in populis exercuerit, anathematis sententia a Christo Domino con-

4 *Al.* humilitate debita.
5 *Al.* qui vos nobis.
6 *Al.* rependatis.
7 *Al.* Nec quisquam in caussa captivum aut reum sententia feriat.
8 *Al.* servata a vobis.
9 *Al.* conserventur.

a Famulatus.
b Hanc vocem corruptam esse, et pro *quinquagenarium*, *quinarium* legendum esse, nonnulli contendunt, quamvis prior lectio probata fuisse videatur a Synod. Later. III. *cap. 6. de Censibus*. Vide sis Berardum *Grat. canon.* ad hunc canon. p. I. cap. 17.

demnetur, et habeat á Deo separationem, atque judicium, propter quod præsumserit prava agere, et in perniciem regnum [1] convertere. *Quæ sequuntur, in cap. 1. de Obedient. et fidelit. Regib.* De Svintilane.

1 *Al.* deducere.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano V. anno 636. canon. 6.

Ut Regum fideles a successoribus Regni a rerum jure non fraudentur pro servitutis mercede.

Simili providentia pro fidelibus [a] Regum nostra datur sententia; ut quisquis superstes [b] Principum extiterit, juste in rebus profligatis [c] [2] et largitate Principis acquisitis nullam debeat habere [d] jacturam. Nam si licenter et injuste fidelium perturbentur mentes, nemo optabit [3] promtum ac fidele præbere obsequium, dum cuncta nutant in incertum, et in [4] futuro discriminis formidatur caussa, sed saluti, et rebus eorum principalis pietas debet præbere suffragia, exemplis enim ceteri provocantur ad fidem, quum fideles non fraudantur mercede.

2 *Al.* aut largitate.

3 *Al.* proprium, ac fidele.

4 *Al.* futuro discrimine formidant caussam.

CAP. III.

Ex eodem can. 8.

De indulgentia Principum noxiis servata.

* In his omnibus, quæ præmisimus [e], potestatem indulgentiæ in culpis delinquentium Principi reservamus [f], ut juxta bonitatis et pietatis suæ moderamen, ubi emendationem prospexerit mentium, veniam tribuat culparum.

* *Leg.* 13. *Prol. For. Jur.*

a Qui fideliter Regi inservierunt.
b Quisquis fuerit Princeps in Imperio successor.
c Spoliis de hoste captis.
d Inferre jacturam.
e In his omnibus, qui constituti sunt, canonibus.
f Quippe qui obedientiam et fidelitatem Regi debitam respiciunt.

CAP.

CAP. IV.

Ex eodem can. 12.

De confugientibus ad hostes, ut in Principis potestatem traditi, excommunicati et retrusi pœniteant; si quis horum ad ecclesiam sponte confugerit, intercedant pro eo apud Regem episcopi.

Pravarum audacia mentium sæpe aut malitia cogitationum, aut caussa culparum refugium appetit hostium. Unde quisquis [1] patrator caussarum extiterit talium, [2] virtute se nitens defendere adversariorum, et patriæ vel genti suæ detrimenta intulerit rerum, [3] in potestate Principis ac gentis reductus, excommunicatus et retrusus longinquioris pœnitentiæ legibus subdatur. Quod si ipse mali sui prius reminiscens, ad ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum, et reverentia loci regia [4] in eo pietas reservetur comitante justitia. *Eumdem vide in cap. 8. de Obedient. et fidelit. Reg. præst. et in cap. 2. de Immunit. eccles.*

1 *Al.* patrator culparum.
2 *Al.* virtutem petens defendere.
3 *Al.* in potestatem Regis ac gentis suæ reductus.
4 *Al.* in eos.

CAP. V.

Ex eodem can. 14.

De remuneratione collata fidelibus Regum, ut a successoribus illæsa servetur.

5 Præmio fraudare fideles non solum inhumanum, sed etiam existit injustum. [6] Ideoque quum fidei [a] meritum tam in rebus divinis, quam in humanis non habeatur [7] ingratum [b], dignum videtur ut sacerdotali sententia consulamus fidelibus Regis. Proinde ut anno primo Serenissimi Principis nostri decrevit concilium sanctum [c], [8] omnes qui fideli obsequio et sincero servitio voluntatibus vel jussis paruerint Principis, totaque intentione salutis ejus [9] custodiam, vel vigilantiam habuerint, a regni successoribus nec a dignitate, nec a rebus pristinis caussa repellantur injusta, sed et nunc ita pro uniuscujusque utilitate Principis moderentur discretione, sicut

5 *Al.* Præmium fraudare fidelibus, non solum immane.
6 *Al.* Ideoque quicumque fidei merito.
7 *Al.* ingratus.
8 *Al.* omnes fideles qui obsequio.
9 *Al.* custodiam habuerint, a Regni.

a Fidelitatis.
b Remunerationis indignum.
c Vide supra cap. 2.

ut eos prospexerit necessarios esse patriæ; et sic illis [1] impartiatur benignitas, [2] ut ceteris maneat gratiæ potestas [a], quatenus ita omnia in rebus juste [3] conquisitis lucrentur, ut posteris relinquendi, vel quibus voluntas eorum decreverit conferendi, spontaneo fruantur arbitrio [b]. Ceterum si infidelis quisquam in capite [c] regio, aut inutilis in rebus commissis præsenti piissimo domino nostro Chintilano Regi extiterit, [4] in clementiæ ejus manu et potestatis nutu constet hujusmodi moderatio. Nefas est enim in dubium deducere ejus potestatem, cui omnium gubernatio superno constat delegata judicio. Quod si post ejus discessum quispiam repertus fuerit ejus vitæ fuisse infidelis, quicquid largitate ipsius in rebus habuit conquisitis, careat, confiscandum, et fidelibus largiendum.

1 *Al.* impertiatur.
2 *Al.* ut in ceteris magnæ monstretur gratiæ.
3 *Al.* conquisita.
4 *Al.* in clementia ejus maneat potestatis ac nutu constituenda hujusmodi moderatio.

TIT. XII.

DE POTESTATE EPISCOPORUM IN DIJUDICANDIS CAUSSIS CIVILIBUS.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canon.* 11.

Ut si quis potentium quemlibet expoliaverit, et admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

* [d] Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet [5] pauperiorem, aut religiosum expoliaverit, [6] et mandaverit ad ipsum episcopus, ut eum audiat, et si contemserit, invicem mox scripta percurrant per omnes provinciæ episcopos, et quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus [7] habeatur, donec audiatur, ut reddat aliena. *Eumd. vide in cap.* 2. *de Furto, usura, & perjur.*

* *Can.* 21. *caus.* 24. *q.* 3.
5 *Al.* pauperem.
6 *Al.* et mandaverit eum ad se venire episcopus, ut audiatur, et is contemserit.
7 *Al.* habeatur ipse, donec obediat, et reddat aliena.

a Ut remaneat, de quo possit aliis, qui fideliter quoque Regi inservierunt, remunerare.
b Leg. 2. lib. 5. tit. 2. *Fori Jud.*
c Vitæ Regis.
d *En canonis sententiam*: Si quis divitum personas pauperes, veluti clericos, ac religiosæ vitæ deditos expoliaverit, et noluerit coram episcopo præcipienti comparere, donec compareat et restituat, excommunicatus habeatur; ita ut omnes provinciæ episcopi de hujusmodi vitando excommunicato moneantur.

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. canon. 17.

[1] *Quod qui filios suos necaverint, ab episcopis una cum judicibus sæcularibus puniantur.*

Quum multæ querelæ ad aures sancti concilii deferrentur, inter cetera tantæ crudelitatis est opus nuntiatum, [2] quantum ferre consedentium aures sacerdotum non possent, ut in quibusdam Hispaniæ partibus filios suos parentes interimant fornicationis avidi, nescii [3] pietatis. Quibus si tædium est filios numerosos alere, prius se ipsos debent castigare a fornicatione; nam dum caussa propagandæ prolis sortiuntur [4] conjugia, hi et parricidio et fornicationi tenentur obnoxii, [5] qui fœtus necando proprios, docent se non pro filiis sed pro [6] libidine sociari. Proinde tantum nefas ad cognitionem gloriosissimi Domini nostri Reccaredi Regis perlatum est, cujus gloria dignata est judicibus earumdem partium imperare, [7] ut hoc horrendum facinus diligenter cum sacerdote perquirant, et adhibita severitate prohibeant. Ergo et sacerdotes [8] locorum hæc sancta synodus dolentius convenit, ut idem scelus cum judice curiosius quærant, et sine capitali vindicta acriori disciplina prohibeant. *Eumdem vide in cap. 11. de Homicid. et desperat.*

1 Al. *Ut episcopi cum judicibus necatores filiorum acriore disciplina corripiant.*

2 *Al.* quantum sustinere.

3 *Al.* pietatis alieni.

4 *Al.* conjugia, parricidio.

5 *Al.* qui filios necando.

6 *Al.* libidine uxores duxisse.

7 *Al.* ut amovendum tantum facinus... procurent.

8 *Al.* locorum eorumdem, in quibus sceleris hujus immanitas peragitur, sancta synodus præcipiendo convenit, ut idem, &c.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canon. 31.

De discretione caussarum, in quibus sacerdotes judices fieri possunt.

* Sæpe Principes contra quoslibet majestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt. [9] Et quia sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi [10] consentient Regibus fieri judices, ubi jurejurando supplicii indulgentia [11] promittatur, non ubi discriminis [a] sententia [12] præparetur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effus-si

* *Can.* 29. *c.* 23. *q.* 8.

9 *Al.* sed quia.

10 *Al.* consentiant.

11 *Al.* promittitur.

12 *Al.* præparatur.

a Necis.

si sanguinis apud Christum, et apud ecclesiam perdat proprium gradum.

CAP. IV.

Ex Concilio Palentino anno 1129. *cap.* 11.

Ut episcopi dissidentes ad concordiam pro debito sui officii compellant.

TIT. XIII.

DE PECULIARIBUS EPISCOPI MINISTERIIS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canon* 32.

De excommunicatis presbyteris sive facultate privatis, communionem pœnitentibus conferendi, quum munus hoc proprium sit episcoporum.

[1] Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere sine episcopi [2] consultu, sed potius apud episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est Presbyterorum, aut diaconorum, communionem talibus præstare debere, nisi eis jusserit episcopus. *Eumd. vide* 1. *de Presbyter. et Paroch. et cap.* 1. *de Pœnitent. in infirmit.*

1 *Al.* Apud presbyterum, si quis gravi lapsu, &c.

2 *Al.* consultu debere, sed potius apud presbyterum agat, cogente tamen infirmitate necesse est presbyterum communionem præstare debere, et diaconum, si ei jusserit sacerdos.

CAP. II.

Ex eodem can. 38.

Ut in necessitate et fideles baptizent, confirmationem vero *episcopus conferat.*

[3] Peregre navigantes, aut si ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita ut si supervixerit, ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem [4] perfici possit. *Eumdem vide in cap.* 2. *de Baptismo, et cap.* 1. *de Sacr. confirm.*

3 *Al.* loco peregre.

4 *Al.* proficere.

CAP.

CAP. III.

Ex eodem can. 77.

De baptizatis non confirmatis ut ab episcopo confirmationem *recipiant.*

Si quis diaconus regens plebem sine episcopo vel presbytero aliquos baptizaverit, episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod si ante de sæculo [1] recesserit, sub fide, qua quis crediderit, poterit esse justus. *Eumdem vide in cap. 5. de Baptismo, cap. 2. de Sacram. Confirm. et cap. 1. de Diacon.*

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canon.* 20.

Ut præter episcopum nullus chrisma conficiat; neque diaconus chrismare præsumat, sed nec presbyter, nisi absente episcopo.

Quamvis pene ubique custodiatur, ut absque episcopo chrisma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel provinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium, nisi episcopum [2] chrisma facere, et per diœcesim destinare, ita ut de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem paschæ diaconi destinentur aut subdiaconi; [3] ut [4] confectum chrisma ab episcopo destinatum ad diem paschæ [a] [5] possit occurrere. Episcopo sane certum est [6] omni tempore licere chrisma conficere; sine conscientia autem episcopi nihil [7] penitus faciendum. Statutum vero est, diaconum non chrismare, sed presbyterum absente episcopo, [8] præsente vero si ab ipso fuerit præceptum. Hujusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus vel præsentibus vel absentibus episcopis suggerendam, ut eam episcopi custodiant, et presbyteri non relinquant. *Eumd. vide in cap. 2. de Diacon. et partem in cap. 2. de Presbyter. et in cap. 5. de Sacr. Confirmat.*

1 *Al.* recesserint.

2 *Al.* chrisma conficere.

3 *Al.* qui confectum.
4 *Al.* confestim.
5 *Al.* possint ad tempus deferre.
6 *Al.* quod omni tempore.
7 *Al.* penitus presbyteri agere præsumant.
8 *Al.* præsente vero, non nisi ab ipso.

a Die scilicet ad baptizandum deputato. Vide sis tit. *De Tempore confer. baptis.*

CAP. V.

Ex epistola Leonis Magni ad Turibium Asturicensem anno 447. cap. 16.

Episcoporum est contra serpentes errores fortiter dimicare.

[1] Decursis itaque omnibus, quæ libelli series comprehendit, et a quibus commonitorii forma non discrepat, sufficienter, ut opinor, ostendimus, quid de his, quæ ad nos fraternitas tua retulit, censeamus; et quam non sit ferendum, si tam profanis erroribus etiam quorumdam sacerdotum corda consentiunt, vel ut mitius dixerim, non resistunt. Qua conscientia honorem sibi [2] debitum vendicant, qui pro animabus sibi creditis non laborant? Bestiæ irruunt, et ovium [3] secta non claudunt: fures insidiantur, et excubias non prætendunt. Morbi crebrescunt, et remedia nulla prospiciunt; quum autem etiam illud addunt, ut his, qui sollicitius agunt, consentire detrectent, et impietates olim toto orbe damnatas [4] subscriptionibus suis se anathematizare dissimulent; quid de se intelligi volunt, nisi quod de numero fratrum non sunt, sed de parte hostium?

1 *Al.* discussis.

2 *Al.* præstitum.

3 *Al.* septa.

4 *Al. deest* : subscriptionibus suis.

CAP VI.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. cap. 19.

Presbyteris interdicitur sub depositionis pœna chrisma, ecclesiam, aut altare consecrare, quippe quod ad solum episcopum spectat.

Item placuit, ut si quis presbyter post hoc interdictum ausus fuerit chrisma benedicere, aut ecclesiam aut altarium consecrare, a suo officio deponatur; nam et antiqui [5] hoc canones vetuerunt. *Idem vide in cap. 5. de Presbyteris.*

5 *Al.* hoc omnino.

CAP.

CAP. VII.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 51.

[1] *De chrisma conficiendo ab episcopo.*

* Omni tempore episcopis liceat chrisma conficere, et per suas diœceses destinare, ita ut [2] ad dirigendum chrisma diaconus aut subdiaconus ante diem paschæ de singulis ecclesiis ad episcopum [3] destinentur. *Idem vide in cap. 7. de Diaconis, et cap. 3. de Subdiaconis.*

1 Al. *De chrismate conficiendo.*
* *Can. 124. de Cons. dist. 4. ex Tolet. I. can. 20.*
2 *Al.* ad accipiendum.
3 *Al.* destinetur.

CAP. VIII.

Ex eadem cap. 52.

Non liceat presbyteros præsente episcopo nisi eo jubente, *chrismare.*

* Presbyter præsente episcopo non signet infantes, nisi forte ab episcopo fuerit illi præceptum. *Idem vide in cap. 6. de Presbyt. et in cap. 4. de Sacr. Confirmat.*

* *Can. 124. de Cons. dist. 4. et can. 11. d. 95. ex Tolet. I. c. 20.*

CAP. IX.

Ex eadem cap. 53.

Quod non liceat presbytero ante episcopum in Baptisterio introire.

* Non liceat presbytero prius [4] ab episcopo in Baptisterium introire, sed cum episcopo, nisi forte aut absens fuerit, aut ægrotus. *Eumdem vide in cap. 6. de Presbyt. et Parochis.*

* *Can. 124. de Cons. d. 4. ex Laod. c. 56.*
4 *Al. deest* : ab.

CAP. X.

Ex Concilio Hispalensi II. anno 619. *canone* 5.

[5] *Ne presbyter diaconum aut presbyterum ordinare præsumat*, quod hoc proprium sit episcoporum munus.

* Quinto judicio [a] [6] ad cognitionem nostram Aniani Egabrensis diaconi relatu deductum est de quibusdam ipsius

5 Al. *Ne presbyteri diaconum vel presbyterum ordinare præsumant.*
* *Can. 14. d. 23.*
6 *Al.* ad agnitionem nostri examinis Agabrensis diaconi relatu pervenit de quibusdam.

a Quinta sessione.

ipsius ecclesiæ clericis, quorum dum unus ad presbyterium, duo ad levitarum ministerium sacrarentur, episcopus eorum oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos tantum [1] posuisse, et presbyter quidam illis, contra ecclesiasticum ordinem benedictionem [a] dedisse. Qui licet propter tantam præsumtionis audaciam poterat accusatus judicio præsenti damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione præventus; sed quia jam ille examini divino relictus, humano judicio accusari non potest, hi, qui supersunt, et ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiæ [2] potius [3] eulogium [b] perceperunt, ne sibi licentiam talis ultra usurpatio faciat, decrevimus, ut a gradu sacerdotalis et levitici ordinis, quem perverse adepti sunt, depositi, æquo judicio [4] abutantur [c]. Tales enim merito judicati sunt removendi, quia prave inventi sunt constituti.

1 *Al.* imposuisse.

2 *Al. deest*: potius.
3 *Al.* elogium *vel* eloquium.

4 *Al.* abjiciantur.

CAP. XI.

Ex eodem canone 7.

[5] *De his quæ prohibentur presbyteris in ecclesiasticis sacramentis*, eo quod episcoporum sint propria.

Septimo examine [d], relatum est nobis, venerandissimum quondam Agapium [e], [6] Cordubensis urbis episcopum, [7] frequenter presbyteros [8] destinasse, qui absente Pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent. Quod quidem non est mirum id præcepisse virum [9] ecclesiasticis disciplinis ignarum, et statim [10] a sæculi malitia in sacerdotale ministerium delegatum. Ergo ne ultra talis a nobis licentia usurpetur, communi sententia statuendum oportuit; scientes quia sicut [11] presbytero illicita consecratio est altaris, ita et constitutio. In divinis enim literis, præcipiente Domino, [12] solus Moyses in tabernaculo [13] Dei erexit Altare, solus ipse unxit, utique quia [14] summus sacerdos Dei erat, sicut [15] scriptum est: *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus*. Ideoque id quod tantum facere principibus sacerdotum jussum est, quorum typum Moyses et Aaron tenuerunt, presbyteri, qui filiorum Aa-

5 *Al. De his quæ prohibentur corepiscopis presbyteris, in ecclesiasticis sacramentis agere.*
6 *Al.* Cordubensis sedis.
7 *Al.* frequenter corepiscopos vel presbyteros.
8 *Al.* destinasse, qui tamen juxta canones unum sunt, qui absente.
9 *Al.* ecclesiasticæ disciplinæ.
10 *Al.* a sæculari militia.
11 *Al.* presbytero vel corepiscopo.
12 *Al.* solus Aaron. *Exodi* 40. *Numer.* 7.
13 *Al. deest*: Dei.

Psalm. 98. *v.* 6.
14 *Al.* sumus utique.
15 *Al.* scriptum est de eo.
Sy. Wormat. can. 8.

a Precationes pronuntiasse.
b Gentilica oblatio, seu benedictio.
c Non utantur.
d Sessione.
e Qui subscribit 30. loco Toletan. III. et 3. loco Hispal. I. Vide cap. 10. & 12. de Subscript.

Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam quamvis cum episcopis plurima illis [1] ministeriorum communis sit dispensatio, [2] quædam novellis et ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum, et diaconorum, ac virginum consecratio; sicut constitutio Altaris, benedictio vel unctio; siquidem nec [3] licere eis ecclesiam vel altarium consecrare, nec per [4] impositionem manus fidelibus [5] baptizatis, vel conversis ex [6] hæresi, Paracletum Spiritum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare, sed nec publice quidem in Missa quemquam [7] pœnitentium reconciliare, nec formatas [a] cuilibet epistolas mittere. Hæc enim omnia illicita esse [8] presbyteris, quia pontificatus apicem non habent, [9] quem solis deberi episcopis auctoritate canonum præcipitur, ut per hoc et discretio graduum, et dignitatis fastigium summi Pontificis demonstretur, sed nec coram episcopo [10] licere presbyteris in baptisterium introire, nec præsente antistite infantem tingere aut signare, nec [11] pœnitentes sine præcepto episcopi sui reconciliare, nec eo præsente sacramentum Corporis et Sanguinis Christi [12] perficere, nec eo coram posito populum docere, vel benedicere, aut salutare, neque plebem utique [13] exhortari.

1 *Al.* mysteriorum.
2 *Al.* quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam novellis.
3 *Al.* nec benedicere eis liceat ecclesiam vel altaria.
4 *Al.* impositiones.
5 *Al.* baptizandis.
6 *Al.* hæresi, Spiritum sanctum tradere.
7 *Al.* pœnitentem.
8 *Al.* presbyteris vel corepiscopis.
9 *Al.* quod solis.
10 *Al.* licere eis in baptisterium.
11 *Al.* pœnitentem.
12 *Al.* conficere.
13 *Al.* exhortari. Quæ omnia eis a sede Apostolica prohibita esse noscuntur.

CAP. XII.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 32.

De cura populorum et pauperum, quam episcopi sibi impositam noverint.

Episcopi in protegendis populis, ac defendendis impositam a Deo sibi curam non ambigant, ideoque dum conspiciunt judices [14] et potestates pauperum oppressores existere, [15] prius eos sacerdotali admonitione redarguant, et si contemserint [16] emendare, [17] eorum insolentiam regis auribus intiment [b], ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coerceat. Si quis autem episcoporum [18] neglexerit, concilio reus erit [c].

14 *Al.* ac potentes.
15 *Al.* et prius.
16 *Al.* emendari.
17 *Al.* emendare, anathematicentur. *Cetera desunt.*
18 *Al.* id neglexerit.

a Formatæ eædem, quæ communicatoriæ. Vide cap. 1. *de Primate.*
b Regi notum faciant.
c Dignus erit qui a concilio judicetur.

CAP. XIII.

Ex Concilio Emeritano anno 666. canone 12.

Ut episcopus, qui illi placiti fuerint de parochia sua, presbyteros atque diaconos cathedrales sibi faciat.

Si priorum canonum [a] sententia hunc recte tenet ordinem, ut episcopus ab alio episcopo, si indigentiam habuerit, clericum ad ordinandum petat et accipiat; cur, qui in dioecesi sua habet eos, quos pro Dei officio, et suo [1] juramine dignos repererit, ad suam principalem ecclesiam non perducat, et habeat? Pro hujus rei caussa hoc elegit unanimitas nostra, ut omnes episcopos provinciæ nostræ, si voluerint, de parochianis presbyteris atque diaconibus cathedralem sibi in principali ecclesia facere, maneat per omnia licentia. Hi tamen, qui fuerint traducti, humilitatem dignam episcopo suo teneant, et eo honore ac reverentia habeantur, et venerentur in cathedrali ecclesia, sicut hi, quos constat fuisse ordinatos in ea. Et quamvis ab episcopo suo, stipendii caussa, per bonam obedientiam aliquid accipiant, ab ecclesiis tamen in quibus prius consecrati sunt, vel a rebus earum extranei non maneant [b]; sed pontificali electione, presbyteri ipsius ordinatione [c], presbyter alius instituatur, qui sanctum officium peragat, et discretione prioris presbyteri victum et vestitum rationabiliter illi ministretur, ut non egeat; aut si quæsierit [d], qui ordinatur, stipendium a suo presbytero accipiat, quantum dignitas officii eum [e] habere expetat. Clericis vero, vel quos ad serviendum ei dederit, per discretionis modum, quæ necessaria sunt ministret. Si quis sententiæ hujus ordinem implere distulerit, prout ratio permiserit, excommunicandum se noverit.

1 *Fortassis*: juvamine.

a Carthag. III. *can.* 45.
b Contra conc. Chalcedon. *can.* 10.
c Institutione.
d Aut si presbyter ibidem constituendus presbytero, ad cathedralem translato invitaverit.
e Quantum cathedralis presbyter voluerit, Vicarium suum laboris impendere.

TIT.

TIT. XIV.

DE EPISCOPO QUI AB EPISCOPATU SEPARATUS EST.

CAP. I.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 10.

De episcopo per necessitatem[1] *vagante*, ut honorem dumtaxat episcopatus retineat.

* Si quis episcopus ordinatus,[2] pro contemtione populi, aut pro aliqua alia ratione, et non pro sua culpa,[3] in parochia quæ ei fuerit data[4] non læsit[a], hunc oportet, honorem[5] sacerdotum[b] tantummodo contingere[c], et de rebus ecclesiæ,[6] in qua convenit, nihil sibi præsumat. Sustineat autem,[7] quid de eo sanctum concilium judicare voluerit.

1 Al. *vacante.*

* *Can.* 4. *dist.* 92. *ex Ant.och. can.* 18.
2 *Al.* per contemtionem populi.
3 *Al.* in parochiam.
4 *Al.* non ierit.
5 *Al.* sacerdotii.
6 *Al.* in quam.
7 *Al.* quod de eo.

TIT. XV.

DE EPISCOPALIS DIGNITATIS PROVENTIBUS.

CAP. I.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. *canone* 8.

Ut annis singulis episcopi diœcesani visitent, et ut non plus quam tertiam de parochiis accipiant.

Multorum casuum experientia magistrante reperimus, nonnullas diœcesanas esse ecclesias destitutas,[8] ob quam rem id hac constitutione decrevimus, ut antiquæ consuetudinis ordo servetur, et[9] annuis vicibus ab episcopo diœcesano visitentur; & si qua forte basilica reperta fuerit destituta,[10] ordinatione ipsius reparetur. Quia[11] tertia ex omnibus per antiquam traditionem, ut accipiatur ab episcopis, novimus statutum. *Eumdem vide in cap.* 1. *de Visitatione episcop. et in cap.* 2. *de Eccles. ædificand.*

8 *Al.* pro qua re hac constitutione. *Caus.* 10. *q.* 1. *can.* 10. *decrevimus.*
9 *Al.* annis. singulis ab episcopo diœceses.
10 *Al.* reparare præcipiatur.
11 *Al.* tertia pars.

a *Non accesserit*, uti est in canone Antiocheno.
b Potius: *honorem et ministerium episcopale*; si sententiam Antiocheni perpendimus.
c Legendum vero: *si tamen de rebus.*

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 33.

Ne ex facultatibus ecclesiarum diœcesis, excepta tertia oblationum, tributorum, ac frugum, episcopus aliquid auferat.

1. Timoth. 6. v. 10.
1 Al. *radix est.*
2 *Al.* in honorem.
3 *Al.* oblationes sanctas tribuunt.
* Caus. 16. q. 1. can. 60. Constitutum.
4 *Al.* nihil ex earum jure.
5 *Al.* quam de decimis, tributis.
* Can. 6. c. 10. q. 1.
6 *Al.* Noverint ergo.
7 *Al.* nullam se.
8 *Al.* ecclesiam... dos ejus... pertineat.

Avaritia [1] *radix cunctorum malorum*; cujus sitis etiam sacerdotum mentes obtinet. Multi enim fidelium in [2] amore Christi et martyrum, in parochiis episcoporum basilicas construunt, [3] oblationes conscribunt [a], sacerdotes hæc auferunt, atque in usus suos convertunt. Inde est quod cultores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt. Inde labentium basilicarum ruinæ non reparantur; quia avaritia sacerdotali omnia auferuntur. * Pro qua re constitutum est a præsenti concilio, episcopos ita dioeceses suas regere, ut [4] nihil jure præsumant auferre; sed juxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, [5] quam de tributis, ac frugibus tertiam consequantur. Quod si amplius quippiam ab eis præsumtum extiterit, per concilium restauretur [b], appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum, si jam illi a sæculo * decesserunt. [6] Noverint autem conditores basilicarum, in rebus quas eisdem ecclesiis conferunt, [7] nullam potestatem habere, sed juxta canonum instituta, sicut [8] ecclesiam, ita et dotem ejus ad ordinationem episcopi pertinere. *Eumdem vide in cap. 2. de Jurepatr. et partem in cap. 6. de Bonis eccles. ministrand.*

CAP. III.

Ex Concilio Toletano IX. anno 655. canone 6.

9 Al. *tertiam partem.*

Ut episcopus [9] *tertiam ecclesiasticarum rerum sibi debitam, cui elegerit, conferat.*

10 *Al.* opportune tamen.
11 *Al.* tertiam partem, *vel* remunerationem.
12 *Al.* rebus earumdem.
* Can. 4. c. 12. q. 3.
13 *Al. deest*: paterna.
14 *Al.* patebit.
15 *Al.* quam elegit.
16 *Al.* et licita maneant.

Quum præteritis sanctionibus [c] notissimum habeatur, quæ de rebus parochialium ecclesiarum pars episcopo conferatur, [10] opportune duximus decernendum, ut si episcopus [11] tertiam quam de rebus [12] eisdem * sanctione [13] paterna sibi debitam novit, aut ipsi ecclesiæ cujus res esse [14] patescit, aut alteri ecclesiæ [15] cui elegerit conferre decreverit, [16] et licitum maneat, et irrevocabile robur ejus sententia ferat.

a Assignant. *b* Concilium curet, ut restituatur. *c* Vide supra cap. 1.

CAP.

CAP. IV.

Ex eodem canone 9.

Quantum commodum sibi episcopus tollat [1] *ab ecclesia, cujus tumulaverit sacerdotem.*

Plerique dum rapinis [2] inhiant ut non debent, aut miserationis opus condigne non implent, aut [3] indebita ipsi miserationi damna permiscent. Ideoque, ne amplius misericordiæ opus execrabile dilabatur in scelus, id communi decreto sancimus, ut quum Pontificem mori contigerit, episcopus, qui ad humandum corpus [4] ejus advenerit, descriptis thesauris, [5] atque domorum internis, si locuples decedentis ecclesia fuerit, non amplius quam libram auri in rebus, quibus ei placuerit, exceptis ornamentis ecclesiæ, cum gratia offerentium auferre pertentet. Si vero minor [6] rebus extiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet, nam et hæc ipsa usurpare ratio nulla permitteret, nisi ejus qui convenit sacerdotis injuriæ [a] contemplatione antiquitas hoc [7] usitata servasset. Porro [8] brevem [b] descriptarum rerum sub fideli ratione [9] idem qui descripsit, dirigere [10] Metropolitano curabit. Metropolitanus ex eadem morientis ecclesia nihil prorsus auferre præsumat, sed [11] solum quæ ad eum pertinent, [12] salvationis [c] curam impendat. *Eumdem vide in cap. 27. de Metropol.*

1 Al. de ecclesia.
2 Al. inhiant, non quod debent.
3 Al. aut indedita.
4 Al. deest: ejus.
5 Al. atque ornamentis omnibus, si locuples.
6 Al. deest: rebus.
7 Al. usurpata.
8 Al. breve.
9 Al. hic qui.
10 Al. Metropolitanus autem.
11 Al. solam.
12 Al. salutarem.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. canone 5.

De reparatione ecclesiarum, ut in ea episcopi tertiam oblationum partem, quam ab unaquaque accipient, si opus fuerit, impendant.

Quamquam in præteritis sanctorum patrum de diversis caussis sententiæ enitescant, sed et nunc quæ tempore ordinique congruant, ordinato jure instituenda sunt. Nam sicut antiquitas de caussis ingruentibus edicta multimoda edidit, ita

a Laboris et molestiæ.
b Summam, vulgo *Minuta.*
c Protectionis, seu procurationis.

ita nunc nostri temporis ætas, de his quæ occurrunt, ut faciat convenit. Quapropter in medio cœtus nostri deducta est quorumdam consuetudo inordinata sacerdotum, qui parochias suas ultra modum diversis exactionibus vel angariis comprimunt, vel quod quam plures ecclesiæ destitutæ persistunt. Iccirco unio [1] nostræ adunationis decernit atque instituit, ut tertias quas antiqui * canones de parochiis suis habendas episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis episcopis diruptæ ecclesiæ reparentur; si vero eas maluerint reddere, ab earumdem ecclesiarum cultoribus [a] sub cura et solicitudine sui Pontificis reparatio eisdem adhibenda est basilicis. Quod si omnes ecclesiæ aut incolumes fuerint, aut quæ diruptæ erant, reparatæ extiterint, secundum antiquorum canonum [b] instituta tertias sibi debitas unusquisque episcopus assequi si voluerit, facultas illi omnimoda erit, ita videlicet, ut citra ipsas tertias nullus episcoporum quippiam pro Regis inquisitionibus [c] a parochitanis ecclesiis exigat, nihilque de prædiis ipsarum ecclesiarum cuiquam aliquid caussa stipendii dare præsumat. Sed et hoc necessario instituendum delegimus, ut plures ecclesiæ uni nequaquam committantur presbytero, quia solus per totas ecclesias nec officium valet persolvere, nec populis sacerdotali jure occurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impendere; ea scilicet ratione ut ecclesia, quæ usque ad decem habuerit mancipia [d] super se habeat sacerdotem, quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis conjungatur ecclesiis. Si quis sane episcorum hanc nostram institutionem parvi-penderit, et quippiam exinde temerandum crediderit, duorum mensium spatiis se noverit excommunicatione multari. Ita nempe, ut postquam ab hoc excommunicationis interdicto ad ordinis sui remeaverit locum, cunctas hujus canonis sanctiones modis omnibus studeat adimplere. *Eumdem vide in cap. 6. de Eccles. ædific. et partem in cap. 1. de Unione, et divis. Benefic.*

1 *Al.* nostræ congregationis.

* *Caus.* 10. *q.* 3. *canon.* 3. *Unio.*

a Clericis divino cultui deditis.

b Vide supra cap. 1. et 3.

c Tributis; ipsas enim et Reges, et alii laici solebant accipere, uti patet ex syn. Palent. *de Immunit. Eccles.* cap. 16. Eas tamen ut percipere possent Reges nostri, concessit Clemens V. ad triennium, et in perpetuum Alexander VI. 26. Februar. anno 1494. quæ vulgo dicuntur *Tercias Reales*, hoc est: binæ partes tertiæ portionis decimarum. Vide *leg.* 1. *t.* 9. *lib.* 9. *N. R.*

d Familias mancipiorum, seu servorum colonariæ conditionis.

TIT.

TIT. XVI.

DE PAROCHIIS ET DIOECESIBUS EPISCOPORUM.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *can.* 9.

[1] *De ecclesiis ab hæresi translatis, ut ad eos episcopos, in quorum sunt parochiis, pertineant.*

DECRETO hujus concilii hoc statuitur, ut ecclesiæ, quæ fuerunt in hæresi Ariana, nunc autem sunt catholicæ, [2] ad episcopos cum suis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipsæ, in quibus ecclesiæ ipsæ fundatæ sunt, pertinere videntur.

1 Al. *Ut ecclesiæ Arianorum ad catholicum episcopum, in cujus diœcesi sunt, permaneant.*

2 *Al.* ad eos episcopos.

CAP. II.

Ex Concilio Hispalensi II. anno 619. *canone* 1.

De Theodulphi Malacitanæ ecclesiæ episcopi querimoniis adversus reliquos episcopos, pro quibusdam parochiis, quæ ipsi adseruntur episcopo, eo quod ante hostium invasionem ad ejus ecclesiam pertinuisse constiterit.

• Prima actione Theodulphi Malacitanæ Antistitis ecclesiæ ad nos oblata precatio est asserentis, antiquam ejusdem urbis parochiam, [3] militaris quondam hostilitatis discrimine fuisse decisam et ex parte aliqua ab ecclesiis Astigitanæ, Eliberitanæ, atque [4] Egabrensis urbium esse retentam [a]. Pro qua re placuit, ut omnis parochia, quæ ab antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam suam [5] comprobaret, ejus privilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem [b], his quos [6] barbarica feritas captiva necessitate transvexit, postliminio revertentibus red-

• *Can.* 13. *c.* 16. *q.* 3.

3 *Al.* militaris quondam.

4 *Al.* Agabrensis.

5 *Al.* quisquis comprobaret.

6 *Al.* barbarica severitas.

M

a Scilicet: aliquam suæ diœcesis partem retineri, partim ab episcopo ecclesiæ Astigitanæ *Ecija*, partim Illiberitanæ, *Iliberi*, partimque Egabrensis *Cabra*, non longe a Corduba.

b Leg. 2. tit. 5. lib. 5. *Cod. Theod.*

1 *Al.* ante tenuit.
2 *Al.* possideatur.
3 *Al.* transfusa sit.

redditur antiqua possessio; non aliter est ecclesia receptura parochiam, quam [1] ante retinuit cum rebus suis, sive ab aliis ecclesiis [2] possideantur, sive in cujuslibet possesionem [3] transfusa sunt. Non enim erit abjicienda præscriptio temporis, ubi necessitas interest hostilitatis.

TIT. XVII.

DE EXEQUIIS EPISCOPORUM.

CAP. I.

Ex Concilio Valentino anno 546. *canon.* 4.

4 Al. *De exequiis morientis episcopi, et qualiter humetur.*

[4] *De exequiis episcopi, qualiter humetur.*

5 *Al.* revelatione.

6 *Al.* canonice.
7 Al. *deest*: ut fieri solet.
8 *Al.* collimitanei.
9 Sacerdotes. ut fieri solet, de longinquo.
10 *Al.* sua nocte.

11 *Al.* in loco.

12 *Al.* Pontifice, sacerdotis corpus ab ipso.

ILLUD etiam provido consilio decretum est, ut quia sæpe sanctorum antistitum per absentiam Commendatoris [a] episcopi exequiæ differuntur, ita ut veneranda Pontificis membra, dum tardius funerantur, injuriæ omnino subjaceant; episcopus qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet invitatus occurrere, infirmum magis, et adhuc in corpore positum admonitus visitare non differat, ut aut de [5] relevatione [b] consacerdotis amplius gaudeat, aut certe de ordinatione domus suæ fratrem admoneat, ejusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem a sæculo, post oblatum in ejus commendatione sacrificium Deo, mox sepulturæ tradat diligentissime, et superius constituta [6] canonica non differat adimplere. Si autem, [7] ut fieri solet, antistes obitu repentino discesserit, et [8] conlimitanei [9] sacerdotes de longinquo minime adesse potuerint, uno die tantum [10] cum nocte exanimatum corpusculum sacerdotis maneat, non sine fratrum ac religiosorum [c] frequentia, vel psallentium excubatione servatum, a presbyteris cum omni diligentia [11] in loculo [d] conditum seorsum, non statim humetur, sed honorifice commendetur; donec sine mora, invitato undecumque [12] Pontifice, ab ipso (ut condecet) solemniter tumuletur, ut et injuriæ tollatur occasio, et mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus observetur.

a Vicinioris nempe, uti colligitur ex *can.* 2. ejusd. concilii. Vide cap. *de tit. seq.* cui quidem vacantis ecclesiæ cura commendatur.
b De recuperata valetudine.
c Episcoporum et clericorum.
d Feretro.

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano VII. anno 646. canone 3.

De exequiis morientis episcopi, ut si ad eas vocati episcopi non conveniant, per annum communione priventur: clerici autem episcopi defuncti qui episcopos ad exequias celebrandas vocare neglexerint, per annum etiam in Monasterio pœniteant.

Ea quæ [1] competunt honestati, contingit sæpe quorumdam desidia non impleri. Proinde quia notum est, quæ dignitas in morientis episcopi exequiis ex canonibus conservetur, traditioni moris antiqui, hoc tantum adjicimus, ut si quis sacerdotum, secundum statuta Valentini [a] [2] concilii ad humanda [3] decedentis episcopi membra venire commonitus, pigra voluntate distulerit, appellantibus clericis obeuntis episcopi apud synodum sive apud Metropolitanum episcopum tempore anni unius nec faciendi Missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem, [4] sive clerici quibus major honoris locus apud eamdem ecclesiam fuerit cujus sacerdos obierit, si omni solicitudine pro exequiis aut jam mortui, aut continuo Antistitis morituri, ad commonendum episcopum tardi inveniantur, aut per quamcumque molestiam animi id negligere comprobentur, totius anni spatio ad pœnitentiam in Monasteriis deputentur.

1 *Al.* competunt sanctis statutis.

2 *Al.* Toletani.

3 *Al.* defuncti episcopi.

4 *Al.* sive ceteri clerici.

TIT. XVIII.

DE BONIS EPISCOPI DEFUNCTI.

CAP. I.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. can. 12.

Ut si episcopus intestatus obierit, inventarium de rebus ejus clerici faciant, et nullus exinde aliquid auferat.

[b] Sicubi defunctus fuerit episcopus intestatus, [5] post depositionem ejus a presbyteris et diaconibus de rebus [6] ipsius Bre-

5 *Al.* post definitionem *vel* post defunctionem.

[b] *Can.* 6. *c.* 12. *q.* 5.

6 *Al.* ipsius inventarium fideliter.

[a] Vide supra cap. 1.

breve [a] fideliter conscribatur a minimo usque ad maximum; id est, de utensilibus, vel omni supellectile; ita tamen ut si quis exinde vel [1] præsumsisse, vel occulte fuerit tulisse convictus, secundum furti tenorem restituat universa.

1 Al. præsumisse aliquid.

CAP. II.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. canon. 16.

[2] *Si sacerdos moritur, quid de rebus ecclesiæ observatur.*

2 Al. *Quum sacerdos.*

Licet de re hujusmodi, quam constituere salubri ordinatione [3] decrevimus, prisca auctoritas canonum [b] nequaquam siluerit, sed evidenti sanctione præceperit, ut cujuscumque ecclesiæ pontifice defuncto, non passim pro libito suo [4] de earum rerum direptione, quas obiens [5] relinquit, quisquam irruat, domumque subvertat, sed sacerdos qui exequiarum [6] tempore adest, omnia quæ ad utilitatem, et conservationem pertinent, debeat diligenti circunspectione munire; tamen [7] quia hæc ipsa sanctio (quod pejus est) a multis clericis [8] cognoscitur violari, [9] ita ut occumbente sacerdote, expectorato affectu [c] totaque disciplinæ severitate posthabita, immaniter quæ in domo pontificali reperiuntur, invadunt et abradunt; * ideo nunc hæc hujus [10] placiti vel constituti inter nos censura placuit custodiri, ut defuncto Antistite vel etiam adhuc in supremis agente, nullus clericorum, cujuslibet ordinis, officii, gradusve sit, quicquam de domo [11] auferre præsumat, vel de utilitate, quæ instrumenti [d] domus esse noscitur, id est mobili et immobili rei ecclesiasticæ conetur invadere; nihil furto, nihil vi, nihil dolo supprimens, auferens, atque abscondens; sed is cui domus commissa est, subjunctis sibi [12] cum consilio cleri uno vel duobus fidelissimis, omnia usque ad tempus pontificis substituendi [13] debeat conservare, vel his qui in domo inveniuntur clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus autem Antistes, [14] suscepta ea, prout decessor suus ordinavit, vel huic Deus imperavit, uti cum his debeat, quos cognoverit disciplinæ et caritati [15] decessoris sui fideliter paruisse. Quod si quisquam post hæc cujuslibet or-

3 Al. decernimus.

4 Al. in earum rerum direptionem.
5 Al. dereliquit.
6 Al. de tempore est, ea omnia.

7 Al. quia ipsa sanctio.
8 Al. nunc cognoscitur.
9 Al. ita ut non jubente.
* Can. 38. c. 12. q. 2.
10 Al. Placiti constitutione inter nos censoria placuit.

11 Al. auferre, vel quod de utilitate instrumenti domus esse agnoscitur, id est, mobilis et immobilis.

12 Al. cum concilio, uno vel duobus fidelissimis clericis.
13 Al. debet.
14 Al. susceptæ sedis commoda ordinabit velut Deus imperabit, ut eis, uti cum his.
15 Al. prædecessoris.

a Rerum, quæ inventæ fuerint, catalogum, qui nostris dicitur: *Inventario.*
b Can. 5. conc. Rhegiensis.
c Avida cupiditate.
d Supellectilis ad instruendam domum.

ordinis, ut superius dictum est, clericus [1] quacumque occasione de domo ecclesiæ, vel de omni facultate quippiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppresisse, reus sacrilegii prolixiori anathemate condemnetur, et vix quoque peregrina [a] ei [2] communio animæ concedatur; quia durum est, ut hi quos constat in servitio Domini cum primæ sedis Antistite [3] desudasse, illorum, qui suarum rerum incubatores, vel utilitatibus servientes atque vacantes fuisse noscuntur, despectibus aliquatenus crucientur.

1 *Al.* quacumque clericus occasione de omni facultate.

2 *Al.* communio concedatur.

3 *Al.* desudase, ab his qui suarum rerum incubatores atque vagantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenus crutientur.

CAP. III.

Ex Concilio Valentino anno 546. can. 2.

Ut defuncto episcopo, de rebus ipsius vel ecclesiæ nullus quicquam [4] præsumat.

4 Al. *præsumat invadere.*

Hoc etiam placuit, ut episcopo ab hoc sæculo jubente Domino arcessito, clerici ab omni omnino supellectili, vel quæcumque sunt in domo ecclesiæ vel episcopi, [5] in libris, in speciebus [b] utensilibus [c], vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re, rapaces manus abstineant et nihil latronum more diripiant. Qui si nec canonum auctoritate [6] cohibiti fuerint, omnia quæ pervaserint, Metropolitani vel omnium comprovincialium sacerdotum districtione coacti, in pristinum statum [7] reddere integra cogantur, ut nihil Antistiti, vel dispensatori futuro necessariorum sub hac justa constitutione depereat. Quod ut confidentius, justitia monente, servetur, secundum * Rhegiensis synodi constituta, episcopo [8] a corpore recedente, vicinior illi accedat episcopus, qui ex more exequiis celebratis, statim ecclesiæ ipsius curam districtissime gerat, ne quid ante ordinationem futuri pontificis [9] inhiantium clericorum subversioni vel direptioni jam liceat; [10] ita ut de repertis omnibus inspectior censitio, descriptioque [d] fidelissima, si fieri potest, intra octavas defuncti, sub diligentia præsentis episcopi peragatur. [11] Dehinc ad Metropolitani notitiam habita [12] ordinatio vel descriptio deferatur, ut ejus electione talis persona ordinandæ [13] domus ecclesiasticæ procu-

5 *Al.* libris, speciebus.

6 *Al.* prohibiti.

7 *Al.* redintegrare cogantur.

* *An.* 439. *can.* 5.

8 *Al.* e corpore.

9 *Al.* remanentium clericorum.

10 *Al.* ita ut directis hominibus inspectio certior et descriptio fidelissima.

11 *Al.* Ac dehinc.

12 *Al.* ordinate descriptio deferatur.

13 *Al.* domui.

a Ad communicandum dumtaxat, cum iis peregrinis, quibus publica denegabatur communicatio, eo quod sine authenticis epistolis venirent.

b Annona.

c Rebus domus mobilibus.

d *Inventario.*

curetur, quæ vel consuetà clericis stipendia dispenset, et creditarum sibi rerum (si forsitan tarditas in episcopo ordinando successerit) Metropolitano congruis temporibus reddere possit rationem, ut sub hac salubri constitutione clerici stipendiis suis omnino contenti, labores non diripiant episcopi decedentis, et in vacuam ecclesiæ domum futurus pontifex non sine dolore succedat, sed magis de prædecessoris sui dimisso [a] possit et ipse gaudere et aliis ministrare. *Eumdem vide in cap. 9. de Metropol.*

CAP. IV.

Ex eodem can. 3.

Ut propinqui morientis episcopi de rebus ejus nihil usurpent sine Metropolitani [1] *aut comprovincialium conscientia.*

[1] Al. *et comprovincialium.*

Simili quoque modo parentibus et propinquis decedentis episcopi, si intestatus obierit, denuntietur, ut sine Metropolitani vel comprovincialium sacerdotum conscientia nihil de rebus defuncti [2] occupare pertentent; [3] forte in hereditariis rebus etiam aliqua ad ecclesiam pertinentia, vel permixta usurpent, [4] sed aut usque ad ordinationem futuri expectent Antistitis, aut certe si longum fuerit, ad Metropolitani, ut dictum est, ordinationem recurrant. Si quis autem [5] immemor divini timoris, contra hæc [6] sancita synodice clericus quisquam, vel laicus venire improba mente tentaverit, et communione, et consortio privetur ecclesiæ, quia durum est, ut ad illam conveniat, quam spoliare non metuit. Nisi forte spiritu meliore [7] correctus, dum a præsumptione cessaverit, recuperet indulgentiam. Si autem rationabiliter modesteque unusquisque repetit quod sibi jure debetur, ei absque aliqua animadversione a Metropolitano, vel cui injunxerit, aut res aut ratio non negetur. [8] Hoc etiam omnes canone constringendi, qui in præteritum res ecclesiæ, vel episcopi usurpantes diripuerint. *Eumd. vide in cap. 10. de Metropol.*

[2] *Al.* aucupare.
[3] *Al.* forte cum.
[4] *Al.* sed usque.
[5] *Al.* contemtor definiti moris.
[6] *Al.* sancta synodica.
[7] *Al.* correptus.
[8] *Al.* Hoc etiam canone omnes sunt constringendi, qui tam in præteritum, quam in futurum res ecclesiæ.

[a] Hoc est: *gaudere pro rebus a prædecessore relictis.*

CAP.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano IX. anno 655. can. 4.

[1] *De conquisitis rebus inter ecclesiam et sacerdotis intestati heredes quæ divisio fiat.*

• Sacerdotes, vel [2] quique illi sunt quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcumque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis vel vile vel carum habuerint, ad ecclesiæ nomen cui præsunt, chartarum conficere instrumenta procurent. Non enim convenit, ut ecclesia [3] quæ suscepit externum, efficiat in alieno divitem, et in suo retineat fraudatorem. Hi vero, qui suarum rerum noscuntur habere compendium [a], ex omni re quam post ordinationis suæ diem visi sunt [4] conquisisse, sive nulla, sive aliqua sunt instrumenta [b] confecta, compensata tam juris sui quam ecclesiasticarum rerum [5] ambitione [c], si se utriusque rei quantitas exæquaverit, inter ecclesiam et decedentis heredes æquo jure conquisitio [d] pertinebit. Si autem quælibet pars majori cumulo sui juris excreverit, etiam [6] portionem in divisione percipiet. • Quicumque vero de prædictis sacerdotibus, vel ministris pro sui utilitate atque amicitia, vel præstatione, aut quocumque modo, aut per scripturæ seriem, [7] meruerint a quolibet collata percipere, in rebus ecclesiasticis [8] non poterunt numerare; sed quod exinde voluerint facere, [9] ipsorum voluntatis arbitrio subjacebit. Quod si hoc post eorum mortem [10] inordinatum fortasse remanserit, ecclesia hoc sibi cui præfuit, vel minister [11] extitit, [12] in perpetuo vindicavit.

1 Al. *Quod de conquisitis.... sacerdotis heredes æqualis divisio fiat.*
• *Can.* 1. *c.* 12 *q.* 4.
2 *Al.* quicumque illi.
3 *Al.* quem suscepit extraneum.
4 *Al.* acquisisse.
5 *Al.* habitudine.
6 *Al.* majorem portionem etiam in.
• *Can.* 2. *c.* 12. *q.* 3.
7 *Al* aliquid meruerint a quolibet percipere.
8 *Al.* non poterit numerari.
9 *Al.* in ipsorum voluntatis.
10 *Al.* ordinatum.
11 *Al.* extiterit.
12 *Al.* in perpetuum.

CAP. VI.

Ex eodem can. 7.

Ne extra constitutum ordinem morientis sacerdotis heredes rem ejus adire præsumant.

Propinqui morientis episcopi nihil de rebus ejus absque Metropolitani cognitione usurpare præsumant. Quod si is qui de-

a Catalogum, vulgo apud nos: *Inventario.*
b Scripturæ authenticæ.
c Cumulo, portione. d Acquisitio.

1 *Al.* fuerit, successoris ejus sententiam aut concilium.

a *Al.* danda licentia.
3 *Al.* retineatur ratio.
4 *Al.* fraus inveniatur.
5 *Al.* Presbyteri aut diaconi fuerint.
6 *Al.* agnitione.
7 *Al.* deest: hæc.
8 *Al.* sententia.

decesserit Metropolitanus [1] fuerit, heredes ejus, aut successorem illius, aut concilium sustinebunt [a], ne passim hereditatis adeundæ [2] data licentia, de rebus ecclesiæ aut non [3] reddatur ratio plena aut [4] fraus non inveniatur illata. Quod si [5] presbyter, aut diaconus fuerit quos obiisse constiterit, non sine [6] cognitione sui episcopi rem ejus heredibus adire licebit. Quisquis sane post [7] hæc transgressor inventus extiterit, pro his quæ non expectato hoc ordine adierit invasionis damno legis [b] [8] sententiæ subjacebit. *Eumdem vide in cap. 26. de Metropol.*

TIT. XIX.

DE PRESBYTERIS ET PAROCHIS, EORUMQUE OFFICIO.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. can. 32.

9 Al. *De presbyteris, ut ex communicatis communionem dent.*

10 *Al.* Apud pesbyterum, si quis gravi.
11 *Al.* sed potius apud presbyterum agat, cogente tamen infirmitate necesse est presbyterum communionem præstare debere et diaconum, si ei jusserit episcopus.

[9] *Presbyter jubente episcopo pœnitentiam ministrare potest infirmis.*

[10] Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere sine episcopi consultu, [11] sed potius apud episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est presbyterorum aut diaconorum communionem talibus præstare debere, nisi eis jusserit episcopus. *Eumdem vide in cap. 1. de Peculiar. Episcop. minister. et cap. 1. de Pœnitentibus in infirmit.*

CAP. II.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. can. 20.

Presbyter absente episcopo, vel eo jubente, Confirmationis sacramentum ministrare potest.

Statutum vero est, diaconum non chrismare, sed presby-

a Heredes expectabunt, quid de rebus Metropolitani successor ejus, vel concilium provinciæ decreverit.

b Proculdubio Leg. 2. tit. 18. *Novell. Theod.* ad calc. *Cod. Theod.* Quamvis enim ab ipso Reccesvintho anno 2. Imperii, Christi 651. abolitæ fuerint Romanæ Leges Leg. VIII. tit. 1. lib. 2. *Fori Judic.* non videntur tamen omnino periisse in Hispania.

byterum absente episcopo, [1] præsente vero, si ab ipso fuerit præceptum. *Eumdem vide in cap. 3. de Sacr. confirmat. et integrum in cap. 4. de Pecul. Episcop. minister. et cap. 2. de Diacon.*

[1] *Al.* præsente vero non nisi ab ipso.

CAP. III.

Ex Concilio Barcinonensi anno 540. *can.* 5.

Ut episcopo præsente orationes [a] presbyteri in ordine [b] colligant.

CAP. IV.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *cap.* 3.

Ut presbyteri eodem modo ac episcopi populum salutent.

Item placuit ut non aliter episcopi, et aliter presbyteri populum sed uno modo salutent, dicentes: *Dominus sit vobiscum*, sicut in libro Ruth legitur, et ut [2] respondeatur: *Et cum spiritu tuo*, sicut et ab ipsis Apostolis traditum omnis retinet Oriens, et non sicut [3] Priscilliana pravitas permutavit. *Eumdem vide in cap. 12. de Missæ et Offic. eccles.*

Ruth 2. *v.* 4.
[2] *Al.* respondeatur a populo.
[3] *Al.* Priscilliana hæresis.

CAP. V.

Ex eodem cap. 19.

Presbyteris non licet neque chrisma benedicere, neque ecclesiam vel altare consecrare sub depositionis pœna.

Item placuit ut si quis presbyter post hoc interdictum ausus fuerit chrisma benedicere, aut ecclesiam aut altarium [c] consecrare, a suo officio deponatur, nam et antiqui [4] hoc canones [d] vetuerunt. *Idem vide in cap. 6. de Pecul. episc. minist.*

[4] *Al.* hoc omnino canones.

[a] Oblationes nempe, quæ sunt practicæ orationes.
[b] Cum ordine.
[c] Altare.
[d] Carthaginens. III. *can.* 36.

CAP. VI.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 52.

Non liceat presbyteros præsente episcopo chrismare, nisi eo jubente.

* Can. 124. de cons. d. 4. can. 11. d. 95. ex Tolet. I. can. 20. uti sup. cap. 2.

* Presbyter præsente episcopo non signet infantes, nisi forte ab episcopo fuerit illi præceptum. *Idem vide in cap. 8. de Pecul. episc. minist. et in cap. 4. de Sacr. confirmat.*

CAP. VII.

Ex eadem cap. 53.

Quod non licet presbytero ante episcopum in Baptisterio introire.

* Can. 124. de cons. d. 4. ex Laod. can. 56.
1 *Al.* prius episcopo.

* Non liceat presbytero [1] prius ab [a] episcopo in Baptisterium [b] introire, sed cum episcopo, nisi forte aut absens fuerit aut ægrotus. *Idem vide in cap. 9. de Pecul. episc. minist.*

CAP. VIII.

Ex eadem cap. 56.

De presbyteris forasticis, ut ministerium præsente episcopo vel presbytero civitatis non exerceant.

* Can. 12. d. 95. ex Neocæs. can. 13.
2 *Al.* presbyteris civitatis.
3 *Al.* ministrare in populo.

* Forasticis [c 2] presbyteris præsente episcopo vel presbytero civitatis offerre non liceat, nec [3] ministrari populo, nisi forte illis absentibus.

a Prius quam episcopus.
b In ecclesiam, ad cujus introitum piscina seu balneum ad baptizandum aderat.
c Pagensibus vel ruralibus, seu in vicis ordinatis, uti habetur in originali græco concilii Neocæsar.

CAP.

CAP. IX.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 26.

Quod parochianis presbyteris, quum ordinantur, officialis libellus debeat dari, et iidem presbyteri in litaniis sint de officio quærendi.

* Quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem [a] a sacerdote suo accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas [1] instructi succedant, ne per ignorantiam etiam [2] divinis sacramentis offendant, ita ut [3] quando ad litanias, vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium [4] celebrant vel baptizant. *Eumdem vide in cap. 3. de Cleric. educand.*

* *Can.* 2. *dist.* 38.

1 *Al.* instructi accedant.
2 *Al.* in ipsis divinis.
3 *Al.* quando vel ad.
4 *Al.* celebrent vel baptizent.

CAP. X.

Ex eodem canone 27.

De professione presbyterorum vel diaconorum episcopo facienda, quum in parochiis ordinantur.

* Quando presbyteri vel diacones per parochias constituuntur, oportet [5] eos professionem [b] facere, ut caste et pure vivant sub Dei timore, ut dum eos talis [6] professio religat, vitæ sanctæ disciplinam retineant. *Eumdem vide cap. 8. de Diaconis.*

* *Can.* 3. *d.* 28.

5 *Al.* eos primum.
6 *Al.* professio obligaverit, vitæ sanctæ.

CAP. XI.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. canon. 16.

Ut parochi episocopo promittant, se ecclesias sibi creditas reparaturos.

Presbyteri qui virtutem [c] habuerint, episcopo suo placitum faciant [d], ut reparare ecclesias sibi commissas intendant.

a Manuale, seu Rituale Srcramentorum.
b Promissionem.
c Facultates. d Spondeant.

dant. Quod si facere distulerint, ab episcopo suo districti ecclesias sibi creditas, ut ratio permittit, digne reparent. *Integrum vide in cap. 5. de Eccles. ædific. et reparand.*

CAP. XII.

Ex eodem canon. 18.

Ut parochitani presbyteri, juxta ut posse habuerint, de familia ecclesiæ suæ clericos sibi faciant et habeant.

Quicquid unanimiter digne disponitur in sancta Dei ecclesia, necessarium est, ut a parochitanis presbyteris custoditum maneat. Sunt enim nonnulli, qui ecclesiarum suarum res ad plenitudinem habent, [b] et solicitudo illis nulla est habendi clericos, cum quibus omnipotenti Deo laudum debita persolvant officia. Proinde instituit hæc sancta synodus, ut omnes parochitani presbyteri, juxta ut in rebus sibi a Deo creditis sentiunt habere virtutem, [c] de ecclesiæ suæ familia clericos sibi faciant, quos per bonam voluntatem ita nutriant, ut et officium sanctum digne peragant, et ad servitium suum aptos eos habeant. Hi etiam victum et vestitum dispensatione presbyteri merebuntur, et domino et presbytero suo atque utilitati ecclesiæ fideles esse debent. Quod si inutiles apparuerint, ut culpa patuerit, correptione disciplinæ feriantur. Si quis presbyterorum hanc sententiam minime custodierit et non adimpleverit, ab episcopo suo corrigatur, ut plenissime custodiat, quod digne jubetur.

CAP. XIII.

Ex eodem canone 19.

Ut presbyter, qui plures ecclesias habuerit commissas, pro singulis Dominicis diebus, in singulis sacrificium Deo offerre intendat.

In parochiis multæ sunt ecclesiæ constitutæ, quæ a fidelibus factæ aut paucum aut nihil de rebus videntur habere. Sacerdotali ergo decreto presbytero uni plures extant commis-

a Hoc est: Quorum ecclesiæ affluentibus potitur redditibus.
b Scilicet: *prout uniuscujusque ecclesia redditus patiantur.*

missæ, unde cavendum est, ne occurrente paupertate ordo ibidem non impleatur Missæ. Proinde salubri deliberatione censemus, ut pro singulis quibusque ecclesiis, in quibus presbyter jussus fuerit per sui episcopi ordinationem præesse, pro singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procuret offerre, et eorum nomina a quibus eas ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis ecclesiis videntur aut visi sunt contulisse, si viventes in corpore sunt, ante altare recitentur tempore Missæ: quod si ab hac decesserint aut discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur [a] suo in ordine. Si quis hanc institutionem presbyter implere neglexerit, dum talis caussa per quemlibet ad aures sui episcopi pervenerit, presbyter ille excommunicationis sententia feriendus erit.

CAP. XIV.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 3.

Doceant autem [1] clerici filios ecclesiæ et infantes [b], ut Symbolum et orationem Dominicam memoriter teneant. Si quis autem laicus hujus nostræ institutionis violator extiterit, anathema sit. Presbyter [2] vero et diaconus, si hujus jussionis destructor extiterit, sexaginta solidos episcopo persolvat, et gradu ecclesiastico careat.

1 Al. *deest*: clerici.

2 *Al.* veri aut diaconus.

CAP XV.

Ex eodem cap. 4.

Ut presbyteri vocent ad pœnitentiam criminosos.

Quarto vero titulo statuimus, ut omnes archidiaconi et presbyteri, sicut sacri canones præcipiunt, vocent ad pœnitentiam adulteros, incestuosos, sanguine mistos, fures, homicidas, maleficos, et qui cum animalibus se inquinant. Et si pœnitere noluerint, separentur ab ecclesia et a communione. *Idem vide in cap.* 12. *de Diac. et Archidiac. et cap.* 2. *de Pœnitent. et Remission.*

a Unde originem habet, quod in ecclesiis catedralibus singulis diebus Missa principalis pro benefactoribus recitetur.

b Pueros scilicet, qui in ecclesiæ schola educabantur: ita dicti ad exemplum filiorum Regis, sicuti ecclesia Basilica jam diu appellatur.

TIT. XX.

DE DIACONIS ET ARCHIDIACONIS AC CETERIS DIGNITATIBUS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 77.

De baptizatis a diacono *non confirmatis.*

Si quis diaconus regens plebem sine episcopo vel presbytero, aliquos baptizaverit, episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod si ante de sæculo [1] recesserit, sub fide qua quis crediderit, poterit esse salvus. *Idem vide in cap. 3. de Peculiar. episc. minist. cap. 5. de Baptis. et cap. 2. de Confirm.*

1 *Al.* recesserint.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 20.

Ut præter episcopum nullus chrisma conficiat, neque diaconus chrismare præsumat, sed nec presbyter nisi absente episcopo; chrisma vero a diaconis vel subdiaconis ad ecclesias deferatur.

Quamvis pene ubique custodiatur, ut absque episcopo chrisma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel provinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium nisi episcopum [2] chrisma facere, et per diœcesim destinare [a], ita ut de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem paschæ diaconi destinentur, aut subdiaconi, ut [3] confectum chrisma ab episcopo destinatum ad diem paschæ [4] possit occurrere. Episcopo sane certum est [5] omni tempore licere chrisma conficere; sine conscientia autem episcopi nihil [6] penitus faciendum. Statutum vero est, diaconum non chrismare, sed presbyterum absente episcopo, [7] præsente vero, si ab ipso fuerit præceptum. Hujusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus vel præsentibus vel absentibus episcopis suggerendam, ut eam episcopi custodiant, et presbyteri non relinquant. *Eumdem vide in cap. 4. de Pecul. episc. minist. et partem in cap. 2. de Presbyteris, et cap. 3. de Sacr. confirmat.*

2 *Al.* chrisma conficere.

3 *Al.* qui confectum, *vel* ut confestim.

4 *Al.* possint ad tempus deferre.

5 *Al.* quod omni tempore.

6 *Al.* penitus presbyteri agere præsumant.

7 *Al.* præsente vero, non nisi ab ipso.

a Distribuere.

CAP.

CAP. III.

Ex Concilio Barcinonensi anno 540. *canone* 4.

Ut diaconus in consessu presbyteri nullatenus sedeat.

CAP. IV.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *cap.* 7.

Tertia bonorum ecclesiæ pars ab archipresbytero ministratur.

Item placuit, ut de rebus ecclesiasticis tres æque fiant portiones, id est, episcopi una, alia clericorum, tertia in [1] recuperatione vel in luminariis ecclesiæ: [2] de qua parte sive archipresbyter, sive archidiaconus illam administrans, episcopo faciat rationem. *Idem vide in cap.* 2. *de Eccles. ædific. et cap.* 1. *de Bonis eccles.*

1
2 *Al* reparatione.
te *Al.* de quarta par-

CAP. V.

Ex eodem cap. 9.

Diaconi palam gestare debent orarium.

[3] Item placuit, ut quia in aliquantis hujus provinciæ [4] ecclesiis diacones absconsis infra tunicam utuntur orariis [a], ita ut nihil differre a subdiacono videantur, [5] de cetero superposito scapulæ, sicut decet, utantur orario.

3 *Al.* Item placuit, quia aliquanti.
4 *Al.* ecclesiæ.
5 *Al.* ut de cetero.

CAP. VI.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 40.

De eo quod non licet diaconum [6] *non jussum sedere.*

6 Al. *nisi jussum.*

* [7] Non licet diaconum ante presbyterum sedere, nisi cum jussione presbyteri.

* *ex Laodic. c.* 15. *dist.* 93. *can.* 20.
7 *Al.* Non liceat.

a Stolis.

CAP.

CAP. VII.

Ex eadem cap. 51.

1 *Al. De chrismate conficiendo.*

1 *De chrisma conficiendo* ab episcopo et ab ipso per diaconum, aut subdiaconum ad ecclesias deferendo.

* *Can. 124. de Cons. dist. 4. ex Toletan. I. can. 20.*
2 *Al.* ad accipiendum.
3 *Al.* destinetur.

• Omni tempore episcopis liceat chrisma conficere, et per suas diœceses destinare, ita ut 2 ad dirigendum a chrisma diaconus aut subdiaconus ante diem paschæ de singulis ecclesiis ad episcopum 3 destinentur. *Idem vide in cap. 7. de Peculiar. episcopi minist. et cap. 3. de Subdiacon.*

CAP. VIII.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *canone* 27.

De professione presbyterorum vel diaconorum episcopo facienda, quum in parochiis ordinantur.

* *Can. 3. dist. 3.*
4 *Al.* eos primum.
5 *Al.* professio obligaverit, vitæ sanctæ.

• Quando presbyteri vel diacones per parochias constituuntur, oportet 4 eos professionem facere, ut caste et pure vivant sub Dei timore, ut dum eos talis 5 professio religat, vitæ sanctæ disciplinam retineant. *Eumdem vide in cap. 10. de Presbyt. et Paroch.*

CAP. IX.

Ex eodem canone 39.

De discretione presbyterorum et diaconorum, ut in utroque choro consistant, ne diaconi se presbyteris antecellere præsumant.

* *Can. 20. dist. 93.*
6 *Al.* ut sese.
7 *Al.* sublimiores se.

• Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, 6 ut se presbyteris anteponant, atque in primo b choro ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo c choro constitutis. Ergo ut 7 sublimiores sibi presbyteros cognoscant, tam hi quam illi in utroque choro consistant.

a Distribuendum. b *Forte*: sublimiori. c Inferiori.

CAP.

CAP. X.

Ex eodem canone 40.

De uno orario a diaconibus utendo, nec ornato sed puro.

[1] Orariis duobus nec episcopo quidem licet, nec presbytero uti, quanto magis diacono qui minister eorum est. * Unum igitur orarium oportet levitam gestare in sinistro humero, propter quod orat [a], id est prædicat; dextram autem [2] partem oportet habere liberam, [3] ut expeditus ad ministerium sacerdotale discurrat [b]. [4] Caveat igitur amodo levita gemino uti orario, sed uno tantum, [5] et puro, nec ullis coloribus aut auro ornato.

1 *Al.* Si oraria duo nec episcopo induere quidem licet, nec presbytero, utique multo minus diacono, qui minister eorum, &c.
* *Can.* 3. *dist.* 25.

2 *Al. deest*: partem.
3 *Al.* ut expeditius.
4 *Al.* caveant ergo amodo levitæ.
5 *Al.* et puro, et auro ornato.

CAP. XI.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. canone 10.

Ut omnes episcopi infra hanc provinciam constituti archipresbyterum, diaconum, et primiclerum in sua ecclesia habeant.

Communi deliberatione sancimus, ut omnes nos episcopi infra nostram provinciam constituti, in cathedralibus nostris ecclesiis singuli nostrum archipresbyterum, archidiaconum, et primiclerum habere debeamus, sanctus quippe est ordo, et a nobis per omnia observandus. Ideoque placuit huic magnæ synodo, ut quicumque ad hoc officium pervenerit, humilitatem Pontifici suo et reverentiam præbeat, ne quolibet modo superbiæ fastum quilibet ex his incurrat, sed in ordine quo quisque fuerit constitutus, benigne persistat, et sui dignitatem officii per omnia teneat. Si quis ex his sui gradus ordinem non custodierit, et quæ illi pro tali officio a suo episcopo imperata fuerint, adimplere distulerit, prout caussa patuerit [c], excommunicationis damno multandum se noverit.

[a] Hujus vocis etymon ducendum potius ab eo, quod orarium ad oram vestimenti deferretur.

[b] Erat proculdubio nimis amplum, unde originem habet hodiernus mos orarium deferendi.

[c] Quantam constiterit fuisse transgressionem.

CAP. XII.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.*4.

Ut archidiaconi vocent ad pœnitentiam criminosos.

Quarto vero titulo statuimus, ut omnes archidiaconi et presbyteri, sicut sacri canones præcipiunt, vocent ad pœnitentiam adulteros, incestuosos, sanguine mistos, fures, homicidas, maleficos, et qui cum animalibus se inquinant. Et si pœnitere noluerint, separentur ab ecclesia et a communione. *Idem vide in cap. 15. de Presbyt. et paroch. et cap. 2. de Pœnitent. et remission.*

CAP. XIII.

Ex eodem cap. 5.

De ordinandis ab archidiacono ad episcopum conducendis.

Quinto autem titulo decrevimus, ut archidiaconi tales clericos constitutis quatuor temporibus ad ordines ducant, qui perfecte totum psalterium, hymnos, et cantica, epistolas, orationes, et evangelia sciant. *Idem vide in cap. 17. de Ordinat. gradibus, et quæ sequuntur, in cap. 9. de His quæ cleric. vetita sunt.*

TIT. XXI.

DE SUBDIACONIS.

CAP. I.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *cap.*10.

Subdiaconis sacra vasa contrectare licet, non inferioribus.

* *Can.* 31. *dist.* 23.
1 *Al.* nec aliis, nisi.

ITEM placuit, ut * non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, [1] nisi his qui ab episcopo subdiaconi [a] fuerint ordinati.

[a] Hic jam proprius ad altare accedere concessum videtur esse subdiaconis.

CAP.

CAP. II.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 41.

De eo quod non licet quemlibet [1] *ministeria tangere*, nisi subdiaconum aut acolythum, idque in secretario.

[1] Al. *sacra mysteria.*

* [2] Non liceat, quemlibet ministeria tangere, nisi subdiacono aut acolytho [3] in secretario [a] tangere vasa Dominica. *Idem vide in cap. 1. de Clericis inferior.*

* *Can. 32. dist. 23. ex Brach. I. uti supra cap. 1.*
[2] *Al.* Non liceat cuilibet.
[3] *Al.* in secretario vasa Dominica.

CAP. III.

Ex eadem cap. 51.

[4] *De Chrisma conficiendo* ab episcopo, et ab ipso per diaconum aut subdiaconum ad ecclesias deferendo.

[4] Al. *De Chrismate conficiendo.*

* Omni tempore episcopis liceat chrisma conficere, et per suas dioeceses destinare, ita ut [5] ad dirigendum chrisma diaconus. aut subdiaconus ante diem paschæ de singulis ecclesiis ad episcopum [6] destinentur. *Idem vide in cap. 7. de Pecul. episc. minist. et in cap. 7. de Diac.*

* *Can. 124. de Cons. dist. 4. ex Tolet. I. canon. 20.*
[5] *Al.* ad accipiendum.
[6] *Al.* destinetur.

CAP. IV.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. canone 13.

Ut clerici omnes senioribus suis subjaceant, et illis exeuntibus atque ingredientibus, vela sublevent.

Hoc regulariter secundum priorum statuta canonum definitum est, ut tam subdiaconus quam ostiarius, et reliqui servitium sanctæ ecclesiæ consuetum absque ulla desidia impleant, et senioribus vela ad ostia sublevent. Qui contemserit facere et adimplere, subdiaconos verbis corripiendos, et si non emendaverint, stipendio privandos, reliquos flagris coërcendos. *Eumdem vide in cap. 3. de Clericis inferior.*

[a] Locus custodiendis vasis et reliquiis deputatus; sed in originali Bracharensi hæc vox non habetur.

TIT. XXII.

DE CLERICIS INFERIORIBUS.

CAP. I.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 41.

De eo quod non licet quemlibet ministeria tangere, nisi subdiaconum aut acolythum, idque in secretario.

• *Can.* 32. *dist.* 23. *ex Conc. Brachar. I. cap.* 10.
1 *Al.* sacra mysteria.
2 *Al.* secretario vasa Dominica.

• NON liceat quemlibet [1] ministeria tangere, nisi subdiacono aut acolytho in [2] secretario tangere vasa Dominica. *Idem vide in cap. 2. de Subdiacon.*

CAP. II.

Ex eadem cap. 45.

Ut non ascendat in pulpitum nisi lector.

• *Can.* 5. *dist.* 92. *ex Laodic. c.* 15.

• Non liceat in pulpito [a] psallere aut legere, nisi qui ab episcopo lector est ordinatus.

CAP. III.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. *canone* 13.

Ut clerici omnes senioribus subjaceant, et illis exeuntibus atque ingredientibus, vela sublevent.

Hoc regulariter secundum priorum statuta canonum definitum est, ut tam subdiaconus, quam ostiarius, et reliqui servitium sanctae ecclesiae consuetum absque ulla desidia impleant, et senioribus vela [b] ad ostia sublevent. Qui contemserit facere et adimplere, subdiaconos verbis corripiendos, et si non emendaverint, stipendio privandos, reliquos flagris coërcendos. *Eumdem vide in cap. 4. de Subd.*

a Ambone, loco scilicet publico, unde lector psalmos et lectiones ad populum recitabat.
b Apud nos: *Cortina*, honoris specie.

LI-

LIBER II.

DE VITA, ET PRIVILEGIIS CLERICORUM.

TIT. I.

DE CLERICIS EDUCANDIS, ET DE REQUISITA IN EIS SCIENTIA.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano II. anno 527. *canone* 1.

De his quos parentes ab infantia [1] *clericatus officio manciparunt, ut in ipsa ecclesiæ domo literis imbuantur.* 1 Al. *in clericatus.*

• De his quos voluntas parentum a primis infantiæ annis • clericatus officio mancriparit, statuimus observandum, ut mox quum detonsi vel ministerio electorum [a] contraditi fuerint, in domo ecclesiæ sub episcopali præsentia a præposito [b] sibi debeant erudiri. *Integrum vide in cap. 5. de Cælibatu cleric. et cap. 6. de Ordinat. gradib.*

• *Con. 5. dist.* 28.

2 *Al.* in clericatus officio vel monachali posuit pariter statuimus.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 24.

De conversatione clericorum, ut in uno conclavi sint, ac in disciplinis ecclesiasticis, et moribus optimis instituantur.

• *Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum;* nihil enim incertius, quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in clero puberes aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii [c] commorentur, ut lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, 3 deputati probatissimo seniori, 4 quem magistrum doctrinæ et testem vitæ habeant. Quod si aliqui ex his pupilli existunt, a sacerdotali tutela foveantur, ut et vita eorum a criminibus intacta sit, et res ab

Proverb. 30. *v.* 19.
• *Can.* 1. *c.* 12. *q.* 1.

3 *Al.* deputato probatissimo seniore.
4 *Al.* quem et magistrum.

a Vel potius lectorum.
b Quasi diceret : A magistro scholæ. Videas hic seminariorum originem.
c Sub una reclusi janua.

ab injuria improborum. Qui autem his præceptis resultaverint [a], monasteriis deputentur, ut vagantes animi et superbi severiori regula distringantur.

CAP. III.

Ex eodem canone 26.

Quod parochianis presbyteris, quum ordinantur, officialis libellus debeat dari, et iidem presbyteri in litaniis sint de officio quærendi.

[* Can. 24. 38.] * Quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem [b] a sacerdote suo accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas [1] instructi succedant [c], ne per ignorantiam etiam [2] divinis sacramentis offendant; ita ut [3] quando ad litanias vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium [4] celebrant, vel baptizant. *Eumdem vide in cap. 9. de Presbyter. et Paroch.*

1 *Al.* instructi accedant.
2 *Al.* in ipsis divinis.
3 *Al.* quando vel ad.
4 *Al.* celebrent vel baptizent.

TIT. II.

DE CANONICA CLERICORUM VITA.

CAP. I.

Ex Concilio Oscensi anno 598. *canone* 1.

Episcopi semel in anno presbyteros et diaconos ad se venire jubeat, ut eis vivendi præscribat regulas.

In nomine Domini nostri Jesu Christi convenientes omnes in unum [d] Concilio Oscensi hoc synodus sancta fieri elegit, ut annuis vicibus unusquisque nostrum omnes abbates monasteriorum vel presbyteros, et diaconos suæ dioecesis ad locum, ubi episcopus elegerit, congregare præcipiat, et omnibus regulam demonstret ducendi vitas, cunctosque sub

a Restiterint.
b Ubi ritus et preces officiorum et sacramentorum ecclesiæ præscribebantur.
c Accedant.
d In concilio.

sub ecclesiasticis regulis adesse præmoneat, quousque etiam parsimoniæ et sobrietatis atque veridicæ castimoniæ honestorum virorum testimonio fama commendet. *Eumdem vide in cap. 5. de Regul. Monachor. vita, et in cap. 3. de Monach. Episcop. subiect.*

CAP. II.

In Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 1.

Perscribuntur canonicis vivendi regulæ.

Ut per illas sedes episcopales juxta [1] sacros canones canonici [2] agere studeant, [3] ita ut ipsi episcopi duos vel tres præpositos electos habeant cum sensu ceterorum clericorum, qui curam diœcesium degoniarum procurent, et necessaria monachorum adimpleant. Omni autem [4] tempore unam omnes horam intra ecclesiam simul celebrent; unum refectorium, unum dormitorium, et dum in propinquo [5] fuerint, quamvis canonici, cum episcopis habeant; ut ubique unum de his tribus numquam desit monachis. Et in his omnibus silentium observent, nec non et ad mensam lectiones sanctas semper audiant. Vestimenta episcoporum atque clericorum usque ad talos induantur. [6] Cilicium omnes canonici apud se habeant, et capellos nigros, ut quum opportunitas fuerit, [7] ne sit eis necessitas [8] inquirendi, sed omnibus diebus quadragesimæ, litaniarum, et quarta feria, et sexta, et quando pœnitentiam tenuerint, induantur. [9] Sacrificia ipsi episcopi et omnes presbyteri omni die [10] offerant Deo, præter languorem et debilitatem corporis, et qui non potuerit [11] per se offerre [12] propter istam fragilitatem, omnibus diebus audiat. Psalmos qui potuerit plus recitare, recitet; qui non plus, quinquaginta die omni persolvat, [13] cum omnibus Horis, Prima, Tertia, Sexta, Vespertinis, et Completoriis, [14] media nocte Nocturnis et Matutinis. [15] Super rebus ipsius ecclesiæ [16] canoniæ nullus laicus [17] diligentiam habeat. Disciplinam et nutritionem clericorum faciant, et super omnes ordines [18] archipresbyteri, et primicleri. Sub munere episcoporum duo vel tres dispensatores existant. [19] Ita etiam et ad omnes Missas dum dixerit diaconus: *Inter vos pacem tradite*, omnibus intra ecclesiam stantibus pacis osculum sibi [20] invicem tribuatur. [21] Et per omnes communiones majores, nativitatis Domini, pa-

1 *Al.* sanctos canones canonica.
2 *Al.* erigi studeant.
3 *Al.* ita ut ab ipsis episcopis elecri sint cum consensu ceterorum clericorum, quibus cura diœcesum delegare procurent, et ex illis monasteria monachorum adimplere.
4 *Al.* tempore omnes orent intra ecclesiam, simul celebrent.
5 *Al.* fuerint, omnibus canonicis cum episcopis habeant, ut absque uno.
6 *Al.* Cilicia.
7 *Al.* non sit.
8 *Al.* inquirendi, videlicet omnibus diebus Decembris mensis, litaniarum, et quarta et sexta feriis, et quando pœnitentiam tentaverint induant.
9 *Al.* Sacrificium.
10 *Al.* offerant Domino.
11 *Al.* pro se.
12 *Al.* per dictam fragilitatem.
13 *Al.* et omnibus Horis.
14 *Al.* medium noctis Matutinis omni die persolvat.
15 *Al.* Et super rebus.
16 *Al.* canonicæ.
17 *Al.* delegationem habeat.
18 *Al.* archipresbyteros et primiclericos, sub manibus episcoporum prædictis duobus vel tribus dispensatores existant.
19 *Al.* Ita equum est, ut omnibus intra galeriam stantibus.
20 *Al.* invicem tribuere.
21 *Al.* Et in omnibus communionibus majoribus nativitatis, &c.

paschæ et pentecostes, quisquis de quo habuerit munera offerat [a].

TIT. III.

DE RESIDENTIA CLERICORUM.

CAP. I.

Ex Concilio Cæsaraugustano anno 380. *canone* 6.

1 Al. *Ut clericus, qui propter luxum monachus voluerit esse, excommunicetur.*

1 *Ut clericus, qui propter licentiam monachus vult esse aut videri, excommunicetur.*

2 *Al.* Item legit: Si quis clericus propter luxum vanitatisque præsumtum de officio suo sponte discesserit, ac velut observatorem legis monachum videri se maluerit esse quam clericum, ita de ecclesia repellendus erit, ut nisi rogando atque obsecrando, &c.

2 Item legit: Si quis de clericis propter luxum vanitatemque præsumtam de officio [b] sponte decesserit, ac velut observatorem legis monachum videri voluerit esse magis quam clericum, ita de ecclesia repellendum, ut nisi rogando atque observando plurimis temporibus satisfecerit, non recipiatur. Ab universis episcopis dictum est: Ita fiat.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 5.

3 Al. *Ut si cujuslibet ordinis clericus tardius ad ecclesiam venerit, deponatur.*

3 *Ut cujuslibet ordinis clericus, si ad ecclesiam non venerit, deponatur.*

Presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet ec-

[a] En totius capitis paraphrasim: Ut in omnibus sedibus episcopalibus, secundum sacros canones, canonica vita instituatur, et duo vel tres ex canonicis eligantur, quorum curæ sit, de decaniis seu parochiis præcipuis, et monasteriis providere. Omnes simul in ecclesia publice orent, simul edant, et in uno cubent *Dormitorio*; et nisi dissiti fuerint, una cum episcopo habitent, ita ut episcopus numquam adsit sine alterius saltem canonici vel monachi consortio. Et in his omnibus silentium observetur, et ad mensam lectio Scripturæ Sacræ habeatur. Vestimenta tum episcoporum, tum clericorum usque ad talos decidant. Canonici omnes cilicium habeant, et capellos nigros, quibus induantur in quadragesima, et diebus litaniarum, quarta et sexta feria, et pœnitentiæ tempore. Singulis diebus omnes rem divinam conficiant aut ipsi saltem dum conficiatur intersit, qui corporis langore impeditus sit. Singulis diebus quinquaginta saltem psalmi recitentur, et Prima, Tertia, Sexta, Vespere, et Completorium, et in medio noctis Matutinum cum nocturnis. In ecclesiæ rebus nullus laicorum potestatem habeat. Canonici curent de clericorum institutione. Clericis omnibus præsint archipresbyteri et primicerii. Episcopus habeat duos aut tres domus administratores. Dum in ecclesia intra missarum sollemnia diaconus dixerit: *Inter vos pacem habete*, omnes sibi invicem pacis osculum tribuant. Et in omnibus majoribus festivitatibus unusquisque, in quantum ejus facultates patiantur, ecclesiæ offerat.

[b] Ministerio clericali.

ecclesiæ deputatus clericus, si intra civitatem fuerit vel in loco in quo ecclesia est, [1] aut castello aut vico aut villa, et ad. ecclesiam ad officium quotidianum non accesserit, clericus non habeatur, si castigatus, per satisfactionem [a] veniam ab episcopo [2] noluerit promereri.

1 *Al.* aut castella, aut vici sunt, aut villæ, si ad ecclesiam aut ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur.

2 *Al.* noluit promereri.

CAP. III.

Ex eodem canone 12.

Ut nullus [3] clericus de episcopo suo recedat, et ad alium se transferat.

Item ut liberum [4] ulli clerico non sit, discedere de episcopo suo, et alteri episcopo communicare, nisi forte ei quem episcopus alius libenter habeat de hæreticorum schismate discedentem, et ad Fidem catholicam revertentem. Si qui autem de catholicis discesserint, et in communione eorum vel palam vel [5] occulte, qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam jam notati, fuerint inventi, habeant illorum ad quos ire [6] voluerunt, etiam in damnationem consortium.

3 Al. *clericus ab episcopo recedat.*

4 *Al.* nulli clerico sit.

5 *Al.* occulte cum eis, qui vel.

6 *Al.* voluerint, etiam in damnatione.

CAP. IV.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. can. 7.

Ut diœcesani clerici septimanas teneant, et die Sabbato omnes in unum conveniant.

De diœcesanis ecclesiis vel clero id placuit definiri, ut presbyteri vel diaconi, qui inibi constituti sunt, cum clericis septimanas observent; id est, ut presbyter unam faciat hebdomadam, qua expleta, succedat ei diaconus similiter, ea scilicet conditione servata, ut omnis clerus [7] die Sabbato ad vesperam sit paratus, quo facilius die Dominico sollemnitas cum omnium præsentia celebretur, ita tamen ut omnibus diebus Vesperas et Matutinas celebrent; quia desistente clero, quod est pessimum, comperimus, in basilicis nec luminaria ministrari [b]. Si qui sane negligentiæ vi-

7 *Al.* die Sabbati.

P

a Emendationem

b *Hæc videtur esse canonis sententia*: Quotidianum munus Vesperas et Matutinum decantandi, inter presbyteros et diaconos per hebdomadas dividatur. Omnis tamen civitatis clerus Dominici diei officiis intersit.

vitio hæc implere noluerint, noverint, se secundum statuta canonum pro modo personarum canonicæ disciplinæ [1] subdendos. *Eumdem vide in cap. 1. de Missæ et Officii, &c.*

1 *Al.* subeundos.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano II. anno 527. canone 2.

De Clerico qui ad aliam ecclesiam transiit, et qui eum [2] *susceperit*, ut hic a Fratrum communione privetur.

2 Al. *receperit.*

Similiter placuit custodire, [3] ne qui de his qui tali educatione [a] [4] imbuuntur, qualibet occasione cogente, propriam [5] relinquentes ecclesiam, ad aliam transire [6] præsumant. Episcopus vero, qui eos suscipere absque conscientia proprii sacerdotis fortasse præsumserit, totius Fraternitatis [b] reum esse, se noverit. Quia durum est, ut eum quem alius rurali [7] sensu ac squalore infantiæ exuit, alius suscipere [8] aut vendicare præsumat.

3 *Al.* ne quis ex eis.
4 *Al.* imbuitur.
5 *Al.* relinquens.
6 *Al.* præsumat. Episcopus vero qui eum.
7 *Al.* sensu a squalore.
8 *Al.* ac vendicare.

CAP. VI.

Ex Concilio Valentino anno 546. canone 5.

De vagis et inobedientibus clericis, ut communione et honore priventur, quousque in vitio perseveraverint.

* Hoc etiam placuit, ut vagus atque instabilis clericus sive etiam in diaconi ministerio vel presbyteri officio constitutus, si episcopi a quo ordinatus est, præceptis non obedierit, ut in delegata sibi ecclesia officium dependat assiduum, quousque in vitio permanserit, [9] a communione et honore privetur.

* *Syn.Wormat.can.19.*
9 *Al.* et communione.

CAP. VII.

Ex eodem can. 6.

Ut clericum alienum nullus ordinet, nec sit clericus qui non [10] *spoponderit, locum ubi sit delegatus*, non deserturum.

10 Al. *spondeat.*

Ut nullus alienum clericum, secundum decreta cano-

a Vide sis cap. 1. *de Cleric. educand.*
b Totius episcoporum provinciæ communione privandum.

nonum [a], sine consensu episcopi sui audeat ordinare. [1] Sed nec illum sanctorum sacerdotum quispiam ordinet, qui localem [b] se futurum primitus non spoponderit, [2] ut per hoc nullus a regula vel disciplina ecclesiastica deviare permittatur impune. *Partem vide in cap. 1. de Propr. ordinat. episc.*

1 *Al.* Sed nec ullum.

2 *Al.* ut per hæc.

CAP. VIII.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 5.

De eo qui per ambitionem de inferiori civitate ad majorem [3] *transire vult*, ut ad propriam redire cogatur ecclesiam.

3 Al. *transire voluerit.*

* [4] Si quis in parte alicujus fuerit ambitiosior inventus, sive episcopus sive presbyter sive diaconus, de inferiori civitate non transeat ad majorem. Quod si quis contra hæc magni concilii constituta importunus extiterit, [5] omnimodis evacuetur hujusmodi factum, et suæ iterum restauretur ecclesiæ, [6] cujus episcopus aut presbyter aut diaconus [7] fuerit constitutus. *Idem vide in cap. 4. de Translat. episcop.*

* *Ex Nicæn. can.* 15.

4 *Al.* Si quis particeps alicujus fuerit ambitionis inventus.

5 *Al.* omnino evacuetur.

6 *Al.* cui episcopus.

7 *Al.* fuerat constitutus.

CAP. IX.

Ex eadem cap. 33.

De non recipiendis clericis alienis, et excommunicandis, si reverti noluerint ad propriam ecclesiam.

* Si quis in contemtu positus [c] presbyter [8] vel diaconus vel quicumque ex clero recesserit [9] ab ecclesia, nullo modo in alia suscipiatur ecclesia, sed omnimodo compellatur ut ad suam revertatur ecclesiam. Si autem permanserit in superbia, et reverti noluerit, excommunicetur et projiciatur. *Quæ sequuntur, in cap. 4. de Propr. ord. episc.*

* *Ex Nicæn. can.* 16.

8 *Al.* aut diaconus.

9 *Al.* ab ecclesia sua.

a Sardicens. *can.* 19. relat. a Grat. *c.* 1. *dist.* 71.

b Stabilem.

c Qui sibi in animum induxit suum contemnere episcopum.

CAP. X.

Ex eadem cap. 34.

De clericis desertoribus, ut ad propriam sub depositionis pœna redeant ecclesiam.

* Ex Antiochen. can. 3.

* Si quis presbyter aut diaconus aut aliquis de clero propriam ecclesiam derelinquens, ad alteram ecclesiam vadit, et ibi multo tempore demoratur, omnino numquam ministret in clero. Et si admonuerit eum episcopus suus, ut ad suam redeat parochiam, et redire noluerit, ubi est, ibi de officio suo deponatur, ita ut numquam in [1] suo revertatur gradu propter dissolutionis peccatum. Si autem episcopus alter [2] illum susceperit qui de reatu ejus est conscius, oportet, ipsum episcopum sine increpatione in communi concilio non admitti, ut ecclesiasticum canonem ultra non solvat.

1 *Al.* suum revertatur gradum.

2 *Al.* eum receperit.

CAP. XI.

Ex eadem cap. 63.

De clericis qui ad Matutinum et Vespertinum [3] *officium non conveniunt*, ut deponantur si resipisci noluerint.

3 Al. deest: *officium*.

* Si quis presbyter [4] vel diaconus vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus, si intra civitatem fuerit aut in quolibet loco in quo ecclesia est, et ad quotidianum psallendi sacrificium Matutinis vel Vespertinis Horis ad ecclesiam [5] non convenit, deponatur a clero si tamen castigatus veniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

* Can. 9. dist. 92. ex Tolet. I. can. 5.

4 *Al.* aut diaconus.

5 *Al.* convenerit.

CAP. XII.

Ex eadem cap. 64

De eo quod non liceat clerico Dominico de ecclesia absentari.

* Non liceat quemlibet [6] clericum die Dominico ab ecclesia absentem esse, sed Missarum [7] sollemnibus interesse.

* Ex Agath. c. 64.

6 *Al.* clericis die Domino ab ecclesia.

7 *Al.* sollemniis interesse et jejunio.

CAP.

CAP. XIII.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. *can.* 10.

Ut clericus episcopo non obediens, stipendio careat, et communione privetur.

Hoc maxime definitum est, ut nullus audeat clericorum ordinationem sui episcopi contemnere, sed ubi ordinatus fuerit ambulare debeat cum gratia et obedientia, et quæ injuncta fuerint, agere. Quod si sub cothurno [a] superbiæ neglexerit implere, non solum a stipendio sed uno anno a communione privetur.

CAP. XIV.

Ex eodem canone 12.

Ut nullus clericus dum Missa celebratur, de Altario ante finem egredi audeat.

Hæc maxime pro Dei timore et modo disciplinæ canonicæ elegimus custodienda vel tenenda, ut dum Missa celebratur, nullus presbyter aut diaconus, absque aliqua infirmitate, dum Missa perficitur, egredi de Altario audeat. Nec diaconus aut subdiaconus certe vel lector, antequam Missa consumetur, Alba se præsumat exuere. Quod si quisquam non impleverit constitutum, presbyteri increpentur ut redeant, diaconos et execrandos et stipendio privandos, reliquos districtione strictissima condemnandos [b].

CAP. XV.

Ex Concilio Hispalensi II. anno 619. *can.*3.

De desertoribus clericis, ut sub excommunicationis pœna *episcopis suis restituantur* ab his qui eos susceperint; et ut ipsi desertores clerici depositi in monasterium detrudantur.

Tertia definitione ad nos oblata precatio est a Reveren-

[a] Elatione superbiæ. [b] Severissime puniendos.

1 *Al.* Cambra.
2 *Al.* Passando.
3 *Al.* qui de ecclesiæ suæ cultu, in qua.
4 *Al.* contulit; unum satuimus, ut remoto eo, sine dilationis objectu proprio reformetur.

rendissimo fratre nostro [1] Cambrane Italicensi [a] episcopo, pro quodam clerico [2] Ispassando [3] qui deserens ecclesiæ cultum suæ, in qua dicatus ab exordiis infantiæ fuerat, ad ecclesiam Cordubensem se [4] contulit. Quem elegimus [b], ut si nihil proponeretur de eo citra dilationis objecta, proprio reformaretur episcopo; scribitur enim in lege mundiali [c] de colonis agrorum, ut ubi esse jam quisque cœpit, ibi perduret. Non aliter et de clericis qui in agro ecclesiæ operantur, canonum decreto præcipitur, nisi ut ibi permaneant [5] ubi cœperunt. Ideoque placuit, ut si quis clericus [6] ministeriis ecclesiæ propriæ destitutis [d], ad aliam transitum fecerit, compellente [7] ad quem fuerit sacerdote, ad ecclesiam quam prius incoluerat, remittatur. Qui vero eum susceperit, nec statim sine ullo nixu exceptionis ad propriam ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat, communione se privatum agnoscat. Desertorem autem clericum cingulo [e] honoris atque [8] ordinis sui exutum, aliquo tempore monasterio deligari convenit, sicque postea in ministerio ecclesiastici ordinis revocari. Nam non poterit in talibus [9] pervagationibus aboleri licentia, nisi fuerit in eis propter correctionem disciplinæ subsecuta censura.

5 *Al.* ubi esse cœperunt.
6 *Al.* in ministeriis... destitutus.
7 *Al.* ad quem fugerit.
8 *Al.* ordinationis suæ.
9 *Al.* pervagationis.

CAP. XVI.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. *can.* 11.

Ne quis alienum clericum vel monachum suscipiat fugientem sub pœna unius anni pœnitentiæ, si presbyter aut diaconus fuerit, et sub pœna a lege Gothica statuta, si laicus.

Multæ super hoc capitulum Patrum præcedentium sententiæ manaverunt, quod multiplici prohibitione sanctum est, ut alterius clericum nemo solicitare, nemo fugientem recipere, nemo etiam aut obcelare aut ordinare auderet. Sed quia abundante iniquitate et refrigescente caritate, non honestas attenditur nec cupiditas inhibetur, agendum est, ut quos impunis admonitio non emendat, evidens sententia damnationis coerceat. Placuit ergo ut nullus alienum pre-

a Italica civitas non longe ab Hispali, in loco qui nunc *Tulca* dicitur.
b *Hoc est*: De quo decrevimus, ut proprio restituatur episcopo, si nihil aliud contra eum proponatur, quam procrastinatio in redeundo.
c Lib. 5. t. 9. *Cod. Theod.*
d Relictis.
e Dignitate, voce a cingulo militari sumta.

presbyterum, abbatem, ministrum, subdiaconum, vel quemlibet clericum, seu etiam monachum fugientem vagumque suscipiat, non ad fugam suadeat, non fugæ latibulum præbeat, non apud se habito vel retento humanitatem impendat, non occasiones quibus quasi se nesciente alibi lateat, turpi oppositione confingat, nam horum omnium casibus non solum turpatur honestas, sed frequenti dolorum acerbitate confoditur Fraternitas. Etenim si dicat quis simplici animo alterius clericum suscepisse, nec nosse eum fugitivum existere, tunc evidens innocentiæ suæ puritas approbanda est, quando eum quem suscepit et infra octo dies juxta legum [a] sanctionem judici præsentaverit, et infra tempus legibus constitutum illuc fugitivum reduxerit, unde per fugam vagabundus exivit.

Quicumque ergo ex pontificibus seu sacerdotibus vel ministris, ceterisque religiosis hujus institutionis nostræ violaverit sanctionem, si hujusmodi susceptor episcopus est, et eum quem suscepit cum his quæ habere potuit, et ei a quo evagatus est, sine dilatione restituet; et insuper, ut vere sacrilegus et transgressor institutionis Paternæ tanto tempore excommunicatum et remotum se a suis officiis noverit esse, quanto eum qui fugit sub sua potestate contigerit remorasse. Si autem hujus constitutionis nostræ prævaricator presbyter diaconus vel quilibet ex religiosis videatur haberi, reddito eo cum rebus sibi debitis, quem suscepit, ipse solus apud eum anno integro sub pœnitentiæ censura deputatus tenebitur, cujus fugitivum suscepisse monstratur. Quicumque tamen talibus humanitatem impendunt, eadem et simili censura legum exquirendos et obstringendos se noverint, qua susceptores fugitivorum legum sanctione præmonentur adstringi. Illi autem qui prædecessorum suorum id actum esse temeritate contendunt, tunc immunes ab hujus ultionis sententia habebuntur, si a tempore ordinationis suæ infra duorum mensium spatium ejus qui apud se est, et latebram publicaverint et personam domino fugitivi reduxerint. His sane qui de confinitimis episcopis ceterisque ecclesiarum rectoribus ad Metropolitanum suum pro caussarum suarum necessitate confugiunt, sicut licentia talibus perfugii datur, ita hi qui eos susceperint, damnari utpote receptores fugitivorum non poterunt; præsertim si et publice illos apud se habeant, et eos

a Leg. 3. et 21. tit. 1. lib. 9. *Fori Judic.*

eos cum quibus actiones habuerint, ad reposcentis vocem conventuros admoneant. *Eumdem vide in cap. 13. de Monachis et Virginib. propos. non servant. et partem in cap. 43. de Metropol.*

TIT. IV.

DE IMMUNITATE CLERICORUM.

CAP. I.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 35.

De importunis clericis ut in concilio damnati ad saecularem judicem non appellent.

* *Can. 5. c. 21. q. 5. ex Antioch. can. 12.*
[1] *Al.* ad majorem.
[2] *Al.* ut eorum.
[3] *Al.* illis exponat.
[4] *Al.* contemserit, et importans, *vel* importunus palatio.

* Si quis episcopus presbyter aut diaconus excommunicatus in concilio injuste se queritur condemnatum [1], ad majus episcoporum concilium revertatur; [2] et eorum inquisitionem et judicium expectans, si quas se justas caussas habere putat, [3] exponat. Si autem [4] contemserit, importans [a] se palatio aures Principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire, neque spem futurae reconciliationis habebit. *Idem vide in cap. 2. de Appellationibus.*

CAP. II.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *canone* 13.

[5] *Quod non liceat duos clericos in foro caussare.*

[5] Al. *Ut clerici, qui saeculares judices appetunt, excommunicentur.*
* *Can. 42. c. 11. q. 1. tributus a Grat. Conc. Milevit.*
[6] *Al.* Inolita praesumtio usque adeo illicitis ausibus.
[7] *Al.* suos, relicto Pontifice suo.
[8] *Al.* ut hoc de cetero non praesumatur.

Diuturna indisciplinatio, et licentiae [6] * inolita praesumtio usque eo in illicitis ausibus aditum patefecit, ut clerici conclericos, [7] suo neglecto pontifice, ad judicia publica [b] pertrahant. Proinde statuimus, [8] hoc de cetero non praesumi, sed si quis hoc facere praesumserit, et caussam perdat, et a communione efficiatur extraneus.

[a] Importunus Imperatorem adierit.
[b] Saecularia.

CAP. III.

Ex eodem canone 21.

[1] *Quod servi ecclesiæ sive clericorum non debeant a judicibus vel actoribus in aliqua angaria fatigari.*

[*] Quoniam [2] cognovimus, per multas civitates [3] ecclesiarum servos et episcoporum vel omnium clericorum a judicibus vel actoribus [a] publicis [4] diversis angariis fatigari, omne concilium a pietate domini nostri poposcit, ut tales deinceps ausus inhibeat; sed servi suprascriptorum officiorum in eorum usibus vel ecclesiæ laborent. Si quis vero judicum aut actorum clericum aut servum clerici vel ecclesiæ in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, a communione ecclesiastica (cui impedimentum facit) efficiatur extraneus.

1 Al. *Ut non liceat judicibus clericos vel servos ecclesiæ in suis angariis occupari.*

* *Can.* 69. *c.* 12. *d.* 2.

2 *Al.* cognovimus, in multis civitatibus.

3 *Al. incipit*: Ecclesiarum servos.

4 *Al.* in diversis angariis fatigari dolemus, propter quod omne concilium a pietate glorisissimi domini.... supradictorum officiorum.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *canone* 47.

De absolutione a laboribus vel indictionibus clericorum ingenuorum.

Præcipiente domino atque excellentissimo Sisenando Rege, id constituit sanctum concilium, ut omnes ingenui clerici pro officio Religionis, ab omni publica indictione atque labore habeantur immunes, ut liberi Deo serviant nullaque præpediti necessitate ab ecclesiasticis officiis retrahantur.

CAP. V.

Ex Synodo Compostellana anno 1114. *cap.* 24.

De clericis, ut immunes sint a tributis, et ab injuriis liberi.

Clerici fossatariam [b] non dent. Abbates et clericos venientes ad synodum vel votum [c] vel Tertias [d] afferentes pignorari [e] vetamus.

a Regii Patrimonii procuratoribus. *b* Tributum mortis caussa exigi solitum. *c* Peregrinationis videlicet ad S. Jacobi adimplendum. *d* Antiqua episcoporum jura, ita tunc appellata, quod essent tertia oblationum pars. *e* Pignori capi.

CAP. VI.

Ex Concilio Palentino anno 1115. *cap.*12.

Clericos, monachos, viatores, mercatores, peregrinos sola limina petentes, et mulieres si quis invaserit, monasterio vel exilio deputetur. *Idem vide in cap. 12. de Furto.*

CAP. VII.

Ex eodem cap. 13.

Portaticum [a] nemo suscipiat, nisi in illis locis in quibus accipi solebat temporibus Regis domini Adephonsi, et eodem modo boves nemo rapiat, vel pignoret, vel furetur, sed stent in pace in toto nostro Regno.

CAP. VIII.

Ex eodem cap. 15.

Ecclesiasticis nemo expeditionem seu armorum gestationem vel aliquid quod contra canones sit, exigere præsumat.

TIT. V.

DE CŒLIBATU CLERICORUM.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *can.* 33.

De episcopis et ministris ut ab uxoribus abstineant; sin autem, deponantur.

* *Syn.Wormat. can.* 9.
1 *Al.* et diaconibus vel omnibus clericis.
2 *Al.* episcopis, et diaconibus positis.

* Placuit in totum prohibere episcopis presbyteris [1] diaconibus, ac subdiaconibus, et omnibus clericis [2] [b] positis in ministerio, abstinere se a conjugibus suis et non generare

[a] Tributum quod solebat ab civitatem ingredientibus, ob inductionem forte alicujus deportatæ rei exigi; de Clericis scilicet non exigendum.

[b] Confer hunc canonem cum 18. ejusdem concilii, ut in cap. 1. *de Cleric. castit.* et inde colliges, verba hæc *subdiaconibus et omnibus clericis* perperam adjecta fuisse a Collectoribus.

re filios. Quod [1] quicumque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

1 *Al.* quicumque vero fecerit.

CAP. II.

Ex epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 7.

[2] *De sacerdotum vel levitarum incontinentia.*

2 Al. *De clericis vel ministris incontinentibus.*

Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerandæ Religionis injuriam ita per vestras provincias calcatos atque confusos, Caritate tua insinuante, reperimus, ut Jeremiæ nobis dicendum sit voce: *Quis dabit capiti meo aquam*, [3] *et oculis meis fontem lacrimarum, et flebo* [4] *populum hunc die et nocte?* Si ergo beatus Propheta ad lugenda populi peccata non sibi, ait, lacrimas posse sufficere, quanto nos possumus dolore percelli, quum eorum qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare? Præcipue quibus secundum beatum Paulum: *Instantia quotidiana et solicitudo omnium ecclesiarum indesinenter incumbit? Quis enim infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror?* * Plurimos enim sacerdotes Christi atque levitas post longa consecrationis suæ tempora tam de conjugibus propriis quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, et crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est, sectator libidinum præceptorque vitiorum, si æstimat, quod in lege Moysis passim sacris ordinibus [5] a Domino laxata sunt fræna luxuriæ, cur eos quibus committebantur Sancta Sanctorum præmonet, dicens: *Sancti estote, quia et ego Sanctus sum Dominus Deus vester?* Cur etiam procul a suis domibus anno vicis suæ in templo habitare jussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione ne vel cum uxoribus [6] possent carnale exercere commercium, ut conscientiæ integritate fulgentes acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam expleto deservitionis suæ tempore, [7] uxorius usus solius successionis caussa fuerat relaxatus, quia non ex alia nisi ex Tribu Levi quisquam ad Dei ministerium fuerat [8] præceptus admitti: unde et Dominus Jesus, quum nos suo illustrasset adventu, in Evangelio protestatur, [9] *quia venerit implere, non solvere.* Et ideo ecclesiam, cujus *sponsus est speciosus forma*, casti-

Jerem. 9. v. 1.
3 Al. *aut oculis.*
4 Al. *populum meum.*
1. *Corinth.* 2. v. 28.
* Dist. 82. can. 3. *Plurimos.*
5 *Al.* a Deo nostro laxata.
Levit. 20. v. 7. *et* 1. *Petr.* 1. v. 16.
6 *Al.* possint.
7 *Al.* uxoris usus.
8 *Al.* præceptus accedere.
9 Al. *quia legem venerit.*
Matth. 5. v. 17.
Psalm. 44. v. 2.

 ta-

tatis voluit splendore radiare, ut in die judicii, quum rursus advenerit, sine macula et ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, reperire. Quarum sanctionum sacerdotes omnes atque levitæ insolubili lege constringimur, ut a die ordinationis nostræ sobrietati ac pudicitiæ et corda nostra mancipemus et corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie offerimus, sacrificiis placeamus: *Qui autem in carne sunt* (dicente electionis Vase) *Deo placere non possunt; vos autem jam non estis in carne sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Et ubi poterit nisi in corporibus (sicut legimus) sancti Dei spiritus habitare? * Et quia aliquanti de quibus loquimur, ut tua Sanctitas retulit, [1] ignoratione lapsos esse se deflent, his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento in hoc quo [2] detecti sunt, quamdiu vixerint, officio perseverent, si tamen [3] post hæc continentes se studuerint exhibere. Hi vero qui illiciti privilegii excusatione nituntur, [4] ut sibi asserant veteri hoc lege concessum, noverint, se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, apostolicæ sedis auctoritate dejectos, nec umquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi dum obscœnis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præsentia cavere nos præmonent in futurum, si quilibet episcopus presbyter atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inventus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum; quia ferro necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

Rom. 8. *v.* 8.

* Dist. 82. can. 4. *Quia aliquanti.*

1 *Al.* ignoranter lapsos, *vel* ignorantia.

2 *Al.* dejecti, *vel* decreti sunt.

3 *Al.* posthac, *vel* post hoc.

4 *Al.* et sibi asserunt.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 1.

De presbyteris et diaconibus, si post ordinationem filios genuerint, ut ad superiorem gradum non promoveantur.

Placuit ut diacones, si vel integri vel casti sint et continentis vitæ, etiam si uxores habeant, in ministerio constituantur, ita tamen, ut si qui etiam ante interdictum, quod [5] per Lusitanos [a] episcopos constitutum est, inconti-nen-

5 *Al.* per priores ante nos episcopos.

a In aliquo forte concilio Emeritensi, quod Idatius Metropolita convocavit adversus Priscillianistas. Id innuere videtur Idatius *in Chron.* ad an. 2. Theodos.

nenter cum uxoribus [1] suis [2] vixerunt, presbyterii honore non cumulentur. Si quis vero ex presbyteris ante interdictum [3] filios susceperit, [4] de presbyterio ad episcopatum non permittatur.

1 *Al. deest:* suis, *et* vixerunt.
2 *Al.* vixerint.
3 *Al.* filios sitos.
4 *Al.* de presbytero ad episcopum non admittatur.

CAP. IV.

Ex Concilio Gerundensi anno 517. *canone* 6.

Ut conjugati ab episcopo usque ad subdiaconum ab uxorum se societate divellant; si vero noluerint, *non sine testimonio vivant.*

[5] De conversione vitæ id statuere placuit, a Pontifice usque ad [6] subdiaconum [a], post suscepti honoris officium, [7] si qui ex conjunctis fuerint ordinati, ut sine conjuge habitent; quod si habitare noluerint, alterius fratris utantur auxilio, cujus testimonio vita ejus debeat clarior apparere.

5 *Al.* De conversatione.
6 *Al.* subdiaconatum.
7 *Al.* si quis ex conjugatis fuerit ordinatus, ut semper alterius fratris utatur &c.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano II. anno 527. *canone* 1.

De his quos parentes ab infantia [8] *clericatus officio manciparunt, si postea voluntatem habeant nubendi* et matrimonio copulentur, ut ad subdiaconatum, nisi conversione promissa, non promoveantur.

8 Al. *in clericatus.*

[•] De his quos voluntas parentum a primis infantiæ annis [9] clericatus officio manciparit, statuimus observandum, ut mox quum detonsi vel ministerio Electorum contraditi fuerint, in domo ecclesiæ sub episcopali præsentia a præposito sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo conjugio ab episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis, Deo inspirante, [10] placuit, et professionem castimoniæ suæ absque conjugali [11] necessitate se spoponderint servaturos, hi tamquam appetitores arctissimæ viæ [12] lenissimo Domini jugo subdantur, [13] ac primum subdiaconatus ministerium [14] habitu probationis suæ a vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffense [15] vicesimum et quintum annum ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium, [16] si scienter implere posse

• *Can.* 5. *dist.* 28.
9 *Al.* in clericatus officio vel monachali posuit, pariter statuimus.
10 *Al.* placuerit, et professionem.
11 *Al.* necessitate responderint.
12 *Al.* levissimo Domini.
13 *Al.* ac primo.
14 *Al.* professione habita probationis.
15 *Al.* viginti quinque annos.
16 *Al.* si scientes.

a Lex continentiæ primo certo imposita subdiaconis in Hispania.

1 *Al.* comprobentur.
2 *Al. post immemores deest*: aut.
3 *Al.* abortivos.
4 *Al. deest*: damnentur et.

se ab episcopo [1] comprobantur, promoveri debent. Cavendum tamen est his, nequando suæ sponsionis immemores [2] aut ad terrenas nuptias, aut [3] furtivos concubitus ultra recurrant. Quod si forte fecerint, ut sacrilegii rei [4] damnentur et ab ecclesia habeantur extranei. His autem, quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab [5] Apostolis sententiam auferre non possumus; ita ut quum [6] perfectæ ætatis in conjugio positi, renuntiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, [7] ad sacratos [a] [8] gradus aspirent. *Eumdem vide in cap. 6. de Ordinat. gradibus, et ordinand. et partem in cap. 1. de Clericis educand.*

1. *Corinth.* 7. *v.* 2.
5 *Al.* Apostolo licentiam.
6 *Al.* provectæ.
7 *Al.* ad sacros.
8 *Al.* ad ordines aspirent.

CAP. VI.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 39.

9 Al. *ad diaconum.*

De his qui [9] *ad diaconatum eliguntur*, ut nisi promiserint servare castitatem, non ordinentur.

* *Can.* 1. *dist.* 27. *ex Ancyr. can.* 9. *mutata sententia.*
10 *Al.* Diaconus, qui eligitur, *et præcedentia desunt.*

* Si quis ad ministerium [10] diaconatus eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio, et dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit et ordinatus fuerit, et postea matrimonium desideraverit, alienus sit a ministerio, et vacet a clero.

CAP. VII.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *can.* 5.

11 Al. *Ut sacerdotes et levitæ cum uxoribus suis non vivant.*

[11] *Ut episcopis presbyteris diaconibus ex hæresi venientibus jam non liceat misceri uxoribus.*

Compertum est a sancto concilio, episcopos presbyteros et diaconos [b] venientes ex hæresi, carnali adhuc desiderio uxoribus copulari. Ne ergo de cetero fiat, hoc præcipitur quod et prioribus [c] [12] canonibus terminatur [d], ut non liceat eis vivere libidinosa societate; sed manente inter eos [13] fide conjugali, communem [14] utilitatem [e] habeant, et non sub uno conclavi maneant; [15] et certe si suffragatur virtus [f], [16] in aliam domum suam uxorem faciat habitare, ut castitas et apud

12 *Al.* canonibus continetur.
13 *Al.* lege conjugali.
14 *Al.* utilitatem non habent, et non sub uno.
15 *Al.* vel certe si suffragatur.
16 *Al.* in alia domo.

a Scilicet *subdiaconatum*, qui sacer gradus appellatur.
b Ex quadam indulgentia hic non memorantur subdiaconi.
c Vide supra cap. 3. *d* Determinatur. *e* Commune sit amborum peculium.
f Si facultates sufficiant.

apud Deum et homines habeat testimonium bonum. Si quis vero post hanc conventionem obscœne cum uxore elegerit vivere, [1] ut lector habeatur. *Quæ sequuntur, in cap. 9. de Cohabit. cleric. et mulier.*

[1] *Al.* ut nec lector, *vel*: ut neglector.

CAP. VIII.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653. can. 6.

[2] *Si uxores duxerint subdiaconi, benedictione eis ab episcopo collata, quid observandum*; scilicet, quod ad extremum usque vitæ in monasterio pœniteant.

[2] Al. *De incontinentibus subdiaconibus*, cetera desunt.

Sextæ discussionis [a] objectio quorumdam male sibi consciorum patuit denotatum elogium [b]. Nam relatum est nobis, quosdam subdiaconos postquam ad sacri [3] hujus ordinis pervenerint gradum, non solum carnis immunditia sordidari, quum scriptum sit: *Mundamini qui fertis vasa Domini*, sed etiam quod dictu quoque nefas est, novis uxoribus copulari, asserentes, hoc ideo sibi licere, quia benedictionem a Pontifice se nesciunt percepisse. Proinde omni excusationum discisso velamine, id præcipimus [4] observari, ut quum iidem subdiacones ordinantur, cum vasis ministerii benedictio [c] eis ab episcopo detur, sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua et sacra dignoscitur consuetudo substare prolata, omni penitus ab illis sorde mulierum ac familiaritate remota. Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati, mox erunt sub pœnitentiæ oneribus usque ad extremum vitæ monasteriis religandi.

[3] *Al. deest*: hujus.

Isaiæ 52. *v.* 11.

[4] *Al.* observare.

CAP. IX.

Ex eodem canone 7.

[5] *De clericis qui ad conjugia moresque sæculi redierint* eo prætextu, quod noluisse se initiari asserant; ut nisi resipuerint, omni ecclesiastici ordinis dignitate privati, ut apostatæ a societate etiam fidelium arceantur, et in monasterium ad perpetuam pœnitentiam detrudantur.

[5] Al. *De his qui post assumta ecclesiasticarum dignitatum officia, ad conjugia redeunt.*

Septimæ assertionis accessu adiit cœtum nostrum tam in-

[a] Sessionis. [b] Crimen. [c] Preces traditioni instrumentorum adjectæ.

inverecunda progressio, quam ignobilis ac detestanda præsumtio. Quosdam enim aut eventu necessitatum aut metu [1] periculorum adeptos fuisse novimus ecclesiasticarum officia dignitatum, et quoniam quum illis hæc imponerentur, id sibi fieri [2] noluisse testantur, iccirco [3] hæc spernere atque ad pristina pertentant conjugia moresque redire, tam nequiter cœlestia jura solventes, quam promte [4] sæcularibus extant illecebris inhiantes. Qua de re nosse nos convenit, quod episcopalis [5] eminentiæ culmen non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quæ ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit, scilicet templorum Dei sacrationem [6] chrismæ benedictionem, sacrorumque ordinum institutionem quæ tam [7] divinaliter ordinata persistunt, quam excellentissime conferuntur, quia et tanto ab eis singulariter impenduntur, quanto eidem summo culmini peragenda servantur. Quomodo ergo quod in se recipit, a se rejicere poterit, quum hæc a nullo altero conferri, quam a solis pontificibus [8] novit, a quibus nec ligata solvi, nec soluta [9] poterunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum Veritas ait: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlo; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cœlo.* Nequaquam [10] ergo aliquando poterit profanari, quod divina jussione, simulque apostolicæ traditionis auctoritate, sacrum noscitur extitisse. Verum sicut sanctum chrisma collatum, et altaris honor evelli non queunt, ita quoque [11] sanctorum decus honorum, quod his compar habetur, et socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit [12] omnibus modis inconvulsum. Ad extirpandum vero radicitus hujus callidæ machinationis inutile argumentum, id sibi rationabiliter dari noverint in objectu, quod sacrosancti baptismatis inappretiabile donum est semper, et sæpe non solum nolentibus, verum etiam (quod majus est) nescientibus impertitur: sed hoc a nullo penitus profanari permittitur. Quod si [13] et hic opponitur, necdum rationis [14] capaces existere qui hoc probantur accipere, hic [15] omnimodo conticescant, quia si majores impune non deserunt quod parvuli vel nesciendo vel nolendo percipiunt, quanto magis non convenit [16] violare, quod pro mortis aut pœnarum evadenda pernicie, occulta Dei dispensatione dignoscitur obvenisse? Recedant ergo talium [17] desideriorum impudorati fautores, et licet [18] invite perceperint, quod non merebantur habere, libenter tamen, ob cœleste retineant præmium quod nolendo, [19] per terrenæ consecuti sunt necessitatis even-

1 *Al.* periculorum, ab episcopis sumsisse novimus ecclesiasticarum.
2 *Al.* noluisse testati sunt.
3 *Al. deest*: hæc.
4 *Al.* sæculi.
5 *Al.* eminentia culminis auctoritas. *Al.* eminentiæ divina auctoritas non immerito sacris omnibus esse summa percensuit.
6 *Al.* chrismatis.
7 *Al.* divaliter.
8 *Al. post*, novit *deest*: a.
9 *Al.* potuerunt.
Matth. 16. *v.* 19.
10 *Al. deest*: ergo.
11 *Al.* sacrorum. *Al.* sacrum.
12 *Al.* omnimode inconvulsum.
13 *Al.* et si hic opponitur.
14 *Al.* capacem.... probatur.
15 *Al.* hinc omnimodo cognoscant.
16 *Al.* violare.
17 *Al.* desideriorum sine verecundia impudorati.
18 *Al.* inviti.
19 *Al.* propter terrenæ.

eventum; [1] ut tamen inviti appetant bona diligere, quæ sponte videntur [2] desides impugnare. Quod si quis post hoc perennis dispositionis edictum, non sinceriter sacris inhæserit cultibus, et abjiciens a se gratiam quam accepit, [3] relabi ad conjugia moresque sæculi attentaverit, vel eum [4] redire constiterit, mox omni ecclesiastici ordinis [5] dignitate privatus, vere ut apostata a sanctæ ecclesiæ liminibus et societate fidelium habeatur prorsus exclusus, monasterii claustris, donec [6] advixerit, sub pœnitentia retrudendus.

1 *Al.* ut tam inviti... quam.
2 *Al.* desidentes.
3 *Al.* relabitur ad conjugium.
4 *Al.* redire ad hoc constiterit.
5 *Al.* dignitate privetur, et ut apostata.
6 *Al.* vixerit.

CAP. X.

Clerici qui uxores duxerint, ab eis separentur; sin autem, sub custodia teneantur.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 3.

[7] Sed pro refugientibus, qui ordinem ecclesiasticum dimiserunt, et uxoribus se sociaverunt, si dimittant eas, in confessionem admittantur. Si quis talis fuerit, ut propter infirmitatem aut propter debilitatem impossibile videatur, sub ipsis presbyteris de ipsis ecclesiis intrent, et omnia peccata [8] manifestent, et pœnitentiam [9] accipiant, et cum eis habitent, et cum eis dormiant, ut numquam de eorum custodia [10] recedant. *Quæ sequuntur, in cap. 13. de Symbolis.*

7 *Al.* Et ipsi refugantes, qui ordines ecclesiæ dimiserunt, et uxoribus se sociaverunt, dimittant eas, et in confessionem intrent.
8 *Al.* manifestet.
9 *Al.* accipiat extra eos habitet, extra eos dormiat.
10 *Al.* secedant.

CAP. XI.

Ut presbyteri et diaconi conjugati, aut uxores dimittant et pœnitentiam agant, aut a communione separentur.

Ex eodem cap. 6.

[11] Adjicimus, ut hi consanguinei qui sunt conjugati, a conjugio separentur, et pœnitentiam expleant, [12] aut ab ecclesia et consortio christianorum expellantur. [13] Ita disponimus de presbyteris et diaconibus conjugatis. *Idem vide in cap. 20. de Impedim. matrim.*

11 *Al.* Edictum adjicimus.
12 *Al.* ut ab ecclesia.
13 *Al.* Ita etiam disposuimus.

TIT. VI.

DE CLERICORUM CASTITATE.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canon.* 18.

1 Al. mœchaverint.

De sacerdotibus et ministris, si[1] *mæchati fuerint*, ut nec in fine communicent.

Episcopi, presbyteri, diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint quod sint mæchati [a], placuit, et propter scandalum et propter [2] nefandum crimen nec in fine eos communionem accipere debere.

2 *Al.* profanum crimen.

CAP. II.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. *canone* 5.

3 Al. *fragilitatem incederint.*

De his qui altario serviunt, si subito carnis[3] *fragilitate corruerint*, ad episcopi arbitrium deponantur; ad ulteriores tamen gradus non promoveantur: si relapsi fuerint, communionem, nisi in exitu, non percipiant.

* *Can.*62. *d.*50. *can.*2. *c.* 15. *q.* 8.

* Hi qui altario Dei deserviunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, et Domino respiciente digne pœnituerint, ita ut mortificato corpore, cordis contriti sacrificium [b] Deo offerant, maneat in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiæ corpore segregare; ita tamen, ut sic officiorum suorum loca [c] recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod si iterato, velut canes ad vomitum reversi [4] fuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

4 *Al.* fuerint: et veluti sues in volutabris luti jacuerint, non solum.

a Fornicati.
b Sacrificium sui per pœnitentiam.
c Jus inserviendi ecclesiæ cui ordinati fuerant.

CAP.

CAP. III.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 27.

De fornicatoribus clericis, ut deponantur.

[a] Si quis presbyter aut diaconus fuerit fornicatus aut mæchatus, projiciatur, et agat pœnitentiam. [a] *Ex Neocæs. can. 1.*

CAP. IV.

Clerici castitatem non servantes, a gradu suo perpetuo dejiciantur, et in monasterium detrusi pœniteant.

Ex Concilio Toletano anno 597. canone 1.

Priscorum Patrum sequentes monita, id præcipiunt Dei sacerdotes, ut quæ sanctæ Trinitati conveniunt, Fidei catholicæ in omnibus conjungantur, ita ut sanctam et amicam Dei observantes castitatem, non solum retinendam Pontifices suo corpore censeant, sed et presbyteris et diaconibus ministrantibus Dei altaribus, modis omnibus observandam constituant, ut ex his qui castitatis voluerit patientiam [a] violare, tali sorte coerceatur, ut ultimus a quo est gradu dejectus, Deo amplius non ministret, sed sacerdotis sui electione sit tali claustro [b] conseptus, ut ceteros suo exemplo corrigat, et ille ex pœnitentia reviviscat.

CAP. V.

In clericum de impudicitia infamatum diligentissima peragenda est inquisitio.

Ex Concilio Oscensi anno 598. canone 2.

Solicitum etiam pro hac re unumquemque nostrum esse convenit, ut curiosa indagine perquiramus, si presbyteris et diaconibus atque subdiaconibus et clericis pudica et casta sit vita. Quod si (quod absit) quicquam malum de quoquam fama dictaverit, per veram et certissimam clerico-

R 2 rum

[a] Eo quod castitatem servantes carnis rebellionem passuri sunt. [b] Monasterio.

rum probationem, vel virorum amanuensium [a], vel certe illarum feminarum de quibus fama percurrit [b], atque etiam diversis argumentis ex quibus adulterorum indicia certissime suspicari solent, omnia argutissime perquirantur, ut neque per falsitatis obumbrationem quisquam notetur, neque per quasdam excusationes admissum facinus operiatur, dum per publicam probationem minime reconvinci garriant; sed probatæ vitæ se vixisse, honestorum clericorum testimonio clare demonstrent. *Eumdem vide in cap. 2. de Caus. cleric. agitandis.*

CAP. VI.

Præfata synodi Oscensis constitutio de clericorum castitate confirmatur

In Concilio Egarensi anno 614.

Convenientes in unum episcopi provinciæ Tarraconensis in locum Egara [c], id sancta instituit synodus, ut constitutio, quæ dudum in anno tertio decimo regni divæ memoriæ Reccaredi Regis in concilio Oscensi constituta quidem, sed conscripta minime fuit confirmata, ut in perpetuum valitura perduret. Et omne quicquid ex castimonia presbyterorum et inferius clericorum conscriptum fuit [d], eadem forma etiam de omnibus episcopis sub tali industria solertiaque omni tempore pepigendo [e] scrutetur, ut auxiliante Domino et adminiculante, talis vitæ solicitudinem, nulla, quod absit, reprehensionis occasio subripere aliquando prævaleat. *Eumdem vide in cap. 4. de Confirmat. et acceptat. concil.*

CAP. VII.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *canone* 23.

Ut presbyteri, vel diaconi similiter ac episcopi, *vitæ suæ habeant testes.*

1 *Al.* Similiter placuit.

1 Non aliter placuit, ut quemadmodum Antistites, ita pre-

a Familiarium, qui socii vel ad manum, ut ita dicam, adsunt. b De quibus suspicatur, cum clericis impudice vivere. c Nunc *Terrassa.* d *Adde*: exequatur, et eadem forma &c. *ut canonis sententia servetur.* e Non ignaviter in vitam eorum inquiratur.

presbyteri atque levitæ, quos forte infirmitas aut ætatis gravitas [1] in conclavi episcopi manere non sinit, ut iidem in cellulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam, sicut nomine, [2] ita et meritis teneant.

1 *Al.* in conclavi suo manere.

2 *Al.* ita meritis.

CAP. VIII.

Ex eodem canone 43.

De venditione mulierum quæ clericis conjunctæ noscuntur.

* Quidam clerici legitimum non habentes conjugium, extranearum mulierum vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt: [3] ideoque quæcumque clericis taliter adjunctæ sunt, ab episcopo auferantur, et venundentur [a]; illis pro tempore [4] religatis ad pœnitentiam, quos sua libidine infecerunt.

* *Can.* 30. *dist.* 81.

3 *Al.* ideo, quæ conjunctæ taliter cum clericis sunt, ab episcopo.

4 *Al.* relegatis.

CAP. IX.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653. *can.* 5.

[5] *De sacerdotibus ministrisque pollutis*, ut si ad bonam frugem redire noluerint, in monasterium ad agendam perpetuo pœnitentiam detrudantur; mulieres vero ita a clericorum consortio arceantur, ut nulla remaneat ad eosdem redeundi occasio.

5 Al. *De incontinentibus presbyteris ac diaconibus, et feminis quæ talibus conjunguntur.*

Quintæ actionis impulsu pervenit ad totius concilii sacrum auditum, quosdam sacerdotes et ministros obliviscentes [6] Majorum veteribus constitutis, aut uxorum aut quarumcumque feminarum immunda societate et execrabili contagione turpari, [7] pessimi cordis obstinatione tam sacris Literis, quam Patrum regulis obviantes, nec levi quidem [8] respiramine memoriæ commendantes, quod scriptum est: *Sancti estote*, [9] *quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus.* Et illud Apostolicum: *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, id est fornicationem et immunditiam, concupiscientiam malam, et avaritiam.* Quibus quanto est [10] pertinacior usus in malis, tanto austerioribus convenit obviare decretis. Propter quod [11] flagitii dedecus specialiter, hoc a sancto concilio definitur, ut omnes episcopi id ipsum in suis

6 *Al.* majorum et veterum constitutorum.

7 *Al.* et pessima cordis obstinatione.

8 *Al.* respiramine contemplantes.

Levit. 19. *v.* 2.

9 Al. *quoniam et ego.*

Coloss. 3. *v.* 5.

10 *Al.* pertinacior vis.

11 *Al.* flagitiis detectis.

a *Leg.* 23. *tit.* 19. *lib.* 8. *Ordinam. Reg.*

suis quærere solicite curent, et quum hoc verissime reperire potuerint, omnes [1] placiti cautione [a] tali distringant, ut numquam ulterius tam abominanda committant. Mulieres vero, seu liberæ sint, seu [2] ancillæ, ac illis turpitudine sociatæ, ita omnibus modis separentur et monasterio, tradantur, ut ulterius ad conscios sui criminis revertendi omnem habeant aditum denegatum. Illi vero, si omnino coerceri nequiverint, usque ad exitum vitæ suæ monasteriis [3] deputati, pœnitentiæ disciplinis maneant omnino subjecti.

1 *Al.* placita cautione taliter distringantur.
2 *Al.* ancillæ tam turpiter sociatæ, ita omnimode separentur, aut certe vendantur, ut ulterius con- socios sui.
3 *Al.* deputati disciplinis monasticis maneant.

CAP. X.

Ex Concilio Toletano IX. anno 655. canon. 10.

De damnatione filiorum, qui ex sacerdotibus et ministris geniti [4] comprobantur; scilicet ut parentes canonica censura damnentur, filii vero in eorum bona non succedant, quin et in perpetuam ecclesiæ servitutem redigantur.

4 Al. *probantur.*

Quum multæ super incontinentiam ordinis [5] clericorum usque hactenus emanaverint sententiæ Patrum, et nullatenus ipsorum [6] formari quiverit correctio morum, usque adeo sententiam judicantium protraxere commissa culparum, ut non tantum [7] ferretur ultio in auctoribus scelerum, verum et [8] in progenie damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdiaconum [9] deinceps vel ex ancillæ vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constituti filios procreaverint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur; [10] proles autem tali nata pollutione, non solum parentum hereditatem [11] nusquam accipiat [b], sed etiam in servitutem ejus ecclesiæ, de cujus sacerdotis vel ministri [12] ignominia nati sunt, jure perenni manebunt.

5 *Al.* clericorum hactenus.
6 *Al.* reformari, *vel* firmari.
7 *Al.* feriretur ultio in auctores.
8 *Al.* in progeniem.
9 *Al.* deinceps, qui vel ex ancillæ.
10 *Al.* proles autem aliena pollutione nata, non solum.
11 *Al.* numquam accipiet.
12 *Al.* ignominio.

CAP. XI.

Potamius ob peccatum carnis sponte confessum depositionis a sede episcopali et perpetuæ pœnitentiæ sententia punitur.

In Concilio Toletano X. anno 656. in decreto pro Potamio.

Assumere poteramus canoram in tantum fraternæ lætitiæ

a Ea securitatis promissione constringant. b Leg. 2. tit. 3. lib. 5. *Ordinam. Reg.*

tiæ tibiam, quia divina pietas conventum nostrum ad concordiæ convocaverat studia, et [1] convenerat mæstitiam vitare, quoniam visitatione disciplinæ videbamur Paternas regulas innovasse. [2] Sed gravius sistrum pro cymbalo sumimus, et funus pro carmine decantamus, gementesque cum Jeremiæ [3] questibus dicimus: *Dissolutum est gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster.* Unde et væ coram nobis conspicimus, quoniam cecidisse coronam capitis nostri videmus, dum tam nobile in infimum corruit, [4] quod in tam sublime sanctitatis optimum stetit. Ecce etenim tractantibus nobis in pace [5] Dei de ecclesiasticis regulis, delatum est conventui nostro epistolium confusæ confessionis et abolendæ [6] subscriptionis, quod Potamius Bracharensis ecclesiæ episcopus de factis propriis suisque verbis [7] annotarat et articulis; quo reserato, quid obliteranda pagina et abolenda literarum panderent elementa, fletibus potius quam sermonibus lacrimosa [8] concio recensuit. Tunc solitarie tantum secretimque adunatis Pontificibus Dei, prædictum episcopum adesse coram nobis fecimus. Quem singultibus aggredientes amplius quam loquelis, reseratam illi suæ deformitatis et nostræ confusionis scripturam protulimus; quam accipiens ac recurrens, sciscitantibus nobis, utrum sui operis et suæ annotationis intimatio esset, [9] ille suum actum suique oris eloquium, suorum quoque digitorum esse robur asseruit, quod illic relegendo [10] pervidit. Rursum divini nominis contestatione hunc adjurantes, obtestati [11] sumus, ut an de se sponte mendacium diceret, aut alicujus [12] violentia premeretur, et perterritus talia [13] enarrat, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce, luminibusque ploratu madentibus, et fragore singultuum cum unius Dei nominis juramento clamavit, se et vere eadem mala de se confiteri, et ad hæc confitenda nulla se violentia prægravari. Unde etiam ferme per novem menses sponte deseruisse regimen ecclesiæ suæ, et ergastulo quodam pro admisso flagitio acturus pœnitentiam se conclusisse edixit.

Tunc per fidelem confessionem ejus agnito [14] quod tactu femineo sorduisset, et declarato, licet hunc Paterna antiquitas sacris regulis dejicere ab honore decernat, nos tamen miserationis jura servantes non abstulimus nomen honoris quod ipse sibi sui criminis confessione jam tulerat, sed valida auctoritate decrevimus, [15] perpetuæ pœnitentiæ hunc inservire officiis et ærumnis, providentes melius,

1 *Al.* convenerat abnuere mæstitiam vitæ, quoniam.
2 *Al.* Sed gravius collisi threnum cum Jeremiæ.
3 *Al.* Jeremiæ fletibus.
Thren. 5. *v.* 15.
4 *Al.* quod stans, sublimem sanctitatis obtinuit statum. Ecce etenim.
5 *Al. deest:* Dei.
6 *Al.* conscriptionis, quo Potamius.
7 *Al.* annotarat articulis.
8 *Al.* cognitio recensivit.
9 *Al.* illico suum actum.
10 *Al.* providit.
11 *Al.* sumus, ut si non aut de se sponte.
12 *Al.* violentiæ proventu.
13 *Al.* enarraret.
14 *Al.* quod tanto femineo sorduisset stupro, et licet.
15 *Al.* perpetua pœnitentia.

1 *Al.* dumosam pœnitentiæ solitudinem quandoque pervenire.

lius, illum per asperam et [1] dumosam ire pœnitentiæ solitudinem, ut quandoque perveniret ad refrigerii mansionem, quam relictum in voluntatis suæ latitudine ad præcipitium dejici æterna damnatione. Tunc venerabilem Fructuosum ecclesiæ Dumiensis episcopum communi omnium nostrum electione constituimus, ecclesiæ Bracharensis gubernacula continere, ita ut omnem Metropolim provinciæ Gallæciæ, cunctosque episcopos, populosque conventus ipsius, omniumque curam animarum Bracharensis ecclesiæ [2] gubernanda suscipiens, ita componat atque conservet, ut et Dominum nostrum de rectitudine operis sui glorificet, et nobis de incolumitate ecclesiæ ejus gaudium præstet. Quia vero ad futura prospicere convenit, [3] ne exoriri possit in statu pacis quædam commotio litis, Patrum sententiam, quæ jam dictum Potamium episcopum rectitudine damnat, huic decreto connectere nostra vigilantia procurat.

2 *Al.* sic gubernandam.

3 *Al.* ne exoriatur in statu.

Ex Concilio Valentino Galliæ. Titulo quarto.

4 *Al.* ob ecclesiæ utilitatem.

„Nec illud, Fratres, scribere alienum [4] ab ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis, quicumque sub ordinatione „vel diaconatus, vel presbyterii, vel episcopatus mortali „crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinationibus submovendos, reos scilicet vel veri confessione, vel „mendacio falsitatis. Neque enim absolvi [5] potest is qui in „semetipsum dixerit, quod dictum in alios puniretur; quoniam omnis qui sibi fuerit mortis caussa, major homicida fit."

5 *Al.* potest in his, in se ipsos edixerint, quod dictum.

Multæ quidem et aliæ sententiæ huic poterant innecti decreto, quæ prædictum Potamium episcopum [6] severissima auctoritate abjicere jubent; sed ex omnibus hanc conscriptam ponere sententiam maluimus, ne si totius damnationis edicta replicassemus, gravissimæ ultionis auctores existere videremur. Factum est decretum sub die kalendarum Decembris, anno feliciter octavo regni gloriosissimi domini [7] nostri Reccesvinthi Regis. [8]

6 *Al.* sævissima.

Eugenius indignus Toletanæ sedis Metropolitanus episcopus hoc judicii nostri decretum subscripsi.

Similiter et alii episcopi subscripserunt, [9] numero viginti.

7 *Al.* deest: nostri.
8 *Al.* omnes sacerdotes prædicti concilii hoc stabiliter sancimus.
9 *Al.* numero decem et septem.

CAP.

CAP. XII.

Ex Concilio Palentino anno 1129. *cap.*5.

Concubinæ clericorum manifeste ejiciantur.

TIT. VII.

DE COHABITATIONE CLERICORUM, ET MULIERUM.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *can.* 27.

De clericis, [1] *ut extraneam mulierem in domo non habeant.*

Episcopus vel quilibet clericus alius aut sororem aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat, [2] extraneam vero nequaquam secum habeat.

1 Al. *ut extraneas feminas in domo.*

2 *Al.* extraneam nequaquam habere placuit.

CAP. II.

Ex epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 12.

Quæ feminæ cum clericis debeant habitare; scilicet, quæ synodus Nicæna permisit.

* Feminas vero non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum caussas, habitare cum iisdem synodus Nicæna [a] permisit.

* *Can.* 31. *dist.* 81.

CAP. III.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. *can.* 1.

Ut etiam ad proximas sanguinis clerici cum testimonio vadant; sin vero, deponantur.

De his quibus cura pro parentelæ proximitate haberi permittitur [b], ut [3] cautela eorum necessitates sustentent, pie-

S ta-

3 *Al.* ea cautela eorum necessitates sustineant, ut pietatis.

a Scilicet, matrem, sororem, aviam, amitam, et materteram. *In can.* 3.
b Hoc est: De his quibus legitima tutela permittitur, ut eorum cura pupillorum necessitatibus occurratur, decernimus, ut pietatis beneficia &c.

tatis beneficia, quæ eis sunt necessaria [1] præbeant. Ipsi vero pro visendis eis, quum ingressi fuerint, celeri salutatione recurrant [a], [2] nec inibi faciant mansionem; qui tamen quum ad earum visitationem pergunt, testem solatii [b] sui fide et [3] ætate probatum adhibeant secum. Si quis hæc a nobis statuta contemserit, si clericus est, loci sui dignitate [c] privetur, si vero religiosus vel monachus, in cella monasterii [4] reclusus pœnitentiæ lamentis incumbat, ubi singulari afflictione panis et aquæ victum ex abbatis ordinatione percipiat. *Eumdem vide in cap. 1. de Regul. Monach. vita.*

1 *Al.* longius præbeant.
2 *Al.* nec ibi.
3 *Al.* ætate providum.
4 *Al.* inclusus.

CAP. IV.

Ex Concilio Gerundensi anno 517. can. 7.

Ut qui sine uxoribus ordinantur, extraneas in domo non habeant, nisi matrem aut sororem.

[5] De his vero qui sine conjugibus ordinantur, et familias [d] domi habent, habito secum [6] pro vitæ conversatione fratre [e] in testimonium, non per quamcumque [f] feminei sexus personam [7] ejus substantia gubernetur, nisi aut per puerum [g] aut per amicum suam domum debet ordinare; si vero matrem in domo habuerit aut sororem, secundum priorum canonum statuta, per earum [8] personas ejus debet contutari [h] substantia.

5 *Al.* De his, qui sine uxoribus ordinantur, et familias domus.
6 *Al.* pro conversationis fratre.
7 *Al.* eorum substantia gubernetur aut per puerum, sed aut per amicum domum suam debeant ordinare. Nisi matrem aut sororem in domo habuerint, ut secundum.
8 *Al.* personas eorum debet.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano II. anno 527. can. 3.

Ut nullus a subdiaconatu et supra cum [9] extranea habitet muliere sub depositionis et excommunicationis pœna.

9 Al. *extraneam habeat mulierem.*

Illud vero præterea speciali ordinatione decrevimus, quod nec antiqua concilia in [10] universis pene canonibus siluerunt, ut nullus clericorum a gradu subdiaconatus et supra [11] in consortii familiaritate habeat mulierem vel ingenuam, vel libertam, [12] aut ancillam. Sed si sunt ei [13] hujuscemodi servitia, matri [14] vel sorori aliique propinquitati contradat.
Et

10 *Al.* universis canonibus.
11 *Al.* in consortio familiaritatis.
12 *Al.* vel ancillam.
13 *Al.* hujusmodi.
14 *Al.* vel sorori, vel alii propinquæ.

a Se expediant. *b* *Puta*: testem, qui auferat solatium, *id est* solitudinem. *c* Dignitate nempe, seu jure ministrandi in loco seu ecclesia, in qua ordinatus fuerat. *d* Servos et ancillas. *e* Clerico. *f* Id est, per nullam. *g* Famulum. *h* Ministrari peculium.

Et quicquid suis manibus[1] perfecerint, proprio domino deferatur[a]. Aut si[2] propinquitas memorata deest, alia domus ad earum habitaculum requiratur, dummodo nulla occasio introeundi domum clerici feminæ permittatur, unde aut laqueum[3] possit incurrere, aut noxialis fama innocenti fortasse possit inuri.[4] Sane si post datam hanc monitionem,[5] quisquis harum consortio frui voluerit, noverit se non solum a clericatus officio retrahi, vel ecclesiæ[6] foribus pelli, sed etiam ab omnium catholicorum clericorum vel laicorum communione privari, nulla prorsus vel colloquii consolatione relicta, quatenus malæ consuetudinis abrasa rubigo in posteris radicis suæ veneno serpere non possit.

1 *Al.* perfecerit, *vel* profecerint.
2 *Al.* propinquitatis memoria deest, alterius domus adhærentis habitaculum.
3 *Al.* possit oriri.
4 *Al.* Sane deinceps post datam.
5 *Al.* quisquis earum.
6 *Al.* foribus expelli, sed etiam omnium.

CAP. VI.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. canone 15.

Ut clerici cum extraneis mulieribus non habitent; sin autem, post secundam monitionem deponantur.

Familiaritatem extranearum mulierum licet ex toto sancti Patres antiquis monitionibus præceperint ecclesiasticis evitandam, id nunc tamen nobis visum est, ut qui talis probabitur, si post primam et secundam commonitionem se emendare neglexerit, donec in vitio perseverat, officii sui dignitate privetur. Quod si se, Deo juvante, correxerit, sancto ministerio restauretur.

CAP. VII.

Ut clerici et monachi secum non habeant extraneas feminas.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. can. 15.

[7] Si quis clericorum vel monachorum præter matrem aut[8] germanam, vel thiam[b], vel proximam sibi[c] consanguineam junguntur, aliasque aliquas adoptivas[d] feminas secum retinent, et[9] cum ipsis cohabitant, sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit. *Eumdem vide in cap. 4. de Regul. monachor. vita.*

7 *Al.* Si qui.
8 *Al.* germanam, vel etiam quæ proxima consanguinitate junguntur, ut alias aliquas quasi adoptivas.
9 *Al.* cum ipsis habitant.

a *Hoc est:* Si habeat ingenuas, libertas, vel ancillas, eas matri, sorori, aut aliæ consanguineæ regendas relinquat, ita tamen ut in domini commodum operentur. *b.* Amitam. *c* Vel quæ proxima sibi consanguinitate junguntur. *d* Ascititias.

CAP. VIII.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 32.

De subintroductis adoptivis mulieribus a clericis apud se non habendis.

* Ex Nicæn. can. 3.

1 Al. aliquam mulierem.
2 Al. filiæ aut sororis aut matris, nisi forte sororem patris vel matris, et illas solas.

* Nullus episcopus, neque presbyter, neque diaconus, neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se quasi adoptivam [1] aliquam mulierum quasi in loco [2] filiæ aut matris, nisi forte sororem veram ex germanitate, aut sororem matris vel patris, et illas solas personas quæ ab omni mala suspicione alienæ sunt. *Quæ sequuntur, in cap. 4. de Vita et claus. sanctimonial.*

CAP. IX.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *canone* 5.

Vel: Quod hi clerici *qui semper catholici fuerunt, in cellulis suis cum mulieribus extraneis non morentur.*

3 Al. jacuerint.
4 Al. quæ infamiæ.
5 Al. mulieres vero ab episcopis venundentur, et pretium.

Qui vero semper sub canone ecclesiastico [a] [3] jacuerunt, si contra veterum imperata in suis cellulis mulierum, [4] quæ infamem suspicionem possunt generare, consortium habuerint, illi canonice [b] quidem distringantur, [5] mulieres vero ipsæ ab episcopis venundatæ [c], pretium ipsum pauperibus erogetur.

CAP. X.

Ex Concilio Hispalensi I. anno 590. *canone* 3.

De clericis cum quibus mulieres cohabitant, ut si admoniti eas a se non abjecerint, eædem per sæculares judices coerceantur.

Inter cetera vero cognoscite, a nobis hoc definitum pro abolendis maculis clericorum, quia quidam episcoporum non

a Qui semper ecclesiasticis regulis obtemperarunt. *b* Secundum canones. *c* Leg. 41. t. 6. P. 1.

non observantes nuper [1] editum concilii Toletani decretum [a], minus soliciti in subjectis existunt; proinde placuit, ut si presbyteri, diacones, vel clerici consortia extranearum feminarum vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem a se minus [2] removerint, in secundis judices easdem mulieres cum voluntate et permissu episcopi comprehensas, in suis lucris usurpent [c], ut vitium hoc, dum sacerdos inhibere non prævalet, potestas judicialis coerceat; dato tamen ab iisdem judicibus sacramento [d] [3] episcopis, ut eas clericis nulla arte restituant. Quod si restituerint, ipsi judices sententia excommunicationis feriantur; [4] mulieres vero illæ juxta priores canones [e] a sacerdotibus distractæ, in monasterio Deo votarum tradantur serviture.

1 *Al.* edictum concilii Toletani, minus soliciti.

2 *Al.* removerint, sæculi judices.

3 *Al.* episcopo, ut eas.

4 *Al.* mulieribus vero illis juxta priores canones a sacerdote distractis, pretium earum indigentibus dispensetur. *Nihil aliud.*

CAP. XI.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. can. 42.

De remotione mulierum a consortio clericorum, quæ non fuerit mater, soror, filia, vel amita.

Cum clericis extraneæ feminæ nullatenus habitent, nisi tantum mater, et soror, [5] filia, vel amita. In quibus personis nihil sceleris existimari fœdus naturæ permittit [f]; id enim et constitutio antiquorum Patrum decrevit.

5 *Al.* filia, amita.

CAP. XII.

Ex Concilio Bracharensi III. anno 675. can. 5.

Ne sacerdotes sive quicumque ex clero sine testimonio cum quibuslibet feminis, sola excepta matre, *habitent* sub sex mensium pœnitentia.

Quamquam antiqua canonum institutio de hujusmodi præsumtione absolutas [6] multiplices disciplinas atque institutiones ediderit, nos tamen brevitatis caussa omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus auctoritate tenendum, ut nullus sacerdotum sive [7] quisquis ille de clero absque honesto et competenti testi-

6 *Al.* et multiplices.

7 *Al.* quisquis de clero.

[a] Vide supra cap. prox. [b] *Hoc est*: si post admonitionem ejusmodi feminas secum retinuerint. [c] Eas ad sui servitium deputent. [d] Promissione juramento firmata. [e] Aurelianensis IV. *can.* 17. [f] Sententia depromta ex leg. 44. Honorii tit. 2. lib. 16. *Cod. Theod.*

stimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet feminis secrete se præsumat adjungere [a]; [1] non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus vel propinquis, ne licentia sororum vel propinquarum mulierum [2] quisquis ille solutus, familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus ergo præceptionis transgressor sex mensibus se noverit pœnitentiæ legibus subjacere.

1 *Al.* et non solum.

2 *Al.* quisquis solus, familiarior.

CAP. XIII.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 3.

Presbyteri vero et diacones, [3] qui ministerio funguntur ecclesiæ, [4] arma belli non deferant, semper coronas apertas habeant, barbas radant, et mulieres secum in domo non habeant nisi matrem, aut sororem, aut amitam, aut novercam. Presbyter vero et diaconus, si hujus jussionis destructor extiterit, sexaginta solidos episcopo persolvat, et gradu ecclesiastico careat. *Idem vide in cap. 6. de Indument. et omni exter. habitu cleric.*

3 *Al.* et qui ministerio.

4 *Al.* arma bellica.

TIT. VIII.

DE CLERICO PERCUSSORE, ET CAUSSAS CRIMINALES JUDICANTE.

CAP. I.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. *canone* 4.

Ut nullus episcopus vel infra positus die Dominico caussas judicare præsumat, criminales numquam.

* [5] Ut nullus episcoporum, aut presbyterorum vel clericorum die Dominico propositum cujuscumque caussæ negotium [6] audeat judicare, nisi hoc tantum, ut Deo statuta sollemnia peragant; ceteris vero diebus, convenientibus personis illa quæ justa sunt, habeant licentiam [7] judicandi, exceptis criminalibus negotiis, *Eumdem vide in cap. 7. de Fest. dieb.*

* *Can. 1. c. 15. q. 4.*

5 *Al.* Nullus episcoporum.

6 *Al.* audeat vendicare.

7 *Al.* vindicandi, excepto criminali negotio.

a Hoc est : ad habitandum.

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. canon. 1.

De his qui Altario ministrant, ut a sanguine omni[1] *abstineant.*

[*] De his clericis, qui [2] in obsessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, ut qui Altario ministrant, et [3] Christi sanguinem tradunt, vel [4] vasa sacro officio deputata contrectant, ut ab omni humano sanguine etiam hostili [5] abstineant. Quod si in hoc inciderint, duobus annis tam officio quam [6] communione priventur; ita ut his duobus annis [7] vigiliis orationibus et eleemosynis pro viribus, quas Dominus donaverit, expientur, et ita demum officio vel communioni reddantur; ea tamen [8] ratione servata, ne ulterius ad officia potiora [a] promoveantur. [9] Quod si infra præfinitum tempus negligentiores circa salutem suam extiterunt, protelandi ipsius pœnitentiæ tempus in potestate maneat sacerdotis.

1 Al. *se abstineant*

* *Can. 36. dist. 50.*

2 *Al.* in obsidionis

3 *Al.* Christi corpus et sanguinem.

4 *Al.* vasa sacra.

5 *Al.* se abstineant.

6 *Al.* communione corporis Domini priventur.

7 *Al.* vigiliis, jejuniis, et orationibus.

8 *Al.* ratione, ne ulterius... provehantur.

9 *Al.* Quod si in definito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint.

CAP. III.

Ex eodem canone 2.

De his qui abortum faciunt vel natos suos extinguunt; ut si clerici fuerint, post septem annos accipiant communionem, post quam nihilominus receptam in suscepto tamen officio non ministrent.

Hi vero qui male conceptos ex adulterio fœtus vel editos necare studuerint, [10] vel in uteris matrum potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris post septem annorum curricula communio tribuatur; ita tamen, ut omni tempore vitæ suæ fletibus et humilitati insistant. Si vero clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat; attamen in choro psallentium a tempore receptæ communionis intersint. [11] Ipsis veneficis [b] in exitu tantum, si facinora sua omni tempore vitæ suæ defleverint, communio tribuatur. *Partem vide in cap. 7. de Homicid. et desperat.*

10 *Al.* vel in ventribus, *aut* vel in ventre suo.

11 *Al.* Ipsis autem.

a Ad ulteriores gradus. b Potionum confectoribus.

CAP.

CAP. IV.

Ex eodem canone 11.

De clericis, qui in mutuam cædem prorumpunt.

Si qui clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, a Pontifice districtius vindicetur.

CAP. V.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. *canone* 5.

Ut clerici a conspirationibus se abstineant, et qui inferioris sunt gradus, in superiorem ne insurgant sub pœna detrusionis in monasterium.

Secundum concilium Nicænum [a] sanctissimum conciliabula vel conjurationes non fiant clericorum, quæ sub patrocinio solebant fieri laicorum. Nec unusquisque de inferiori gradu seniorem sibi elatus aut increpet aut injuriet. Quod si quis, prætermisso tam justæ censuræ ordine, ausus fuerit facere, districtione sævissima corrigatur, ut sub pœnitentiæ nomine vitia recedant; id est, anno uno in monasterio sciat abjicere superbiam unde inflatur, quod est diabolus, et addiscat humiliationem Christi, quia per ipsam mortem gustare dignatus est.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 45.

De clericis qui arma sumserint vel sumserunt in seditione, ut depositi in monasterium detrudantur.

* *Can.* 5. *c.* 23. *q.* 8.

[1] *Al.* aut sumserunt.

[2] *Al.* in monasterium perenniter contradantur.

* Clerici qui in quacumque seditione arma volentes sumserint [1] vel sumserunt, reperti, amisso ordinis sui gradu, [2] in monasterium pœnitentiæ contradantur.

[a] Sententia hæc in Nicæno concilio non invenitur, adest tamen in can. 17. vel potius 18. ex vulgatis Chalcedonensibus, quem quidem ex industria ab Anatolio adversus dissidentes adjectum esse, suspicantur nonnulli,

CAP.

CAP. VII.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. can. 15.

Ut episcopi, atque presbyteri pro gravioribus caussis (quod legum damnant sententiæ) sine judicis examine familiam ecclesiæ non debeant extirpare.

Si regalis pietas pro salute omnium suarum legum dignata est ponere decreta, cur Religio sancta per sancti concilii ordinem non habeat instituta, quæ omnino debent esse cavenda? Ideoque placuit huic sancto concilio, ut omnis potestas episcopalis modum suæ ponat iræ, nec pro quolibet excessu cuilibet ex familia ecclesiæ aliquod corporis membrum sua ordinatione præsumat extirpare, aut auferre. Quod si talis emerserit culpa [a], advocato judice civitatis, ad examen ejus deducatur quod factum fuisse asseritur. Et quia omnino justum est, ut pontifex sævissimam [b] non impendat vindictam, quicquid coram judice verius patuerit, per disciplinæ severitatem absque turpi decalvatione [c] maneat emendatum: et ab episcopo suo aut donatus [d] fidelibus suis maneat, qui malum aliquid quod leges graviter damnant, admissit, [1] aut abiendi [e] eum episcopus, si voluerit, licentiam habebit..... *Quæ sequuntur, in cap. 9. de Malef. et divinat.* Si quis sententiæ hujus ordinem non observaverit, excommunicationis sententia feriendus erit, et a clero abjiciendus.

1 *Al.* aut abiendis.

CAP. VIII.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. canone 6.

Non debere sacerdotes quaslibet in ecclesiæ familiis truncationes membrorum facere, nec aliquid quod morte plectendum est, judicare, sub pœna depositionis, et reclusionis perpetuæ, et usque ad vitæ exitum excommunicationis.

* His a quibus Domini [2] sacramenta tractanda sunt, judicium sanguinis agitare non licet, et ideo magnopere [3] talium excessibus prohibendum est, ne indiscretæ præsumtionis

T

* *Can.*30. *c.* 23. *q.* 8.
2 *Al.* sacramenta tractantur.
3 *Al.* talibus excessibus prohibendum est. *Vel*: talium excessus prohibendus est.

a Quæ gravi, scilicet, pœna digna sit. *b* Mutilationis nempe, vel capitis. *c* Capillorum abscissione. *d* Traditus ut puniatur. *e* Abigendi.

nis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententia propria judicare præsumant, aut truncationes [1] quaslibet membrorum quibuslibet personis aut per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quod si quisquam horum immemor præceptorum, [2] aut ecclesiæ suæ [3] familiis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, et concessi ordinis [4] honore privatus, et loco suo, perpetuo damnationis teneatur religatus ergastulo; cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda est propter Domini misericordiam, *qui non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur, et vivat.*

1 *Al. deest*: quaslibet membrorum.

2 *Al.* aut in ecclesiæ.
3 *Al.* ecclesiæ suæ famulis.
4 *Al.* honore privetur, et loco, sub perpetuo quoque damnationis.
Ezech. 18. *v.* 32.

TIT. IX.

DE CLERICO NEGOTIATORE, ET SÆCULARIBUS REBUS SE IMMISCENTE.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 19.

De clericis negotia, [5] *vel nundinas sectantibus*, ut a provincia non exeant.

5 Al. *et nundinas.*

Episcopi, presbyteri, [6] et diaconi de locis suis negotiandi caussa non discedant, nec circumeuntes provincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sane ad victum sibi conquirendum aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut quemlibet mittant, et si voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

6 *Al.* et diacones.

CAP. II.

Ex eodem, canone 20.

De clericis : : *usurariis*, ut a gradu ejiciantur.

Si quis clericorum detectus fuerit, usuras accipere, [7] placuit degradari, et abstinere. *Quæ sequuntur in cap.* 1. *de Furto, Usura, et Perjurio.*

7 *Al.* placuit, eum degradari, et abstineri.

CAP.

CAP. III.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. can. 2.

[1] *Ut clerici emendi vilius vel vendendi carius non permittantur.*

• [2] Sicut canonum [a] statutis firmatum est, [3] quicumque in clero esse voluerit, emendi vilius vel vendendi carius studio non utatur: [4] certe si voluerit [5] hæc exercere, cohibeatur a clero.

1 Al. *Ut clericis.... non permittatur licentia.*

• *Can.* 3. *c.* 14. *q.* 4.
2 *Al. deest*: Sicut.
3 *Al.* ut quicumque.
4 *Al.* quod certe si voluerit exercere.
5 *Al.* hoc exercere.

CAP. IV.

Ex eodem, can. 3.

[6] *Ut clerici, si solidum præstiterint, sine usura recipiant.*

• Si quis [7] vero clericus solidum [b] in necessitate [8] præstiterit, ut hoc de vino vel frumento accipiat, quod mercandi caussa tempore statuto decretum fuerit [9] venundari; ceterum si speciem non habuerit necessariam, ipsum quod dedit, sine ullo augmento recipiat [c].

6 Al. *Ut quantum clericus præstiterit, tantum recipiat.*
• *Can.* 5. *c.* 14. *q.* 4.
7 *Al. deest*: vero.
8 *Al.* præstiterit, hoc de.
9 *Al.* venundare.

CAP. V.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 62.

De usuris vel negotiorum lucris, clerico sub depositionis pœna interdictis.

• Si quis oblitus [10] timorem Domini et sanctam scripturam, quæ dicit: *Pecuniam suam non dedit ad usuram*, post hanc [11] cognitionem magni concilii fœneraverit et [12] centesimas exegerit, aut ex quolibet negotio [13] turpia lucra quæsierit, [14] aut per diversas species vini vel frugis vel cujuslibet rei, emendo [15] et vendendo, incrementa susceperit, depositus de gradu suo, alienus habeatur a clero.

• *Can.* 4. *c.* 14. *q.* 4. *ex Nic. can.* 17. *Psalm.* 14. *v.* 5.
10 *Al.* timoris Domini, et sanctarum scripturarum.
11 *Al.* agnitionem sancti.
12 *Al.* centesimam.
13 *Al.* turpe lucrum.
14 *Al.* vel per diversas.
15 *Al.* vel vendendo aliqua incrementa.

a Carthag. III. *can.* 15. *b* Numus Romanus, a Gothis usitatus, qui si aureus, ex quinquaginta regalibus, *vellon*, constabat. Ponitur hic pro exemplo.
c *En canonis sententiam*: Ut non plus frumenti, aut vini, aut alterius generis pro mutuato solido percipiat, quam ex eo ipso numerato emere potuisset tempore sibi constituto.

CAP. VI.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. *canone* 3.

Ut clerici per plateas non sedeant, nec confabulentur.

Nam et hoc secundum priscorum censuram canonum finitum, ut nullus clericus, subdiaconus, diaconus, vel presbyter in plateis resideat; certe nec in plateis et stare, et fabulis diversis commisceri. Quod si quis facere præsumserit, repellendum omnino ab officio et exsecrandum; si non emendaverit, et a communione, et ab officio privetur.

CAP. VII.

Ne clerici sine consensu episcopi sæculares peragant caussas.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. *canone* 11.

Id ergo per omnia servandum instituimus, ut nulli presbytero vel diacono sine voluntate episcopi sui licentia sit, sæculares peragere caussas, aut injunctiones [b] expedire publicas. Si quis hujus ordinem capituli transcendere voluerit, excommunicationis sententia feriendum se noverit. *Integrum vide in cap. 1. de Debita episc. reverent. et cap. 5. de Monach. episc. curæ subject.*

CAP. VIII.

Ex Synodo Compostellana anno 1114. *cap.* 21.

Ne clerici fiant laicorum villici, vel pædagogi.

Clerici neque laicorum villici efficiantur, neque filiorum eorum nutritores [c], neque a laica persona dehonestentur, vel eorum bona capiant [d]. Qui aliter egerit, canonicam institutionem componat [e], et excommunicatus a conventu fidelium sequestretur.

a Carthaginen. IV. *can.* 47. *b* Nostris: *Commissiones.* *c* Institutores. *d* Neque laicorum bona ministranda suscipiant. *e* Juxta canones puniatur.

TIT.

TIT. X.

DE HIS, QUÆ CLERICIS VETITA SUNT.

CAP. I.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 38.

[1] *De presbyteris, ut in secundis nuptiis non vadant.*

[*] PRESBYTERUM ad secundas nuptias convivam fieri non [2] oportet, propterea quod hi qui ad secundas nuptias veniunt, pœnitentiam postulant [a]. [3] Quomodo potest presbyter esse, qui propter convivium interest tali conjugio? *Idem vide in cap. 11. de Bigamis ordinand. et cap. 3. de Secund. nupt.*

1 *Al. De presbyteris, ut ad secundas non vadant nuptias.*
* *Ex Conc. Neocæs. can. 7.*
2 *Al.* oportet; quod si ad secundas nuptias venerit, pœnitentiam postulet.
3 *Al.* Quomodo presbyter ille potest esse.

CAP. II.

Ex eadem, cap. 59.

De eo, quod non liceat sacerdotibus, vel clericis [4] *incantaturas et contrarias ligaturas facere*, sub excommunicationis pœna.

[*] Non liceat [5] clericis incantatores [b] esse et ligaturas [c] facere, quod est conligatio animarum. Si quis [6] hæc facit, de ecclesia projiciatur.

4 Al. *incantatorias.*
* *Ex Laodic. can. 36.*
5 *Al.* clericos.
6 *Al.* hæc fecerit.

CAP. III.

Ex eadem, cap. 60.

De eo, quod non liceat sacerdotibus vel clericis, spectaculis interesse.

[*] Non liceat sacerdotibus vel clericis, aliqua spectacula in nuptiis vel [7] in convivio spectare, sed oportet antequam ingrediantur [d] ipsa spectacula, surgere, [8] et recedere inde.

* *Ex Laod. can. 54.*
7 *Al.* in conviviis.
8 *Al.* et redire inde.

a Acti diceret: Quis ergo erit presbyter, qui propter convivium interest tali conjugio? *b* Præstigiis magicis deditos. *c* Veneficia. *d* Ingrediantur Thymelici, musici scenici, et histriones.

CAP.

CAP. IV.

Ex eadem, cap. 61.

De eo, quod non liceat clericis convivia facere de confertis.

* Can. 12 d. 44. ex Laodic. c. 54.
1 Al. sacerdotes vel clericos, sed nec religiosos laicos.

* Non liceat [1] sacerdotibus vel clericis, sed nec religiosis laicis, convivia facere de confertis [a].

CAP. V.

Ex eadem, cap. 65.

De eo quod non liceat, clericos ante horam tertiam prandere.

* Can. 12. d. 44. In Addit. 4. capitul. Reg. Franc. cap. 69. edit. Paris. an. 1677.
2 Al. referre.

* Non oportet, clericos, vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam [b] inire convivia, neque aliquando clericos nisi hymno dicto edere panem, et post cibos gratias auctori Deo [2] deferre.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 29.

De sacerdotibus, levitis, vel clericis magos aut aruspices consulentibus, ut deponantur, et in monasterium pœnitentiæ caussa detrudantur.

* Can. 5. c. 26. q. 5.
3 Al. vel quilibet.
4 Al. aut aruspices, aut incantatores, aut ariolos.
5 Al. artem magicam, aut aliquem eorum sublimis exercentem consuluisse fuerit.
6 Al. suæ suspensus, monasterium ingressus, ibique.
7 Al. monasterii curam, vel censuram.
8 Al. sacrilegii solvat.

* Si episcopus, aut presbyter, sive diaconus, [3] aut quilibet ex ordine clericorum, magos, [4] aut aruspices, aut ariolos, aut certe augures, vel sortilegos, vel eos qui profitentur [5] artem aliquam [c], aut aliquis eorum similia exercentes, consulere fuerit deprehensus, ab honore dignitatis [6] suæ depositus, [7] monasterii pœnam excipiat, ibique perpetuo pœnitentiæ deditus, scelus admissum [8] sacrilegii luat.

a Ex symbolis ab unoquoque collatis.
b Ritus desumtus a Judæis, quos in diebus solemnioribus ante horam sextam a cibo et potu abstinuisse, docet Josephus. Ad tertiam a christianis contractus hic ritus ob descensum Spiritus Sancti in Apostolos, qui hac hora contigit; ideoque sacra dicta est. *Act. Apost.* 2. v. 15. c *Adde*: Pravam.

CAP.

CAP. VII.

Ex eodem, canone 46.

De clericis, sepulcra demolientibus, ut a clericatus ordine dejecti; per triennium pœniteant.

Si quis clericus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vendicatur, oportet canonibus in tali scelere proditum, [1] clericatus ordine summoveri, et pœnitentiæ triennio deputari. 1 *Al.* a clericatus.

CAP. VIII.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 3.

Presbyteri vero, et diacones, [2] qui ministerio fungun- 2 *Al.* et qui ministerio.
tur ecclesiæ, [3] arma belli non deferant. *Quæ sequuntur in* 3 *Al.* arma bellica.
cap. 6. *de Indumentis, et omni exter. habitu cleric.* Presbyter vero, [4] et diaconus, si hujus jussionis destructor exti- 4 *Al.* vel diaconus.
terit, sexaginta solidos [a] episcopo persolvat, et gradu ecclesiastico careat.

CAP. IX.

Ex eodem, cap. 5.

Et ne presbyteri ad nuptias edendi gratia eant.

Presbyteri ad nuptias caussa edendi non eant, nisi ad benedicendum. *Quæ sequuntur, in cap.* 6. *de Funer. et sepult.*

[a] Argenteos fortasse, quorum quilibet tribus Regalibus, undecim morapetinis, et duabus sextis partibus alterius morapetini, monetæ *vellon*, æquivalet.

CAP.

TIT. XI.

DE TESTAMENTIS CLERICORUM.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano II. anno 527. canone 4.

1 Al. *tenuerunt.*

Ut quicquid de jure ecclesiæ clerici [1] *tenuerint, post obitum eorum ad ecclesiam revertatur.*

2 *Al.* vineolas, seu alia ædificia in terris.
3 *Al.* vitæ suæ caussa.
4 *Al.* post suum vero ex hac luce decessum *vel* discessum.
5 *Al.* aut prohæredum.

Si quis sane clericorum agellos vel [2] vineolas in terris ecclesiæ sibi fecisse probatur sustentandæ [3] vitæ caussa, usque ad diem obitus sui possideat, verum [4] post suum ex hac luce discursum, juxta priorum canonum constitutiones, jus suum ecclesiæ sanctæ restituat, nec testamentario ac successorio jure cuiquam heredum [5] proheredumve [b] relinquat, nisi forsitan, cui episcopus pro servitiis ac præstatione ecclesiæ largiri voluerit.

CAP. II.

Reseratum, lectum, et perscrutatum est Martini Bracharensis episcopi testamentum coram Patribus.

Concilii Toletani X. anno 656. in Append. Aliud Decretum.

6 *Al.* Vividis tractationibus.
7 *Al.* et experientia esse judicantium comprobatur, & justi summa judicii plenior invenitur. Ideo mentis intentionem orisque simul studia deducentes, agnitione audiendi, &c.

[6] Diutinis tractationibus inveniri quod justum est, [7] ut experientia est judicantium comprobatum, ita et juxta summi judicii statuta plenior invenitur auctoritas. Ideo mentis intentione orisque simul studia deducentes in cognitionem audiendi negotii, delatum est ad nos, in conventu sancti concilii ex directo gloriosi domini nostri Reccesvinthi Regis per illustrem Wambanem, testamentum gloriosæ memoriæ S. Martini ecclesiæ Bracharensis episcopi [c], qui et Dumiense Monasterium visus est construxisse [d], ut reserato eo, quid hic memoratus beatissimus vir decrevisset, nostræ cognitioni patesceret. Quo testamento in omnium conventu relecto, comperimus, ex ordine á memorato Principe ad

a Antioch. *can.* 25. *b* Proheredes fuerant, heredes heredum. *c* Qui Conc. Brach. I. et II. subscripsit. Vide caput 8. et 9. de *Subscript.* *d* Ibique primus ordinatus est episcopus.

ad nos esse directum, quoniam idem gloriosæ memoriæ [1] sanctissimus vir decreverat, ut succedentibus per ordinem Regibus ad complementum ejus ipsius [2] testamenti constitutio commendata maneret.

CAP. III.

Recimiri Dumiensis episcopi testamentum in ecclesiæ suæ præjudicium confectum, cum reparatione illati ecclesiæ damni, exequendum permittitur

Ibidem.

Tunc deinde illatum est nobis testamentum Recimiri memoratæ ecclesiæ Dumiensis [a] episcopi, quod de rebus suis in eadem ecclesia decreverat, examinatione veridica dirimendum. [4] Quo relecto, cognovimus, eumdem auctorem suum illic diversæ constitutionis edidisse conditiones, inter quas unam validam [b] conatus est religatione constringere, deputans et illationes tributorum, et pretia frugum absque aliqua diminutione annua vice pauperibus erogari, nihilque esse absque deliberatione relictum, [5] quo usibus ecclesiæ possit quadam liberalitate servire. Tunc ex voce partis Dumiensis Ecclesiæ [6] astrictum est [c], quod universas species generis et corporis rerum [d], quæ in ejusdem ecclesiæ domum intrinsecus ad usus domesticos [7] ex tempore suæ ordinationis idem episcopus Recimirus invenit, et quæ ipse aut de opere utriusque sexus artificum familiarum [e] ecclesiæ potuit habere confecta [f] atque illata, [8] aut quæ sua professione [g] habuisse visum est conquisita, omnia moriens jussisset, pauperibus erogari. Quædam vero ita vili pretio vendi ordinasse, ut negotiatio [9] earum rerum perditio potius, quam mercatio censeretur. [10] Addidisse quoque, quosdam liberos ex ejusdem ecclesiæ familiis, quibus etiam cum aliis ad se pertinentibus omnibus, amplius quam quinquaginta reperitur utriusque sexus [11] dedisset mancipia. Quibus damnis ita cognitis, quia et cuncta remedia intrinsecus domus tam indiscrete largita fuerant, ne quid [12] ad integritatem ecclesiæ reliquum superesset, quum nulla imminens caussa pauperum necessitatis [13] existeret, quæ hoc tam integre et perfecte examussim erogari deposceret, atque pro libertis illis

V

1 *Al.* sanctus vir ita decreverat.
2 *Al.* deest: testamenti.
3 *Al.* Tunc deinde allatum.
4 *Al.* Quo relato.
5 *Al.* quod usibus ecclesiæ posset.
6 *Al.* astructum est, quod universæ speciei generis et corporis rem, quæ in ejusdem ecclesiæ dono intrinsecus.
7 *Al.* et ex tempore.
8 *Al.* aut quæ sua provissione habuisse visus est.
9 *Al.* harum rerum.
10 *Al.* Edidisse quoque.
11 *Al.* dedisse mancipia.
12 *Al.* ad dignitatem ecclesiæ.
13 *Al.* existeret, quæ in hoc sancta lex examussim erogare deprehensa est, atque pro libertis.

a Conc. Tolet. VII. subscripsit. Vide cap. 22. *de Subscript.* b Duram. c Ex parte Dumiensis ecclesiæ objectum est. d Annonæ. e Servorum scilicet ecclesiæ. f Operis, ut plurimum textrini. g Episcopatus intuitu.

illis nihil secundum canonicam sanctionem [a] datum in commutationem patesceret, sed nec pro mancipiis et reliquis rebus eisdem libertis collatis, aliquid in repræsentationem [b] ecclesiæ relictum notesceret; verum et suam rem ita in nomine pauperum relegasset, ne aliquid remedii ex hoc ecclesiasticus usus attingeret, ducti sumus tam rationis intuitu quam Paternarum sanctionum edicto ipsius testamenti seriem, et si non usquequaque [1] in irritum devocare, in quodam tamen rationabili auctoritate temperamentum deducere, scilicet, quia tantorum dispendiorum damnis a memorato Recimiro episcopo factis, res ecclesiastica dignoscitur subjacere, omnis res ejus quam [2] indelegatam reliquit pauperum nomini, tamdiu Dumiensi ecclesiæ plena deserviat facultate, donec omne hoc damnum, quod in utensilibus domus sustinuit, valeat evidentius reparari. At tunc completa restitutione damni, observetur, sicut decreta est, series testamenti. Liberti vero qui ex familiis ecclesiæ facti sunt, et [3] seu res universa quæ in mancipiis aliisque corporibus, [4] vel illis suis hominibus collata esse dignoscitur, cuncta in discretione venerabilis Fratris nostri Fructuosi episcopi [c] disponenda relinquimus, ut quia hæc evidens ordo Patrum in irritum devocat, illius temperamentum hæc ad miserationem adducat, qualiter nec regulam Paternam modus excedat, et miserationem severitas non extinguat, ut secundum merita servientium et libertatis præmia, et rerum donaria vel subtrahat, vel concedat. Editum sub die kalendarum Decembris, anno feliciter octavo Regni gloriosissimi domini nostri Reccesvinthi Regis.

Eugenius, indignus metropolitanus Toletanæ sedis episcopus hoc judicii nostri Decretum subscripsi.

Similiter et alii episcopi subscripserunt, [5] numero viginti.

1 *Al.* in irritum rationabili temperamento deducere.

2 *Al.* inde allegatam.

3 *Al.* seu res, et universa.

4 *Al.* vel illis vel suis hominibus.

5 *Al.* decem et septem.

TIT. XII.

DE INDUMENTIS, ET OMNI EXTERIORI HABITU CLERICORUM.

CAP. I.

Ex Concilio Barcinonensi anno circ. 540. *can.* 3.

Ut nullus clericorum comam nutriat, aut barbam radat.

a Vide Tit. *de Rebus Eccles. non alien.* b Compensationem. c Bracharensis, qui huic Conc. subscript. Vide cap. 25. *de Subscript.*

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. cap. 11.

Item placuit, ut lectores in ecclesia in habitu sæculari [a] ornati non psallant, neque granos [b] gentili ritu dimittant.

CAP. III.

Ex collectione Martini Bracharensi cap. 66.

De adtondenda coma clericorum, [1] vel habitu ordinato.

[1] *Al. et habitu ornato.*

* Non oportet, clericos comam nutrire, et sic ministrare, sed attonso capite, patentibus auribus, et secundum Aaron talarem vestem induere, ut sint in habitu [2] ordinato.

* *Can. 32. dist. 23. ex Carthag. IV. canon. 44.*

[2] *Al.* ornato.

CAP. IV.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. can. 1.

Ut clerici purpureis vestibus non induantur.

Hoc regulariter definitum est, ut nullus clericorum vestimenta purpurea induat, quæ ad jactantiam pertinent mundialem [c] non ad religiosam dignitatem, ut sicut est devotio in mente, ita et ostendatur in corpore; quia purpura [d] maxime laicorum potestate præditis debetur, non religiosis. Quod si quis non observaverit, velut transgressorem legis coercendum.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 41.

De qualitate tonsuræ, a cunctis clericis vel lectoribus communiter habendæ.

Omnes clerici vel lectores, sicut levitæ et sacerdotes, de-

V 2

a Mundano. *b* Neque pilos, qui infra nares enascuntur, crispatos in granorum formam, usque ad labia dimittant. *c* Profanam. *d* Indicat vestimenti genus ad pompam, non colorem tantum.

detonso superius toto capite, inferius solam circuli coronam relinquant, non sicut hucusque in Galliciæ partibus facere lectores videntur, qui prolixis, ut laici comis, in solo capitis apice modicum circulum tondent; ritus enim iste 1 in Hispania hucusque hæreticorum [a] fuit. Unde oportet, ut pro amputando 2 ecclesiæ scandalo hoc signum dedecoris auferatur, et una sit tonsura vel habitus, sicut totius Hispaniæ est usus. Qui autem hoc non custodierit, Fidei catholicæ reus erit.

1 *Al.* in Hispaniis hæreticorum est.
2 *Al.* ab ecclesiis.

CAP. VI.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 3.

Et de vestibus clericorum.

Presbyteri vero et diacones 3 qui ministerio funguntur ecclesiæ, 4 arma belli non deferant, semper coronas apertas habeant, barbas radant, mulieres secum in domo non habeant, nisi matrem, aut sororem, aut amitam, aut novercam. Vestimentum unius coloris, et competens habeant. *Quæ sequuntur, in cap. 8. de Ecclesiar. et Sanctor. venerat.*

Presbyter vero 5 et diaconus, si hujus jussionis destructor extiterit, sexaginta solidos episcopo persolvat, et gradu ecclesiastico careat. *Idem vide in cap. 13. de Cohabit. cleric. et mulier.*

3 *Al.* et qui ministerio.
4 *Al.* arma bellica.
5 *Al.* aut diaconus.

CAP. VII.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 2.

6 Nec ullus minister ecclesiæ vestes sæculares portet, et omnis canonicus detonso desuper capite, circulo coronæ incedat, nec comas supra dorsum dimittat, et abscissas habeat barbas.

6 *Al. Corrupte:* Nec ullus minister ecclesiæ arma sæcularis portet et omnes—detonso desuper capite, ut circulos coronæ deorsum dimittant, et abscissas habeant barbas.

[a] Priscillianistarum forte, quem morem ex Arianis mutuare potuerunt.

LI-

LIBER III.
DE STATU MONACHORUM.
TIT. I.
DE MONASTERIIS TAM VIRORUM QUAM MULIERUM.
CAP. I.
Ex Concilio Hispalensi II. anno 619. *can.* 10.

De monasteriis, sub anathematis, et excommunicationis pœna *non convellendis.*

DECIMA actione, poscentibus monasteriorum patribus[a] pari sententia statuimus, ut cœnobia nuper condita[b] in provincia Bætica, sicut et illa quæ sunt antiqua, immobili et inconcussa stabilitate permaneant solidata. Si quis autem (quod absit) nostrum, vel nobis succedentium sacerdotum, quodlibet monasterium aut vi cupiditatis spoliandum, aut simulatione aliqua fraudis convellendum 1 vel dissolvendum, anathema effectus, maneat 2 a regno Dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei vel operis ad salutem, qui tantæ 3 et tam salutaris vitæ destruxerit tramitem. Super hoc etiam universi Bæticæ provinciæ episcopi congregati, 4 eumdem sacri cœtus eversorem a communione suspendant, 5 convulsum monasterium cum rebus suis restaurent, et quod impie unus subverterit, omnes 6 pie reforment.

1 *Al.* aut dissolvendum tentaverit.
2 *Al.* et a regno Dei.
3 *Al.* et salutaris.
4 *Al.* eumdem sacrilegum, cætusque sui eversorem.
5 *Al.* et convulsum.
6 *Al. deest:* pie.

CAP. II.
Ex eodem, canone 11.

De monasteriis virginum, ut a monachis, ab episcopo constitutis, *tueantur* in rebus temporalibus.

* Undecima actione, consensu communi decrevimus, ut monasteria virginum in provincia Bætica 7 condita, 8 monacho-

* *Can.* 24. *c.* 18. *q.* 2.
7 *Al.* Bætica, vel ubique condita.
8 *Al. deest:* condita.

a Abbatibus. b At non sub Regula S. Benedicti, quam non viguisse adhuc in Hispania, colligitur ex Regula S. Isidori in exord.

chorum administratione ac præsidio [a] gubernentur; tunc enim salubria Christo dicatis virginibus providemus, quando eis [1] patres episcopi tales elegimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificari possint; ea tamen circa monachos [2] disciplinæ cautela servata, ut remoti ab [3] earum peculiaritate, nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum; sed nec abbati vel ei qui præficitur, extra eam quæ præest, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem [4] morum pertinet, licebit; [5] nec cum sola quæ præest, frequenter eis loqui oportet, sed sub testimonio duarum aut trium sororum, ita ut rara accessio, et brevis omnino locutio. Absit enim, ut monachos (quod etiam dictu nefas est) Christi virginibus familiares esse velimus, sed juxta quod jussa regularum vel canonum admonent, longe discretos atque sejunctos [6] eorum tantum easdem gubernaculis deputamus; constituentes, ut unus monachorum probatissimus eligatur, cujus curæ sit, [7] prædia earum rustica vel urbana intendere, fabricas extruere, [8] vel si quid ad necessitatem monasterii providere [b], ut Christi famulæ pro animæ suæ tantum utilitate solicitæ, solis divinis [9] cultibus vivant, operibusque suis inserviant. Sane is, qui ab abbate præponitur, judicio sui episcopi comprobetur. Vestes autem illæ iisdem [10] cœnobiis [c] faciant, a quibus tuitionem expetant; [11] ab eisdem denuo, ut prædictum est, laborum fructus et procurationis suffragium recepturæ. [12] Si qui autem monasteriorum hanc ordinationem aut contemserint, aut qualibet inertiæ dissolutione neglexerint, sciant quod [13] eorum tepor atque superbia excommunicationis sit plectenda censura.

1 *Al.* Patres spirituales eligimus.

2 *Al. deest*: disciplinæ.

3 *Al.* earum familiaritate.

4 *Al.* morum non pertineat.

5 *Al.* neque cum ea sola.

6 *Al.* eos tantum earumdem gubernaculis.

7 *Al.* prædiis... rusticis... urbanis.

8 *Al.* et si quid aliud est ad necessitatem.

9 *Al.* cultibus operibusque sanctis inserviant.

10 *Al. deest*: cœnobiis.

11 *Al.* et ab iisdem.

12 *Al.* Si qui autem monachorum.

13 *Al.* eorum temeritas atque superbia.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano X. anno 656. canone 3.

[14] *De non permittendo laicis*, ut in monasteriorum abbates eligantur, qui *imperare* possint *religiosis* monachis.

[15] Reverentiæ totius auditum, quia res adiit dura, non frustra cogimur hanc duriori extirpare censura [d]. Agnovimus enim, quosdam pontifices præcepti Principis Aposto-lo-

14 Al. *De episcopis, qui monasteriis, vel ecclesiis consanguineos suos, vel sibi faventes præficiunt.*

15 *Al.* Reverentiæ totius auditu percipiatur, quia res adeo dura non frustra cogitur, hac duriori extirpari censura.

1. *Petr.* 5. *v.* 2.

a Temporali. *b* Veluti œconomus. *c* Cœnobitis. *d Hoc est*: Quia nefandissimum crimen est, quod universo concilio innotuit, nemo miretur, quod severiori extirpari curetur animadversione.

lorum, qui ait: *Pascite, qui in vobis est gregem, non coacte, sed spontanee,* [1] *nec dominantes in clero; sed forma facti gregis*, ita esse immemores, ut quibusdam monasteriis parochialibusque ecclesiis aut suæ consanguinitatis personas, aut sui favoris participes, iniquum sæpe statuant in prælatum [a], ita illis providentes commoda [b] inhonesta, [2] ut eisdem deferantur, aut quæ proprio episcopo dare justus ordo [3] poposcerit, aut quæ rapere deputati exactoris [4] violentia potuerit. Proinde decenter omnibus placet, et in præsenti tale rescindere factum, et non esse de cetero faciendum. Nam quisquis pontificum deinceps, aut sanguine propinquis, aut favore sibi personis quibuscumque devinctis [5] talia commodare lucra tentaverit ausu nefandæ præsumtionis, et quod visum fuerit devocetur in irritum, et qui ordinarit annuæ [6] excommunicationis ferat excidium.

1 Al. *neque vi dominantes.*

2 *Al.* aut eisdem deferatur, quæ proprio episcopo dari.

3 *Al.* depoposcerit.

4 *Al.* violentiæ potuerit.

Can. 6. dist. 89.

5 *Al.* talia commendare lucra tentaverit, ad suum nefandæ præsumtionis excidium, et quod.

6 *Al.* excommunicationi subjaceat, quæ vero oblata fortasse fuerint, ab eo, qui tulit reddantur in duplum.

CAP. IV.

Ex Concilio Cæsaraugustano III. anno 691. *canone* 3.

Ut monasteria diversoria secularium non fiant.

Sanctorum Patrum decrevit sententia, ne monasteria diversoria sæcularium fiant. Unde quia novimus, quosdam abbates, quibus regulariter cura regendarum animarum commissa est, dum quasi [7] patrono [c] affato aditum sæcularibus in [8] monasteriis attribuunt, diversas insolentias monachis ibidem [9] Deo deservientibus ingerunt, dum et eorum operationem [d], [10] quo se Divinæ pietati placituros alacri curiositate exhibent, deprehendunt [e], et vitam et mores illorum quadam mentis pernicie infauste detrahendo, deturpare non desinunt. Et iterum, quod pessimum est, dum extraneis passim commorandi aditus infra claustra monasterii confertur, grave inolescit vitium monachorum, quo et vitam suam per lucra mundi alia sectantes degenerant, et se a proprio cœnobio voluptuosa fœditate dissociant. Quæ res ad hoc nostrorum paterna pietate demulcet animos, ut ea constituamus, quæ et sanctis animabus juvaminis solamen impendant, et præsumtiones sæcularium removeant.

7 *Al.* paterno affectu.

8 *Al.* monasteriis tributum.

9 *Al.* Deo servientibus.

10 *Al.* quæ se Divinæ.

Quamobrem placuit universo coetui nostro, hoc statuere, vel po-

a Quasi in commendam tradito illis monasterio. *b* Utilitates injustas. *c* Protectionis intuitu. *d* Opera manuum fabrilia. *e* Impediunt.

potius definire, ut nullus abinceps sæcularium, seu potestative, seu etiam vel ex permisso abbatis, vel cujuslibet monachorum infra [a] claustra monasteriorum hospitandi vel commorandi habeat receptaculum, excepto quos vita probabiles, egenos, aut paupertate depressos inspectio prævideret abbatis, quos et suscipere benevola voluntate in monasteriis et alendos eleemosynis modis omnibus sinimus. De reliquis autem personis sæcularibus (sicut jam a nobis est superius præmissum) nullum penitus patimur infra claustra monasteriorum hospitandi habere receptaculum. Ceterum si secretius aut sequestratim a [1] monasterio ad id quod constructum pro supervenientibus domicilium [b] patuerit, ibi eos suscipere abbates vel monachos oportebit. Quatenus et vita eorum remotis sæculi conturbationibus, [2] in omni opere deifico probabilis inveniatur, et nullius vanissimis detractionibus dehonestentur; aut certe (quod inhonestum est) ne per talium susceptiones dissolutionem incurrant, et a bono proposito vitam suam extorrem efficiant.

1 *Al.* a monasterio ad aliquid constructum.

2 *Al.* in omni specie deifica.

TIT. II.

DE REGULARI MONACHORUM VITA.

CAP. I.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. *can.* I.

Ut etiam ad proximas sanguinis clerici, vel monachi *cum testimonio vadant.*

De his, quibus cura pro parentelæ proximitate haberi permittitur, ut [3] cautela eorum necessitates sustentent, pietatis beneficia, quæ eis sunt necessaria, [4] præbeant; ipsi vero pro visendis eis, quum ingressi fuerint, celeri salutatione recurrant, [5] nec inhibi faciant mansionem; qui tamen, quum ad earum visitationem pergunt, testem solatii sui fide et [6] ætate probatum, adhibeant secum. Si quis hæc a nobis statuta contemserit, si clericus est, loci sui dignitate privetur, si vero religiosus, vel monachus, in cella [c] monasterii [7] reclusus, pœnitentiæ lamentis incumbat, ubi singulari afflictione, panis et aquæ victum ex abbatis ordinatione percipiat. *Eumdem vide in cap. 3. de Cohabit. cleric. et. mulier.*

3 *Al.* ea cautela eorum necessitates sustineant, ut pietatis.

4 *Al.* a longius præbeant.

5 *Al.* ne ibi.

6 *Al.* ætate providum.

7 *Al.* inclusus.

[a] Intra. [b] Hospitium monasterio adjacens, uti apud Carthusianos. [c] Interior monasterii ambitus.

CAP.

CAP. II.

Ex eodem, can. 11.

Ut monachus missas alicubi, ministerium clericatus agere non præsumat, nec negotiator, [1] *nec executor existat,* nisi pro monasterio, et non sine abbatis præcepto.

[1] Al. deest: *nec.. existat.*

[*] Monachi a monasterio foras egredientes, ne aliquod ministerium ecclesiasticum præsumant agere, prohibemus; nisi forte cum abbatis imperio. Similiter ut nullus eorum, id est monachorum, forensis negotii susceptor vel executor existat, [2] nisi id, quod monasterii exposcit utilitas, abbate sibi nihilominus imperante, canonum ante omnia Gallicanorum [a] de eis constitutione servata.

[*] *Can.35. c.16. q.1.*

[2] *Al.* nisi quod.

CAP. III.

Ex Concilio Barcinonensi anno circ. 540. *canone* 10.

De monachis vero id observare præcipimus, quæ synodus Calcedonensis [b] constituit. *Eumdem vide in cap. 1. de Monachis episcop. curæ subject.*

CAP. IV.

Ut nullus clericus, vel monachus extraneas feminas secum habeat.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *can.* 15.

[3] Si quis clericorum vel monachorum, præter matrem, aut [4] germanam, vel thiam, vel proximam sibi consanguineam junguntur, aliasque aliquas adoptivas feminas secum retinent, et [5] cum ipsis cohabitant, sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit. *Eumdem vide in cap. 7. de Cohabit. cleric. et mulierum.*

[3] *Al.* Si qui.
[4] *Al.* germanam, vel etiam quæ proxima consanguinitate junguntur, alias aliquas quasi adoptivas.
[5] *Al.* cum ipsis habitant.

[a] Agathens. *can.*27. Aurelian. I. *can.* 21. [b] *Can.* 22. nempe, quod monachi absque episcopi licentia non vagentur.

CAP. V.

Episcopi semel in anno abbates monasteriorum ad se venire jubeant, ut eis vivendi regulas præscribant.

Ex Concilio Oscensi anno 598. *canone* 1.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, convenientes omnes in unum concilio Oscensi, hoc synodus sancta fieri elegit, ut annuis vicibus unusquisque nostrum omnes abbates monasteriorum, vel presbyteros, et diaconos suæ dioecesis ad locum, ubi episcopus elegerit, congregare præcipiat, et omnibus regulam demonstret ducendi vitas, cunctosque sub ecclesiasticis regulis adesse præmoneat; [a] quosque etiam parsimoniæ, et sobrietatis, atque veridicæ [b] castimoniæ honestorum virorum testimonio fama commendet. *Eumdem vide in cap. 1. de Canon. cler. vita, et in cap. 3. de Monach. episc. curæ subj.*

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 53.

De religiosis monachis *vagis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur*, ut ad alterutrum cogantur.

Religiosi propriæ regionis [c] qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur, sive hi qui per diversa loca [1] vagi fuerint, ab episcopis, in quorum conventu [2] commanere noscuntur, licentia eorum coerceatur, [3] in clero, aut in monasteriis deputati, [4] præter illos, qui ab episcopo suo aut propter ætatem, aut propter languorem fuerint absoluti. *Eumdem vide in cap. 3. de Monach. ad clerum assumend.*

1 *Al.* vagi feruntur.
2 *Al.* commorari noscuntur.
3 *Al.* ut aut in clero, aut in monasterio deputentur.
4 *Al.* præter eos.

a Non igitur certa erat monachorum regula, sed quam malebat episcopus monachis præscribere.
b Castimonia scilicet, quæ nedum ab hominibus existimetur, sed et quæ re ipsa sit coram Deo.
c *Vel forte*: propriæ religionis; scilicet, qui certum aut firmum haberent domicilium.

CAP.

CAP. VII.

Ex Concilio Toletano VII. anno 646. can. 5.

De reclusis monachis [1] *honestis*; *sive* etiam de ignaris, pravis, et *vagis* retrudendis.

1 Al. *inhonestis*.

Quosdam paternarum ignaros vel oblitos traditionum, in tantam conspicimus corruisse desidiam, ut eorum execrando usu [2] pene abolita patescant, quæ extiterant legitime constituta. Dum enim indocti docere appetunt, quid aliud, quam quia ignorantiæ errore [3] vexantur, ostendunt? Et quia gressu præpostero innitentes, præsumtionem doctrinæ [4] discendi studiis anteponunt, patet, quod non [5] summa humilitatis petunt, sed actioni depravationis [a] inserviunt. Ex hoc igitur justæ severitatis talia decernentes opportuno amputare judicio, jubemus, eos quos in cellulis [b] propriis [6] reclusos sanctæ vitæ ambitio tenet, quosque ejusdem sancti propositi et merita juvant, et probitas [7] ornat, quietos Dei auxilio, et nostro favore tutos existere; illos vero quos [8] in tali proposito ignavia impulit, non prudentiæ cognitio deputavit, quosque nulla vitæ dignitas ornat, sed (quod est deterius) et ignorantia fœdat, et morum [9] execratio turpat, decernimus ab his abjici cellulis atque locis, in quibus aut feruntur vagi, aut tenentur inclusi, atque ab episcopis sive rectoribus monasteriorum ex quorum [10] congregatione fuerunt vel in quorum vicinitate consistunt, in monasteriis omnimodo deputentur, ut illic sancti ordinis meditantes doctrinam, primum possint discere, quæ sunt a patribus instituta, [11] ut post valeant docere, quæ sunt sancta meditatione percepta. Atque tunc demum, si doctrinæ et sancti operis fructu extiterint fœcundati, [12] ad summa virtutis properent, exercitio sanctæ intentionis imbuti. Deinceps autem quicumque ad hoc sanctum propositum venire disposuerint, [13] non aliter illis id dabitur assequi, neque hoc antea poterunt adipisci, nisi prius in [14] monasteriis constituti, et secundum sanctas monasteriorum regulas plenius eruditi, [15] dignitatem honestæ vitæ, et notitiam [16] poterunt sanctæ promereri doctrinæ. Illos autem, quos tantum extrema vesania occuparit, ut incertis locis vagi, atque morum de-

2 Al. pene oblita... quæ extiterunt.
3 Al. vexentur.
4 Al. docendi studio anteponunt.
5 Al. summæ humilitatis gratiam petunt.
6 Al. reclusa sanctæ.
7 Al. ornat; hos et nostro auxilio.
8 Al. in tale propositum.
9 Al. execratio turbat.
10 Al. congregatione fuerint.
11 Al. ut postea.
12 Al. ad summam virtutis.
13 Al. non aliter iterum vel iter dabitur.
14 Al. monasteriis instituti.
15 Al. et dignitatem.
16 Al. poterint.

 pra-

a Scandalis inserviunt. b Casulæ erant, in quarum unaquaque unus habitabat monachus.

pravationibus inhonesti, ullam prorsus nec stabilitatem sedis, nec honestatem mentis habere extiterint cogniti, [1] quicumque ex sacerdotibus vel ministris vagantes repererit, aut, si fas est, in propriis locis cœnobio suis rectoribus reos reformet [a], aut si difficile est, pro sola honestate, vigore suæ potestatis erudiendos inclinet.

1 *Al.* quoscumque ex sacerdotibus vel ministris vagantes repererint, aut si fuerint prope, cœnobiorum patribus corrigendos assignent, aut si difficile est, pro sola honestate vigoris sui potestate erudiendos inclinent.

CAP. VIII.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 2.

In secundo titulo, ut omnes abbates se, et fratres suos, et monasteria secundum beati Benedicti [b] regant statuta. *Idem vide in cap. 7. de Vita et clausura sanctimon. Et quæ sequuntur, in cap. 8. de Monachis episcop. curæ subject.*

CAP. IX.

Ut hi eligantur abbates, qui alios docere possint.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 2.

Adjungimus, ut per omnes diœceses tales eligantur abbates, [2] qui mysterii Sanctæ Trinitatis rationem fideliter faciant [c], et in divinis scripturis, et sacris canonibus sint eruditi. [3] Hi autem abbates proprias ecclesias canonicas [d] faciant, scholam [e] et disciplinam componant, ut tales deferant ad episcopos clericos ordinandos. *Quæ sequuntur, in cap. 17. de Ordinat. gradib. et ordinand. qualitat.*

2 *Al.* quod ministerium Sanctissimæ Trinitatis ratione.
3 *Al.* Is autem abbates per proprias.

CAP. X.

Ex eodem, cap. 3.

Mulieres extraneæ [4] nullam communionem, neque consortium cum episcopis, neque cum monachis habeant, neque ad habitandum permittimus [5]. Per necessitatem matrem

4 *Al.* nullum communium.
5 *Al.* Propter necessitatem.

a *Hoc est*: Abbati eos reformandos tradat. *b* Tunc cœpit monasticum S. Benedicti institutum in Hispania propagari, ex reformatione ut plurimum Cluniacensi. *c* Reddant. *d* In suis ecclesiis canonicam vitam instituant. *e* Juventutem ecclesiæ bonis moribus, et disciplinis ecclesiasticis informent.

trem, amitam, vel sororem, morem et [1] habitum religiosarum habentes, non vetamus. *Idem vide in cap. 11. de Vitæ episcoporum honest. Et quæ sequuntur, in cap. 46. de Missæ, et offic. celebr. ratione.*

1 *Al.* habitum religiosum.

CAP. XI.

Ut monachi caritatem, et paupertatem observent, et à sæculi negotiis dissiti sint.

Ex eodem, cap. 4.

[3] De cœnobialibus annectimus, ut ordinem regularem per omnia [4] observent, caritatem invicem teneant, proprias pecunias dimittant [b], ad sæculum non revertantur, in negotiis sæcularibus alios eligant, qui judicia et intentiones cunctas [5] monasterii asserant et discutiant. *Quæ sequuntur in cap. 15. de Monachis, et Virgin. propos. non servantibus.*

3 *Al.* De sanctimonialibus attestamur, ut ordinem regularem.
4 *Al.* penitus observent.
5 *Al.* monasterii observent et discutiant.

TIT. III.

DE MONACHIS AD CLERUM ASSUMENDIS.

CAP. I.

Ex epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno 385. cap. 13.*

De monachorum promotione ad clerum.

[a] MONACHOS quoque, quos tamen morum gravitas, et vitæ ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari, et optamus et volumus, ita ut qui intra tricesimum ætatis annum sunt digni, in minoribus per gradus singulos crescente tempore promoveantur ordinibus, et sic ad diaconatus, vel presbyterii insignia maturæ ætatis consecratione perveniant. Nec [6] statim [7] saltu ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita. *Idem vide in cap. 3. de Ordinat. grad. et ordinand. qualit.*

a *Can.* 29. *c.*16. *q.*1.
6 *Al.* deest statim.
7 *Al.* per saltus.

a Monachis. b Proprium peculium a se abjiciant.

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. canone 3.

De monachis, ut clerici ordinentur cum voluntate abbatis.

* *Can.* 34. *c.* 16. *q.* 1.
1 *Al. deest* : vero.
2 *Al. deest* : vel Aurelianensis.
3 *Al.* adjiciendo, ut quum pro ecclesiæ utilitate aliquos episcopus.
4 *Al.* officio promovendos cum abbatis.

* De monachis [1] vero id observari placuit, quod synodus Agathensis [a] [2] vel Aurelianensis [b] noscitur decrevisse. Hoc tantummodo [3] adjiciendum, ut pro ecclesiæ utilitate, quos episcopus probaverit, in clericatus [4] officio cum abbatis voluntate debeant ordinari. *Quæ sequuntur, in cap. 2. de Monach. episc. curæ subject.*

CAP. III.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. can. 53.

De monachis *religiosis vagis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur*, ut ad alterutrum adstringantur.

5 *Al.* vagi feruntur.
6 *Al.* commorari noscuntur.
7 *Al.* ut aut in clero, aut in monasterio deputentur.
8 *Al.* præter eos.

Religiosi propriæ regionis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur, sive hi qui per diversa loca [5] vagi fuerint, ab episcopis, in quorum conventu [c] [6] commanere noscuntur, licentia eorum coerceatur, [7] in clero aut in monasteriis deputati, [8] præter illos, qui ab episcopo suo aut propter ætatem, aut propter languorem fuerint absoluti. *Eumdem vide in cap. 6. de Regul. Monach. vita.*

TIT. IV.

DE MONACHIS EPISCOPORUM CURÆ SUBJECTIS.

CAP. I.

Ex Concilio Barcinonensi anno 540. can. 10.

De monachis vero id observari præcipimus, quæ synodus Chalcedonensis [d] constituit.

a Can. 27. *b Can.* 21. *c* Diœcesi. *d* Scilicet *can.* 4. quod monachi, et monasteria episcopis subsint.

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. *canone* 3.

Et quæ monasterio offeruntur, non auferantur ab episcopo; *et de Basilicis, quas laici fecerint* in monasteriis, ut ab episcoporum jurisdictione non segregentur.

* Ea vero, quæ in jure monasterii de facultatibus offeruntur, in nullo diœcesana lege [1] ab episcopo contingantur [a]. Si autem ex laicis quispiam a se factam Basilicam consecrari desiderat, [2] nequaquam sub monasterii specie, ubi congregatio non colligitur, vel regula ab episcopo non [3] constituitur, eam a diœcesana lege [b] audeat segregare.

* *Can.* 1. *c.* 10. *q.* 1.
1 *Al.* ab episcopis.
2 *Al.* nequaquam eam.
3 *Al.* constituitur, a diœcesana.

CAP. III.

Episcopi semel in anno abbates monasteriorum ad se venire jubeant, ut eis regulas, quibus monasteria regant præscribant.

Ex Concilio Oscensi anno 598. *canone* 1.

In nomine Domini nostri Jesu Christi convenientes omnes in unum concilio Oscensi, hoc synodus sancta fieri elegit, ut annuis vicibus unusquisque nostrum omnes abbates monasteriorum, vel presbyteros, et diaconos suæ diœcesis ad locum, ubi episcopus elegerit, congregare præcipiat, et omnibus regulam demonstret ducendi vitas, cunctosque sub ecclesiasticis regulis adesse præmoneat, quosque etiam parsimoniæ, et sobrietatis, atque veridicæ castimoniæ honestorum virorum testimonio forma commendet. *Eumdem vide in. cap. 1. de Canon. cleric. vita, et cap. 5. de Regul. monach. vita.*

a Id est: ut nihil sibi episcopus de his, quæ monasterio offeruntur, usurpare audeat. *b* Ab episcopi potestate.

CAP.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *canone* 51.

De discretione potestatis episcoporum, quam in monasteriis habere potuerunt, scilicet, ut potestatem habeant monachos corripiendi, nullam autem quicquam sibi ex eorum rebus assumendi.

Nuntiatum est præsenti concilio, quod monachi episcopali imperio [1] servili opere mancipentur, et jura monasteriorum [2] contra constituta canonum illicita præsumtione usurpentur; ita ut pene ex cœnobio possessio [a] fiat, atque illustris portio Christi ad ignominiam servitutemque perveniat. Quapropter monemus eos, qui ecclesiis præsunt, [3] ut ultra non præsumant; sed hoc tantum sibi [4] in monasteriis vindicent sacerdotes, [5] quod præcipiunt canones, [*] [6] id est, monachos ad conversationem sanctam [7] præmonere, abbates aliaque officia instituere, atque extra [b] regulam facta corrigere. Quod si aliquid in monachis canonibus interdictum præsumserint, aut usurpare quippiam de monasterii rebus tentaverint, non deerit ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam [8] sustulerant [c] ab illicitis.

1 *Al.* servili operi.
2 *Al.* contra instituta.
3 *Al.* ut ultra talia.
4 *Al.* in monasterio.
5 *Al.* quos præcipiunt.
* *Can.* 1. *c.* 18. *q.* 1.
6 *Al.* id est in monachos.
7 *Al.* sanctam præmonere.
8 *Al.* sustulerint.

CAP. V.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. *canone* 11.

Ut omnis presbyter, abbas, vel diaconus episcopo suo humilitatem teneat, et reverentiam summam.

Pervenit ad cœtum hujus sancti concilii, presbyteros, abbates, et diaconos episcopo suo inobedientes esse, atque id intromissum est [d], ut dum quilibet ex presbyteris, aut abbatibus ecclesiarum suarum a decentibus episcopis habeant absolutionem, episcopo suo dignam obedientiam justamque reverentiam non exhibeant, et quibus concessa est per canonicam sententiam, visitandi sua parochia, his potius infertur injuria, et movetur calumnia. Proinde placuit huic san-

[a] Possessio, quæ sibi redditus pariat. [b] Contra regulam. [c] Abstinuerant. [d] Additum vel adjectum est.

sancto concilio, ut tam a presbyteris, quam ab abbatibus, sive etiam a diaconibus episcopo honor debitus impendatur, ut a nullo contumeliam pati videatur, et quandocumque contigerit, eum juxta canonicam sententiam visitare suam parochiam, et digne eum suscipiant, et prout habuerint, aut ratio permiserit, illi præparent quæ fuerint necessaria. Id vero per omnia servandum instituimus, ut nulli presbytero vel diacono sine voluntate episcopi sui licentia sit, sæculares peragere caussas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis hujus ordinem capituli transcendere voluerit, excommunicationis sententia feriendum se, noverit. *Eumdem vide in cap. 1. de Debita episcop. reverent. et partem in cap. 7. de Clerico negotiat.*

CAP. VI.

Monachi, exceptis peculiaribus ab episcopo concessis officiis, cetera, sicut in majori ecclesia, celebrare debent.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. *can.* 3.

Abbatibus sane indultis officiis, quæ juxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica, id est, [1] vesperam, matutinum, sive missam aliter quam in principali ecclesia celebrare non liceat. Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione privatus, apud metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus, [2] qualiter apud illum et præteritæ transgressionis culpam lacrimis diluat, et necessariam officiorum doctrinam [a] studiose addiscat. *Integrum vide in cap. 37. de Metropol. et cap. 34. de Missæ et officii eccles.*

1 *Al.* vesperas.

2 *Al.* quatenus apud.

CAP. VII.

Ex Concilio Legionensi anno 1012. *canone* 3.

Decrevimus etiam, ut nullus contineat [b] seu contendat episcopus abbates suarum diœceseon, sive monachos, abbatissas, sanctimoniales, refuganos [c], sed omnes permaneant sub ditione sui episcopi.

a Regulas sive rubricas. *b* Ut nullus, præter episcopum, monachis præesse præsumat. *c* Monachos, et monachas refugas.

CAP. VIII.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 2.

Ut abbates, et monachi suis obediant episcopis.

Et ipsi abbates, et abbatissæ cum suis congregationibus, et cœnobiis sint obedientes, et per omnia subditi suis episcopis. *Quæ sequuntur in cap. 14. de Monach. et virgin. propos. non servant.*

TIT. V.

DE MONACHIS, ET VIRGINIBUS PROPOSITUM NON SERVANTIBUS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 13.

De virginibus Deo sacratis, si adulteraverint; ut si resipuerint, et toto vitæ suæ spatio pœnitentiam egerint, in exitu vitæ communione participent.

* VIRGINES, quæ se Deo [1] dedicaverunt, si pactum[a] perdiderint virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intelligentes quid [2] admisserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. [3] Quod si semetipsas pœnituerint[b], quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, et toto tempore vitæ suæ hujusmodi feminæ egerint [4] pœnitentiam, et abstinuerint se a coitu, eo quod lapsæ potius videantur, placuit eas in fine communionem accipere debere.

* *Can* 25. *c.*27. *q.* 1.
1 *Al.* dedicaverint.
2 *Al.* amisserint.
3 *Al.* Quod si semel persuasæ aut infirmi corporis lapsu vitiatæ omni tempore.
4 *Al.* pœnitentiam, ut abstinuerint.

a Promissionem castitatis, Deo factam. *b* *Adde*: eo quod *&c.*

CAP. II.

Ex epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 6.

De monachis, et sacris virginibus, propositum non servantibus, ut in vitæ tantum exitu communione donentur, si crimen continua lamentatione expiaverint.

Præterea monachorum quosdam, atque monacharum, abjecto proposito sanctitatis, in tantam protestatis demersos esse lasciviam, ut prius clanculo, velut sub monasteriorum prætextu, illicita ac sacrilega se contagione miscuerint, postea vero in abruptum conscientiæ desperatione perducti, de illicitis complexibus libere filios procrearint, quod et publicæ leges [a] et ecclesiastica jura [b] condemnant. Has ergo impudicas detestabilesque personas a monasteriorum cœtu ecclesiarumque conventibus eliminandas esse, mandamus; quatenus retrusæ in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem saltem solius misericordiæ intuitu, per communionis gratiam possit indulgentia subvenire.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 16.

[1] *Devota, si adulteraverit, decem annos pœniteat; si maritum duxerit, non permittendam ad pœnitentiam, nisi maritus decesserit*, aut ipsa caste vivere cœperit.

1 Al. *Ut devota, si adultera fuerit, decem, &c.*

[*] Devotam peccantem [c] non recipiendam [2] in ecclesiam [d], nisi peccare desierit, [3] et desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem [e]. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, [4] ad nullum convivium christianæ mulieris accedat [f]; quod si admissa fue-

* *Can.* 27. *c.* 27. *q.* 1.
2 *Al.* in ecclesia censemus, nisi.
3 *Al.* et si desinens, egerit veram pœnitentiam.
4 *Al.* ad nullius convivium.

a Authent. *Incestus.* Cod. de *Incestis nupt.* *b* Arel. I. *can.* 3. *c* Peccato luxuriæ.
d Prohibeatur ingressus ad ecclesiam. *e Hoc est*: Si a peccato recedens, egerit pœnitentiam, licet permittatur illi in ecclesiam ingressus, ad communionem, nisi post decem pœnitentiæ annos, non admittatur. *f* Vide Tit. *de Pœnitentibus*; et Pacianum *Parænesi ad Pœnit.* num. 19.

fuerit, etiam hæc, [1] quæ eam recepit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc [2] vivente ipso viro caste vivere cœperit, aut postquam ipse decesserit.

1 *Al.* quæ eam receperit.

2 *Al.* vivente ipso marito, caste vivere cœpit, aut.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 19.

Si sacerdotis vel diaconi filia religiosa peccaverit, in fine tantum communicet.

Episcopi, sive presbyteri, [3] vel diaconi filia, si Deo devota fuerit, et peccaverit, et maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni. Pater vero caussas in concilio se noverit præstaturum [a]; [4] mulier vero non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem vivente eo, secesserit, [5] et pœnituerit, vel petierit communionem, in ultimo vitæ deficiens, accipiat communionem.

3 *Al.* sive diaconi filia, si devota fuerit.

4 *Al.* mulier autem.

5 *Al.* et pœnituerit, nullo modo, nisi vitæ deficiens *vel* pœnituerit, vel petierit communionem, in ultimo accipiat.

CAP. V.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 30.

[6] *De filia episcopi, vel presbyteri, sive diaconi* devota, si peccaverit, ut in fine vitæ dumtaxat communionem accipiat.

[*] [7] Si devota fuerit, et maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni. Pater vero caussas in concilio se noverit præstaturum; mulier vero non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. [8] Si autem vivente eo, recesserit, et pœnituerit, communionem in [9] ultimo vitæ deficiens, accipiat.

6 Al. *De filia episcopi vel presbyteri, quæ fuerit devota, et peccaverit.*

* *Can. 26. c. 27. q. 1. ex Tolet. I. can. 19. ut supra cap. 4.*

7 *Al.* De filia episcopi vel presbyteri, sive diaconi, si Deo devota fuerit, &c.

8 *Al.* Sin autem.

9 *Al.* ultimo fine vitæ.

a Ne forte filiæ delicto consenserit.

CAP.

CAP. VI.

Ex eadem, cap. 31.

[1] *De devota peccante*, ut decem annis pœniteat; *vel quæ se maritaverit*, ut ad pœnitentiam non admittatur, nisi post viri obitum, aut postquam ipsa caste vivere cœperit.

[*] Devotam peccantem non recipiendam in ecclesia, nisi peccare desierit, et desinens, egerit aptam pœnitentiam decem annis, et recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius convivium christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, [2] etiam ea, quæ illam receperit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc vivente ipso marito, caste vixerit, aut post ipse [3] de hac vita discesserit.

1 *De devota, vel peccante quæ se maritaverit.*

* *Ex Tolet. I. c.* 16. *ut supra cap.* 3.

2 *Al.* etiam hæc quæ eam receperit.

3 *Al.* postquam de hac.

CAP. VII.

Virgo devota ad terrena connubia pertransiens, vel a pudicitiæ violatore discedere nolens, excommunicetur.

Ex Concilio Barcinonensi anno 599. *can.* 4.

Pari etiam consideratione sanctientes, ut si qua virgo propria voluntate, abjecta laicali veste, devotarum more induta, castitatem servare promiserit, vel si qui hominum utriusque sexus pœnitentiæ benedictionem expetendo a sacerdote perceperint, et ad terrena connubia sponte transierint [a], aut violenter abstractæ feminæ, a pudicitiæ violatore se sequestrare noluerint, utrique ab ecclesiarum liminibus expulsi, ita ab hominum catholicorum communione sint separati, ut nulla prorsus eis vel colloquii consolatio sit relicta. *Eumdem vide in cap. 5. de Recidivis.*

CAP. VIII.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 52.

De monachis vagis, et a monasterio egressis, qui uxores accipiunt, ut in monasterium revocati, pœnitentiam agant.

Nonnulli monachorum egredientes a monasterio, non so-

[a] Par ferme erat monachorum, et pœnitentium professio, et habitus.

1 *Al.* sed etiam et uxores.
2 *Al.* a quo exierant.

solum ad sæculum revertuntur, [1] sed etiam uxores accipiunt. Hi igitur revocati, in eodem monasterio, [2] a quo exierunt, pœnitentiæ deputentur, ibique defleant crimina sua, unde decesserunt.

CAP. IX.

Ex eodem, canone 55.

De pœnitentibus viris religiosis, *ac viduis, sive virginibus, qui divertentes laici fiunt, aut vestem mutant, vel conjugiis copulantur*, ut nisi ad pœnitentiam vel propositum revertantur, anathematizentur.

3 *Al.* recesserunt, renoventur.
4 *Al.* per potentiam.
5 *Al.* admoniti revertuntur.
6 *Al.* qui tonsi collaudantibus parentibus fuerunt, se ipsos religioni voverunt.
7 *Al.* ut iidem a sacerdote.
8 *Al.* Quod si renoventur, et reverti *vel* converti nolunt, velut apostatæ.

Quicumque ex sæcularibus accipientes pœnitentiam totonderunt se, et rursus prævaricantes laici effecti sunt, comprehensi ab episcopo suo, ad pœnitentiam ex qua [3] recesserunt, revocentur. Quod si aliqui [4] per pœnitentiam irrevocabiles sunt, nec [5] admoniti revertantur, vere ut apostatæ coram ecclesia anathematis sententia condemnentur. Non aliter et hi [6] qui detonsi a parentibus fuerint, aut sponte sua, amissis parentibus, se ipsos religioni devoverunt, et postea habitum sæcularem sumserunt, [7] et iidem a sacerdote comprehensi ad cultum religionis, acta prius pœnitentia, revocentur. [8] Quod si reverti non possunt, vere ut apostatæ anathematis sententiæ subjiciantur; quæ forma servabitur etiam in viduis virginibusque sacris, ac pœnitentibus feminis, quæ sanctimonialem habitum induerunt, et postea aut vestem mutaverunt, aut ad nuptias transierunt. *Eumdem vide in cap. 6. de Recidivis.*

CAP. X.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. *can.* 6.

De viris, et feminis sacris, propositum transgredientibus sacrum, ut nisi ad propositum revertantur, excommunicentur.

* *Can.* 2. *c.* 20. *q.* 3.
9 *Al.* voluntatem, et imitatrix.
10 *Al.* semel induerint, *vel* induerunt.
11 *Al.* ac fuerit delegata puellarum.

* Proclivis est cursus ad [9] voluptatem, imitatrix natura vitiorum. Quamobrem quisquis virorum vel mulierum habitum [10] semel induerit spontanee religiosum, aut si vir deditus ecclesiæ choro, vel femina fuerit, [11] ac fuit delegata puellarum monasterio, in utroque sexu prævaricator, ad pro-

propositum invitus reverti cogatur, ut vir detondeatur, [1] et puella monasterio reintegretur. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere voluerint, sacerdotali sententia ita [2] de christianorum coetu habeantur extorres, [3] ut nec locutio cum eis ulla sit communis. Viduæ quoque, sicut universalis jam [4] dudum statuit synodus [a], professionis vel habitus sui desertrices superiori sententia condemnentur.

1 *Al.* et puella ad monasterium regrediatur.

2 *Al.* a christianorum.

3 *Al.* ut nec locus ullus sit communionis.

4 *Al. deest* : dudum.

CAP. XI.

Ex Concilio Toletano X. anno 656. can. 5.

[5] *De remotis excusationibus* virginum, vel *viduarum*, *transgressionem* propositi *religionis sequentium*, ut excommunicentur, et in monasterium reducantur ad poenitentiam.

5 Al. *De sanctimonialibus feminis, quæ propositum abjecerunt.*

[6] Omnes feminæ, quæ jam in præteritum religionis veste fuisse probantur indutæ, [7] nihil ad excusationem valeat oppositionum quælibet objectio, quamvis diversis aut callidis adumbrare se velint fallaciæ argumentis, sed ad [8] sacratissimas sanctiones disciplina sanctior teneat eas religatas atque [9] subnexas. Commoveantur sane sacerdotis auctoritate, [10] ut sponte ardeant [b]; quæ si redire noluerint, impulsu [c] sacerdotis [11] ad religionis habitum reducantur, et in monasteriis [12] reductæ, excommunicationis condignæ sententia feriantur. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quæ quamlibet [d] a sacerdote [13] vel ministro sanctimoniæ vestem non accepissent, ipsæ tamen aut indutæ sunt, [14] aut illo indui habitu consenserunt, qui religionis esse cultus ab intuentibus crederetur, [15] sicque coram ecclesia, vel sacerdote, aut etiam competentibus testibus quandoque [16] indutæ visæ, certis indiciis aut testimoniis approbantur. [17] [*] Omnes hæ tamen, seu post transgressum resumentes iteratam conversionem, sicut præmissum est, et pallio capita contegant, et conscriptam roboratamque faciant professionis scripturam, [18] per quam ulterius non sinantur relabi ad prævaricationis audaciam. Quæ vero ex omnibus his fuerint repertæ, animum aut vestem in transgressionem dedisse, et excommunicationis sententiam ferant, et rursum mutato habitu in monasteriis, donec diem ultimum claudant, sub ærumnis arduæ poenitentiæ maneant religatæ.

6 *Al.* Omnibus feminis quæ jam.

7 *Al.* nihil excusationis valeat in oppositionem.

8 *Al.* sacratissimam sanctionem.

9 *Al.* subnixas. Commoneantur.

10 *Al.* ut redeant sponte.

11 *Al.* ad religionis cultum.

12 *Al.* redactæ.

13 *Al. deest* : vel ministro.

14 *Al.* aut in illo diu habitu.

15 *Al.* si coram ecclesia.

16 *Al.* indutæ veste certis.

17 *Al.* Omnes tamen hæ seu venientes ad primam religionem, seu post transgressum resumentes.

* *Can.* 36. *c.*27. *q.*1.

18 *Al.* per quam ulterius.

a Tolet. IV. *can.* 55. Vide supra cap. prox. *b Potius* : Sponte redeant. *c* Compellantur ab episcopo. *d* Quamvis.

CAP.

CAP. XII.

Ex eodem, canone 6.

De his qui in parva ætate, coram parentibus religionis habitum tenuerint, [1] ut si illum deposuerint, excommunicentur, et ad religiosum habitum resumendum cogantur.

[2] Quum hucusque dissolutæ operationis effectus interdum nutare fecerit honestæ constitutionis edictum, dum incondite resolvi putatur, quod indissolubile sanctionis auctoritate tenetur; ideo quicquid obvium ex incerto incurrit, evidenter abjici debet [a], ut de cetero nihil supersit, quod in dubium notetur. * Ideoque si in qualibet minori ætate vel religionis tonsuram, vel religioni debitam vestem in utroque sexu filiis aut unus aut ambo parentes [3] dederint, certe aut nolentibus, aut nescientibus se, susceptam non mox visam in filiis abdicaverint, sed vel coram se, vel coram ecclesia, palamque in conventu eosdem filios talia habere permiserint [b], ad sæcularem reverti habitum ipsis filiis quandoque penitus non licebit, sed convicti quod tonsuram, aut religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum habitumque revocentur, et [4] sub æterna districtione hujuscemodi observantiæ inservire cogantur. Parentibus sane filios suos religioni contradere, non amplius quam usque [5] ad decimum ætatis eorum annum licentia poterit esse. Postea vero an cum voluntate parentum, an suæ devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum religionis assumere cultum [c]. Quisquis autem vel abolitione tonsuræ, vel sæcularis vestis assumtione detectus fuerit attigisse transgressionem, et excommunicationis censuram accipiat, et religioni semper inhæreat. *Eumdem vide in cap. 4. de Votis monast. et aliis.*

1 Al. *tenuerint. Vel: usque ad quotum annum liceat parentibus filios tradere religioni.*

2 *Al.* De his qui in parva ætate coram parentibus religionis habitum tenuerunt, quum usque huc dissolutæ operationis effectus interdum mutare fecit honestum constitutionis edictum, dum incognite resolvi, *vel* dum proponimus ne resolvi putetur, quod indissolubili sanctionis...... quicquid in dubium ex incerto occurrit, evidenter abjici decet, ut de cetero nihil supersit, quod in dubium nutet.

* *Can. 1. c. 20. q. 2.*

3 *Al.* dederint, forte aut nolentibus, aut nescientibus se se susceptam, et non mox visam.

4 *Al.* sub strenua districtione.

5 *Al.* ad duodecimum, *vel* quatuordecimum.

a *Hoc est*: Debet pleno in lumine collocari quicquid obscurum nobis videtur in canonibus.

b *Hoc est*: Nedum non abjecerunt a filiis religiosam vestem, simul ac illos vel nolentes vel nescientes eadem veste induerunt, sed publice coram omnibus in ecclesia, ipsa indutos adesse permiserunt.

c *Hoc est*: Post decimum ætatis annum poterunt filii aut sponte sua, ex sui ipsius sive solitario voto, vel ex parentum oblatione monasticam assumere vestem.

CAP.

CAP. XIII.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. *can.* 11.

Nequis alienum clericum vel monachum suscipiat fugientem, sub pœna unius anni pœnitentiæ, si presbyter aut diaconus fuerit, et a lege Gothica, si laicus.

Multæ super hoc capitulum patrum præcedentium [a] sententiæ manaverunt, quod multiplici prohibitione sanctum est, ut alterius clericum nemo solicitare, nemo fugientem recipere, nemo etiam aut obcelare, aut ordinare auderet. Sed quia abundante iniquitate, et refrigescente caritate, non honestas attenditur, nec cupiditas inhibetur, agendum est, ut quos impunis admonitio non emendat, evidens sententia damnationis coerceat. Placuit ergo, ut nullus alienum presbyterum, abbatem, ministrum, subdiaconum, vel quemlibet clericum, seu etiam monachum fugientem vagumque suscipiat, non ad fugam suadeat, non fugæ latibulum præbeat, non apud se habito vel retento humanitatem impendat, non occasiones, quibus quasi se nesciente alibi lateat, turpi oppositione confingat; nam horum omnium casibus non solum turpatur honestas, sed frequenti dolorum acerbitate confoditur fraternitas [b]. Etenim si dicat quis, simplici animo alterius clericum suscepisse, nec nosse eum fugitivum existere, tunc evidens innocentiæ suæ puritas approbanda est, quando eum quem suscepit, et infra octo dies juxta legum sanctionem judici præsentaverit, et infra tempus legibus constitutum illuc fugitivum reduxerit, unde per fugam vagabundus exivit.

Quicumque ergo ex pontificibus, seu sacerdotibus, vel ministris, ceterisque religiosis hujus institutionis nostræ violaverit sanctionem, si hujusmodi susceptor episcopus est, et eum quem suscepit, cum his quæ habere potuit, et ei a quo evagatus est, sine dilatione restituet; et insuper ut vere sacrilegus et transgressor institutionis paternæ, tanto tempore excommunicatum, et remotum se a suis officiis noverit esse, quanto eum qui fugit sub sua potestate contigerit remorasse. Si autem hujus constitutionis nostræ prævaricator presbyter, diaconus, vel quilibet ex religiosis

 vi-

a Vide tit. *de Resident. cleric.* et tit. *de Regul. monach. vita.* b Nedum offenditur in debitam ceteris episcopis reverentiam, sed et fit, ut episcopi frequenti dolorum acerbitate concutiantur.

videatur haberi, reddito eo cum rebus sibi debitis, quem suscepit, ipse solus apud eum anno integro sub pœnitentiæ censura deputatus tenebitur, cujus fugitivum suscepisse monstratur. Quicumque tamen talibus humanitatem impendunt, eadem et simili censura legum exquirendos et obstringendos se noverint, qua susceptores fugitivorum legum sanctione præmonentur adstringi. Illi autem, qui prædecessorum suorum id actum esse temeritate contendunt, tunc immunes ab hujus ultionis sententiâ habebuntur, si a tempore ordinationis suæ infra duorum mensium spatium, ejus qui apud se est, et latebram publicaverint, et personam domino fugitivi reduxerint. His sane, qui de confinitimis episcopis, ceterisque ecclesiarum rectoribus ad metropolitanum suum pro caussarum suarum necessitate confugiunt, sicut licentia talibus perfugii datur, ita hi, qui eos susceperint, damnari utpote receptores fugitivorum non poterunt; præsertim si et publice illos apud se habeant, et eos, cum quibus actiones habuerint, ad reposcentis vocem conventuros admoneant. *Eumdem vide in cap. 16. de Resid. cleric. et partem in cap. 43. de Metropol.*

CAP. XIV.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.*2.

Nullus eorum (*abbatum et abbatissarum*) recipiat monachum alienum, aut sanctimonialem, nisi per abbatis sui et abbatissæ jussionem. Si quis hoc decretum violare præsumserit, anathema sit.

CAP. XV.

Ut monachi ad sæculum reversi, excommunicentur, et qui eos receptaverint.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 4.

[1] Illi vero, qui regulari ordini in monasteriis inservire proposuerunt, et post ad sæculum regressi sunt, sicut canis ad vomitum suum, tamdiu ab ecclesiis, et christianis separentur, quousque [2] priori statu a monasteriis recipiantur. [3] Qui eos patrocinari aut defendere voluerit, et eos non statim ad proprium locum reduxerit, excommunicetur.

1 *Al.* Ii vero, qui regularem ordinem in monasteriis præposuerunt, et postea regressi sunt, sicut canis &c.

2 *Al.* priori statui in monasteriis.

3 *Al.* Quod qui eos patrocinari, aut detinere voluerit, et eos non secum ad proprium.

CAP.

CAP. XVI.

Ex Concilio Palentino anno 1129. *cap.* 7.

Monachi vagi ad propria monasteria reduci compellantur, nec episcopi eos retineant sine licentia suorum abbatum.

TIT. VI.

DE VITA ET CLAUSURA SANCTIMONIALIUM.

CAP. I.

Ex Concilio Cæsaraugustano anno 380. *can.*8.

Ut ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur.

Item lectum est, non velandas esse virgines, quæ se Deo voverint, nisi quadraginta annorum probata ætate, quam sacerdos comprobaverit. Ab universis episcopis dictum est: Placet.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 6.

Ut religiosa puella virorum familiaritatem non [1] *habeat.*

[2] Item neque puella Dei [a] aut familiaritatem habeat cum confessore [b], aut cum quolibet laico [3] sibi sanguinis alieni, aut convivium sola adeat, nisi ubi sit seniorum frequentia, aut honestorum, aut viduarum honestarumque, ubi honeste confessor quilibet cum plurimorum [4] testimonio convivio [5] interesse poterit. Cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videndas, nisi forte consanguinea soror [c] sit, [6] vel uterina.

1 Al. *in domo non habeat.*
2 *Al.* Itemque puella Dei.
3 *Al. deest:* sibi.
4 *Al.* testimonio testium.
5 *Al.* interesse potuerit.
6 *Al.* aut uterina.

a Deo dicata. *b* Clerico inferiori. *c* Consobrina.

CAP. III.

Ex eodem, canone 9.

Ut nulla professa vel vidua, absente sacerdote, in domo sua sacerdotale officium, vel lucernale impleat.

Nulla professa [a], vel vidua [b], absente episcopo vel presbytero, in domo sua antiphonas [c] cum confessore vel servo suo faciat; lucernarium [d] vero nisi in ecclesia non legatur, [1] aut si legitur in villa, præsente episcopo, vel presbytero, vel diacono legatur.

1 *Al.* aut si legatur.

CAP. IV.

Devotæ feminæ nullum, cum iniquis præsertim viris, consortium habeant.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 32.

* *Tolet. I. can. 6.*

* Similiter et religiosis feminis laicorum alienorum familiaritatem et consortium [2] prohibemus, et eorum, qui nec in Dei timore subjecti sunt, nec continentiæ retinent disciplinam. *Primam hujus capitis partem vide in cap. 8. de Cohabit. cleric. et mulier.*

2 *Al.* prohibemus, eorum, scilicet, qui nec Dei timori subjecti, nec continentiæ.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. can. 56.

De discretione sæcularium, et sanctimonialium viduarum; scilicet, ut sanctimoniales nubere non possint.

Duo sunt genera viduarum, sæculares, et sanctimoniales; sæculares viduæ sunt, quæ adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt; sanctimoniales sunt, quæ jam mutato habitu sæculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis [3] vel ecclesiæ apparuerint. Hæ, si ad nuptias [4] transierunt, juxta Apostolum non sine damnatione erunt, quia se primum Deo voventes, postea castitatis propositum abjecerunt.

3 *Al.* et ecclesiæ.
4 *Al.* transierint.
1. *Timoth.* 5. *v.* 12.

a Quæ castitatem professa fuerit. *b* Religiosæ vitæ dedita. *c* Preces, quæ alternatim recitabantur. *d* Oratio, quæ ad vesperam accensa lucerna fiebat.

CAP.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano X. anno 656. canone 4.

[1] *De professione, et veste religiosarum viduarum.*

Bene per spiritum Dei possumus cum S. Apostolo dicere, non [2] ignorare nos astutias satanæ, quia impellimur [3] zeli domus Dei ardore cremari. Videmus enim, ad tanta fraudum studia convalescentem excrevisse perniciem, [4] ut primæva patrum constitutio a quibusdam æstimetur illudi, et nova judicum putetur [5] intentio falli. Nam inveniuntur nonnullæ viduæ diversis excusationibus se adeo contegentes, ut blandiantur sibi, non se patrum plena religionis alligatas institutione teneri. Unde antiquis inconcusse permanentibus regulis, * hoc adjicitur novæ oraculo sanctionis, ut vidua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti vel ministro, ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis [6] professionem suam faciat, a se aut signo aut [7] subscriptione notatam, continentem se et religionis propositum velle, et hoc perenniter inviolate servare. [8] Ac tunc, accepta a sacerdote vel ministro apta [9] religionis usui veste, seu lectulo quiescens, sive [10] quocumque loco consistens, incunctanter utatur, nec diversi coloris, aut diversæ [a] partis eadem sit notabilis vestis, [11] nisi religiosa, et non suspecta, quæ careat et varietatibus colorum, et [12] diversitatibus partium, adeo ut absque ulla suspicione transgressionis maneat usui tantum apta sanctæ religionis, [13] et usui sexus competens ad testimonium probitatis. Ut autem deinceps nihil devocetur in dubium, pallio [14] purpurei vel nigri coloris caput contegat ab initio susceptæ religionis, ut dum illic [15] intulerit signum probabilis sanctitatis, ubi nullius falli poterit visio intuentis, [16] nusquam attentetur ausu detestandæ præsumtionis.

1 Al. *De professione et habitu viduarum sanctimonialium.*
2. *Corinth.* 2. *v.* 11.
2 *Al.* ignorare vos astutiam satanæ.
3 *Al.* zelo domus Dei, et ardore.
4 *Al.* et ut primæva.
5 *Al.* intentio pelli.
* *Can.* 16. *c.* 20. *q.* 1.
6 *Al.* professionem faciat.
7 *Al.* subscriptione notam.
8 *Al. deest*: Ac.
9 *Al.* religionis hujus veste, *vel* professioni veste.
10 *Al.* quocumque in loco.... ea utatur.
11 *Al.* sed religiosa.
12 *Al.* diversitatibus specierum.
13 *Al.* et sui sexui.
14 *Al.* purpureo.
15 *Al.* tulerit.
16 *Al.* numquam ausus attentet detestandæ præsumtionis.

CAP. VII.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.*2.

In secundo titulo, ut omnes abbates se, et fratres suos, et monasteria, et abbatissæ se, et moniales suas, et monas-

a Scilicet: Quæ non constet diversis partibus, sed vestis a collo ad talo una sit.

nasteria secundum beati Benedicti regant statuta. *Idem vide in cap. 8. de Regul. monach. vita, et quæ sequuntur in cap. 8. de Monach. episc. curæ subject.*

TIT. VII.

DE VOTIS MONASTICIS ET ALIIS.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. can. 10.

[1] *De viduis, quæque voverint continentiam, teneant; et quæque nubere elegerint, quibus voluerint, nubant*; neque aliquis impedire audeat propositum castitatis earum sub excommunicationis pœna, *æque de virginibus.*

* [2] Pro consultu castitatis, quod maxime hortamento concilii proficere [3] debet, annuente domino nostro gloriosissimo Reccaredo Rege, hoc sanctum affirmat concilium, ut viduæ, quibus placuerit [4] tenere castitatem, nulla vi ad nuptias iterandas venire cogantur. Quod si prius quam profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubant, quos propria voluntate [5] elegerint habere maritos. Similis conditio et de virginibus habeatur, [6] ne circa voluntatem parentum vel suam cogantur maritos accipere. Si quis vero propositum castitatis viduæ vel virginis impedierit, a sancta communione et a liminibus ecclesiæ habeatur extraneus.

1 Al. *Ut viduis pro castitate violentiam nullus inferat, et ut mulier invita virum non ducat.*

* *Can. 16. c. 32. q. 2.*
2 *Al.* De consulto.
3 *Al.* debeat.

4 *Al.* teneant castitatem, et nulla vidua ad nuptias iterandas vi venire cogatur.
5 *Al.* voluerint habere.
6 *Al.* nec extra, vel contra voluntatem.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. can. 49.

De professione monachorum, et devotione parentum eorum.

* Monachum aut paterna devotio [a], aut propria professio facit; quicquid horum fuerit, [7] alligatum tenebit. Proinde his ad mundum [8] reverti intercludimus aditum, et [9] omnem ad sæculum interdicimus regressum.

* *Can. 3. c. 20. q. 1. Vide conc. Wormat. can. 23.*
7 *Al.* allegatum.
8 *Al.* revertendi.
9 *Al.* omnes... regressus.

a Ex Romanorum legibus emanavit, quod parentes filios suos adhuc teneros Monachatui perpetuo mancipandos traderent; sicuti et pro eisdem filiis sponsalia inire solebant.

CAP.

CAP. III.

Ex eodem, canone 50.

De clericis qui monachorum propositum appetunt, ut licitum habeant.

* Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

* *Can. un. c. 19. q. 1.*

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano X. anno 656. canone 6.

De his qui in parva ætate, non decem annorum minori, *coram parentibus religionis habitum* [1] *tenuerint*, ut ad sæculum eis reverti non liceat.

[1] *Al. tenuerint, vel usque ad quotum annum, liceat parentibus filios tradere religioni.*

Quum hucusque dissolutæ operationis effectus interdum nutare fecerit honestæ conversationis edictum, dum incondite resolvi putatur quod indissolubile sanctionis auctoritate tenetur, ideo quicquid obvium ex incerto incurrit, evidenter abjici debet, ut de cetero nihil supersit quod in dubium notetur. * Ideoque si in qualibet minori ætate vel religionis tonsuram vel religioni debitam vestem in utroque sexu filiis aut unus aut ambo parentes dederint, certe aut nolentibus aut nescientibus se, susceptam non mox visam in filiis abdicaverint, sed vel coram se, vel coram ecclesia palamque in conventu eosdem filios talia habere permiserint, ad sæcularem reverti habitum ipsis filiis quandoque penitus non licebit, sed convicti quod tonsuram aut religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum habitumque revocentur, et sub æterna districtione hujuscemodi observantiæ inservire cogantur. Parentibus sane filios suos religioni contradere non amplius quam usque ad decimum ætatis eorum annum licentia poterit esse. Postea vero an cum voluntate parentum, an suæ devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsuræ, vel sæcularis vestis assumtione detectus fuerit attigisse transgressionem, et excommunicationis censuram accipiat, et

* *Can. 1. c. 20. q. 2.*

et religioni semper inhæreat. *Eumdem vide in cap. 13. de Monachis et virgin. propos. non servant.*

LIBER IV.

DE REGIBUS, ET PROCERIBUS.

TIT. I.

DE HISPANORUM REGUM PIETATE.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. *can.* 7.

De recepto testimonio personarum, quæ per legem, quæ de promotione exercitus facta est, testificandi licentiam perdiderunt.

OMNIS disciplina sic subjectos debet arguere, ut spem veniæ non videatur auferre, nec funditus curvationis inducere jugum, sed temperantiæ semper adhibere consultum. Et ideo quia legem [*] illam a domino Wambane [1] Principe editam, quæ de progressione [a] est exercitus annotata, hujus principis [2] nostri et domini Ervigii mansuetudo temperare disposuit, ideo annuente nobis glorioso et religiosissimo Principe nostro Ervigio [3] necessarium hoc sanctum concilium definivit, ut hi [4] qui super prædictam legem testificandi dignitatem [5] perdiderant, recepto testimonio pristinæ dignitatis, caussas exequi possint debitæ actionis, [6] qualiter nobilitatis solitæ titulum reportantes [b], et quæque de præteritis legitime testificari voluerint, licentiæ obtineant votum, et a judicibus nullis prohibitionibus arceantur; hoc videlicet adjicientes, ut si quid in præteritis testificare voluerunt, si pro [7] sola rei infamatione rejecti sunt testimonio suo, nuper conquirant [c] quod in præteritis [8] conquirere poterant; tantum si illo tempore quo in præteritis ad testimonium dicendum vocati sunt, et supradictæ legis institutionibus reprobati, aut aliam criminis notam eos tunc non habuisse patuerit, aut [9] tricennium [d] tunc effluxisse, quum ad

1 *Al.* Principe edictam, quæ de proditione.

2 *Al.* nostri domini.

3 *Al.* necessarie.

4 *Al.* qui per superiorem legem.

5 *Al.* perdiderint.

6 *Al.* æqualiter nobilitatis solidæ.

7 *Al.* sola hujus rei.

8 *Al.* conquirere potuerant.

9 *Al.* triennium.

* L. 9. tit. 2. lib. 9. *For. Jud.* *a* *Id est*: Quæ edita fuit contra eos qui exercitum conflarunt Pauli tyranni, de quo infra. *b* Recuperantes. *c* Acquirant.
d L. 7. et 8. tit. 4. lib. 6. *For. Jud.*

ad testimonium fuerant prolati, hi qui eos reprobaverant, manifeste convicerint.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. can. 1.

De reddito testimonio dignitatis eorum, quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in societatem tyrannidis.

Primo igitur negotiorum exorsu, hortante pariter et jubente religiosissimo domino nostro Ervigio rege; decernendum nobis occurrit, ut omnes quos scelerata quondam contra gentem et patriam conjuratio Pauli [a] in perfidiam traxit, et titulo testimonii [1] honestioris abjecit, ad statum dignitatis pristinæ redeant, ut nulla deinceps illis ob hoc catena judicialis obsistat, sed omnes ita generosæ stirpis ac nobilitatis propriæ subeant decus, ut præteritæ infidelitatis nullum perferant dedecus. Quod etiam et de filiis eorum decernimus observandum, qui post admissum parentum præmemoratæ profanationis scelus nati esse produntur, sive de ceteris omnibus, qui ex tempore divæ memoriæ Chintilani regis simili hucusque infamationis nota respersi sunt. Et quia incassum a servitute exuitur, qui spoliis [b] premitur, hoc etiam adjiciendum præcelsi principis nostri clementia jussit, ut aggregati cœtus nostri sententia definiret, quo cum recepto testimonio dignitatis, congruis alerentur substantiis. Unde consonam votis ejus sententiam præfirmantes elegimus, ut ea quæ de rebus eorum nulli donata, neque in stipendiis data, sed tantum fisci sunt [2] viribus applicata, unusquisque, quod cuique proprium fuerit, incunctanter per auctoritates regias possidendum recipiat, et receptum proprii arbitrii libertate disponat. Illa vero quæ de eorum bonis largitione Principali [c] cuilibet donata, vel in stipendio data sunt, in eorum jure, quibus concessa sunt, perpetim tenebuntur. Hujus ergo pietatis sententiam, quam ordinante prædicto glorioso principe nostro, formavimus, si quis immutandam elegerit, et tantæ misericordiæ fabricam subruere tentaverit, per judicium omnipotentis Dei anathema sit.

1 *Al.* honestioris abegit.

2 *Al.* juribus applicata.

a Qui rebellionis in Gallia Gothica suscitatæ, extinguendæ caussa, missus ab Wamba, *in Sauli mentem conversus*, uti ait S. Julianus *Hist. Wambæ* cap. 7, caput se conjurationis constituerat. *b Hoc est*: Spoliatione. *c* Principis.

CAP. III.

Ex eodem, canone 3.

De tributorum principali relaxatione in plebe.

Tertii ordinis gloriosæ insinuationis occursu liberalitas principalis longe lateque diffussa, nostro se invexit cœtui agnoscenda, quæ sicut ex puro fonte regiæ provisionis processit, ita synodalis conventus debet sanctione præstringi. Et ideo religiosi principis nostri Ervigii regis affectus in toto gentis suæ ambitu usquequaque porrectus, de virtute in virtutem quodammodo gradiens, et quasi quibusdam passibus ad meliora conscendens, hoc per stilum regiæ auctoritatis decrevit, ut omne tributum præteritorum annorum, usque in anno primo regni sui, quod in privatis, sive in fiscalibus populis relucet, absolutionis perpetuæ debeat sanctione laxari; et tamen de ipsis tributis præcipiens, thesauris publicis exhiberi, quæ exacta et non illata fuisse, constiterint. Quod pietatis beneficium admirantes, non solum vigorem gloriæ definitionis ejus apponimus, sed et perpetuæ excommunicationi eum, qui contra hæc venerit, subjiciendum esse, sancimus.

TIT. II.

DE OBEDIENTIA, FIDELITATE, ET OBSEQUIO REGIBUS DEFERENDO.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. can. 30.

De sacerdotibus ad gentem extraneam nuncios mittentibus.

Confinitimi hostium sacerdotes, præter eos qui a regia [1] potestate licentiam acceperunt, [2] quodlibet mandatum a gente extranea occulte accipere vel dirigere non præsumant; qui autem deprehenditur [3] atque convincitur, denunciatus principi, apud concilium condigna animadversione multabitur.

1 *Al.* potestate sublimi.
2 *Al.* aut quodlibet mandatum ad gentem extraneam.
3 *Al.* aut convincitur.

CAP.

CAP. II.

Ex eodem, canone 75.

De commonitione plebis, ne in principem delinquatur; et de electione principum, et de transgressione fidei, quæ principibus promittitur, ut in hoc delinquens excommunicatus et anathematizatus habeatur; *atque de execratione Svintilanis, et conjugis, et prolis ejus; similiter et de Geilane germano ejus, ac rebus eorum.*

Post instituta quædam ecclesiastici ordinis, vel decreta quæ ad quorumdam pertinent disciplinam, postrema nobis cunctis sacerdotibus sententia est, pro robore nostrorum regum, et stabilitate gentis gothorum pontificale ultimum, sub Deo judice, ferre decretum. Multarum quippe gentium (ut fama est) tanta extat perfidia animorum, ut fidem sacramento promissam regibus suis [1] servare contemnant, et ore simulent juramenti professionem, dum retineant mente perfidiæ impietatem. Jurant enim regibus suis, et fidem quam pollicentur [2] prævaricant, nec metuunt volumen illud judicii Dei, per quod inducitur maledictio, multaque pœnarum comminatio super eos, qui jurant in nomine Dei mendaciter. Quæ igitur spes talibus populis contra hostes laborantibus erit? Quæ fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda? Quod fœdus non violandum? Quæ in hostibus jurata sponsio [3] permanebit, quando nec ipsis propriis regibus juratam fidem conservant? Quis enim adeo furiosus est, qui caput suum [4] manu propria desecet? [5] Illud notatum est, immemores salutis suæ propria manu se ipsos interimunt, in semetipsos suosque reges proprias convertendo vires, et [6] dum Dominus dicit: *Nolite tangere christos meos*, et David: *Quis*, inquit, *extendet manum suam in christum Domini, et innocens erit?* illis nec vitare metus est perjurium, nec [7] regibus suis inferre exitium.

Hostibus quippe fides pacti datur, nec violatur. Quod si in bello [8] fides valet, quanto magis in suis servanda est? Sacrilegium quippe est, si violetur a gentibus regum suorum promissa fides, quia non solum in eos fit pacti transgressio, sed et [9] in Deum quidem, in cujus nomine pollicetur ipsa promissio. Inde est, quod multa regna terrarum coe-

1 *Al.* observare contemnant.

2 *Al.* prævaricantur. *Jerem.* 27.

3 *Al.* stabilis permanebit.

4 *Al.* manu sua propria.

5 *Al.* Illi, ut notum est, immemores.

6 *Al.* quum Dominus dicat. *Psal.* 104. v. 15. 1. *Reg.* 26. v. 9.

7 *Al.* regibus inferre.

8 *Al.* fides vigeat, quanto magis in ceteris.

9 *Al.* in Deum, in cujus nomine.

* L. 9. Prol. For. Jud.

cœlestis iracundia ita permutavit, [1] ut per impietatem fidei, et morum alterum ab altero solveretur. Unde et nos cavere oportet casum hujusmodi gentium, ne similiter plaga feriamur præcipiti, et pœna puniamur crudeli. [2] Sic enim Deus angelis in se prævaricantibus non pepercit, qui per inobedientiam cœleste habitaculum perdiderunt. Unde et per [3] Esaiam dicitur: *Inebriatus est gladius meus in cœlo.* Quanto magis nos nostræ salutis interitum timere debemus, ne per infidelitatem eodem [4] sævientis Dei gladio pereamus? Quod si divinam iracundiam vitare volumus, et severitatem ejus ad clementiam provocare cupimus, servemus erga Deum religionis [5] cultum cum timore, custodiamus erga principes nostros pollicitam fidem atque sponsionem; non sit in nobis, [6] sicut in quibusdam gentibus, infidelitatis subtilitas impia, non [7] subdola mentis perfidia, non perjurii nefas, [8] nec conjurationum nefanda molimina. Nullus apud nos [9] præsumtione regnum arripiat, nullus excitet mutuas seditiones civium, nemo meditetur interitus regum, [10] sed et defuncto in pace principe, primates totius gentis cum sacerdotibus successorem regni concilio communi constituant, ut dum unitatis concordia a nobis retinetur, nullum patriæ [11] gentis dissidium per vim atque [12] ambitum oriatur.

Quod si hæc admonitio mentes nostras non corrigit, et ad salutem communem cor nostrum nequaquam perducit, [13] audite sententiam nostram [a]. Quicumque igitur a nobis vel totius Hispaniæ populis, qualibet conjuratione vel studio, sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque gothorum [14] statu, vel conservatione regiæ salutis pollicitus es, [15] temeraverit, aut nece regem attrectaverit, aut potestate regni exuerit, aut præsumtione tyrannica regni fastigium usurpaverit, anathema sit in conspectu Dei Patris, et angelorum, atque ab ecclesia catholica, quam profanaverit perjurio, efficiatur extraneus, et ab omni cœtu christianorum alienus cum omnibus impietatis suæ sociis; quia oportet ut una pœna teneat obnoxios, quos similis error [16] invenit implicatos. Quod iterum secundo replicamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis, quolibet tractatu, vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque gothorum statu, vel conservatione regiæ salutis pollicitus est, violaverit,

aut

1 *Al.* ut pro impietate.
2 *Al.* si enim Deus.
3 *Al.* Esaiam dicit. *Cap.* 34. *v.* 5.
4 *Al.* sæviente Dei gladio.
5 *Al.* cultum atque timorem usque ad mortem custodiamus.
6 *Al.* ut in quibusdam.
7 *Al.* subdolæ.
8 *Al.* et conjurationum.
9 *Al.* sub præsumtione.
10 *Al.* sed defuncto.
11 *Al.* gentisque.
12 *Al.* ambitum moliatur.
13 *Al.* audi.... quicumque ergo ex nobis.
14 *Al.* statu vel observatione.
15 *Al.* tentaverit.
16 *Al.* invenerit implicatos.

a Hæc sententia, quæ tertio repetitur in progressu, refertur a S. Juliano *Hist. Wambæ*, cap. 37. uti ex Conc. Tolet. Era, hoc est, canone 75.

aut regem nece attrectaverit, aut potestate regni exuerit, aut præsumtione tyrannica regni fastigium usurpaverit, anathema sit in conspectu [1] Christi, et apostolorum ejus, atque ab ecclesia catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, et ab omni consortio christianorum alienus, et damnatus in futuro Dei judicio habeatur cum [2] comparticipibus suis; quia dignum est, qui talibus sociantur, ipsi etiam damnationis eorum participatione obnoxii teneantur. Hoc etiam tertio acclamamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniæ populis, qualibet meditatione, vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ salute, gentisque gothorum statu, vel incolumitate regiæ potestatis pollicitus est, violaverit, aut regem nece attrectaverit, aut potestate regni exuerit, aut præsumtione tyrannica regni fastigium usurpaverit; anathema sit in conspectu Spiritus Sancti, et martyrum Christi, atque ab ecclesia catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, et ab omni communione christianorum alienus, [3] neque partem justorum habeat, sed cum diabolo, et angelis ejus æternis suppliciis condemnetur, una cum eis, qui [4] eadem conjuratione nituntur; ut par pœna perditionis constringat, quos in perniciem prava societas copulat. Et ideo, si placet omnibus qui adestis, [5] hæc tertio reiterata sententia vestræ vocis eam consensu firmate. Ab universo clero vel populo dictum est: Qui contra hanc vestram definitionem præsumserit, anathema, maranatha, hoc est perditio in [6] adventum Domini sit, et cum Juda Ischariot partem [7] habeat, et ipsi, et socii eorum. Amen [a].

Quapropter nos [8] ipsi sacerdotes omnem ecclesiam Christi, ac populum admonemus, ut tremenda hæc, et totiens [9] iterata sententia nullum ex nobis præsenti atque æterno condemnet judicio, sed fidem promissam erga gloriosissimum dominum nostrum Sisenandum regem custodientes, ac sincera illi devotione famulantes, non solum divinæ pietatis clementiam in nobis provocemus, sed etiam gratiam antefati principis percipere mereamur. [10] Amen. *Quæ sequuntur, in cap. I. de Exorat. episcop. apud Reg.*

De [11] Svintilane [b] vero qui scelera propria [c] metuens, se ipsum

1 *Al.* Christi et angelorum.

2 *Al.* participibus suis, quia dignum est, ut qui talibus.

3 *Al.* nec partem.

4 *Al.* eamdem conjurationem.

5 *Al.* hoc tertio reiteratam sententiam vestræ vocis sententia firmate. Ab universo clero vel populo dictum est: Qui contra hanc nostram definitionem.

6 *Al.* adventu Domini sint.

7 *Al.* habeant ipsi et socii.

8 *Al.* ipsi et sacerdotes omnes sanctam ecclesiam.

9 *Al.* reiterata sententia.

10 *Al.* deest: Amen.

11 *Al.* Simithilanæ.

a Hoc decretum in gratiam Sisenandi videtur esse constitutum, pertimescebat enim, ne, sicut ipse Svintilanem regno privaverat, alius ipsum quoque throno turbaret. *b* Nepos Leovigildi ex Reccaredo, qui decem annis regnavit in Hispania.
c Injustitiæ, avaritiæ, et rapinæ; Isidorus, qui huic concilio præfuit, summis laudibus effert Svintilani virtutes. *In Histor. de Regib. Goth.* ad Eram 659. Et sane prioribus Imperii annis fuit bello et pace præstantissimus, posterioribus vero ad vitia deflexit.

ipsum regno privavit, et potestatis fascibus exuit, id cum gentis consultu decrevimus, ut [1] neque eumdem, vel uxorem [a] ejus propter mala, quæ commiserunt, neque filios eorum unitati nostræ unquam consociemus, [2] nec eos ad honores a quibus ob iniquitatem dejecti sunt, [3] aliquando promoveamus; quique etiam [4] sicut a fastigio regni habentur extranei, [5] ita et a possessione rerum, quas de miserorum [6] sumtibus hauserunt, maneant alieni, præter id quod pietate piissimi principis nostri fuerint consequuti. Non aliter [7] et Gelanem memorati Svintilani et sanguine et scelere fratrem, qui [8] neque in germanitatis fœdere stabilis extitit, [9] nec fidem gloriosissimo domino nostro pollicitam conservavit. [10] Hunc igitur cum conjuge sua, sicut et antefatos a societate gentis atque consortio nostro placuit separari, nec in amissis facultatibus, in quibus per iniquitatem creverant, reduces fieri; [11] præter id, quod consequuti fuerint pietati clementissimi [12] principis nostri, cujus gratia et bonos donorum præmiis ditat, et malos a beneficentia sua [13] non separat. *Quæ sequuntur, in cap. 2. de Adprecat. pro Rege.* Gloria autem.

1 *Al.* neque eum.
2 *Al.* neque eos ad honores.
3 *Al.* aliquando provehamus.
4 *Al.* sicut in fastigio.
5 *Al.* ita a possessione.
6 *Al.* sumtibus auxerant.
7 *Al.* et Geilanem memorati Simithilanæ.
8 *Al.* nec in germanitatis fide stabilis.
9 *Al.* nec fidem gloriosо.
10 *Al.* Hunc ergo cum conjuge sua, sicut ante factum est, a societate.
11 *Al.* præter in id.
12 *Al.* principis, cujus gratia bonos.
13 *Al.* congrue non separat.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano V. anno 636. canone 2.

De custodia salutis regum, et defensione prolis præsentium principum.

[*] Summa autem nobis vigilantia, et grandi religionis cura providendum est, ut mala quæ assidue prohibita perpetrantur, circumspecta disciplina ecclesiastica extirpentur. Non enim incassum scriptum est: *Pestilenti flagellato, stultus sapientior erit.* Quamobrem quoniam præponderante onere delictorum, experientia pene semper ac sæpe fieri discimus, quod magnopere vitare deberemus; [14] quodque etiam custodituros nos cum Divinis sacramentis [b] spopondimus, temeritate violamus; ideoque frequenter compescendum, quod crebro invenitur transgressum. Sed ne succedentes præcedentibus, ac deinde sequentes invideant anterioribus, [15] ut cuncta quiete et pacate permaneant, hæc nostri concilii communiter considerata defertur sententia, [16] ut servetis quæcumque in universali et magna synodo [c] provi-

Proverb. 19. *v.* 25. *et c.* 21. *v.* 11.

14 *Al.* quod etiam custoditur, quum hoc quod Divinis sacramentis spondemus, sed temeritate non violamus.

15 *Al.* et cuncta quieta, et pacata permaneant, hæc in concilio.

16 *Al.* ut servatis quæcumque..... sunt, hæc quoque.

a Theodoram. * L. 13. Prol. *For. Jud.* *b* Juramento. *c* Tolet. IV. can. 75. ut sup. cap. 2.

visa conscriptaque circa principum salutem et utilitatem sunt. Hæc quoque adjecta custodiantur; videlicet, ut omni benignitate omnique firmitate circa omnem posteritatem principis nostri [1] Chintilæ regis teneatur dilectio, et præbeatur rationabile defensionis adminiculum; nec rebus [2] juste provisis, aut etiam parentum digna [3] provisione procuratis, vel juris proprietate injuste fraudentur, ne a quoquam caussæ illicitæ exquisitæ lædendi eos præbeantur; ne quocumque modo in quibuslibet rebus spreta dilectione molestentur. Hæc enim licentia efficit et principes in subjectis suspectos, et subjectos in bonis principum cupidos. Quo circa [4] ne hæc promissa temerentur, et ut cupiditas radix omnium malorum, auferatur, contestamur omnes præsentes, et absentes, vel etiam futuris [5] temporibus subsequentes, coram Deo et angelis ejus, quod si quisquam [6] nostræ constitutionis temerator [7] extiterit, et quacumque argumentatione odiose eos molestare, aut [8] in aliquot fuerit conatus lædere, sit anathema in christianorum omnium cœtu, atque superno condemnetur judicio; sit exprobabilis omnibus catholicis, et abominabilis sanctis angelis in ministerio Dei constitutis; sit in hoc sæculo perditus, et in [9] futuro damnatus, qui tam rectæ provisioni noluit præbere consensum.

1 *Al.* Chintilani.

2 *Al.* juste provisæ.
3 *Al.* provisione procuratæ, ad juris proprietatem pertinentes injuste fraudenterve nec a quoquam caussa illicite exquisita lædendi eos præbeatur, nec quocumque modo.

4 *Al.* ne et præmissa contemnantur, et ut.

5 temporibus consequentes.

6 *Al.* nostræ contestationis.
7 *Al.* extiterit, atque contemtor, et quacumque.
8 *Al.* in aliquo.

9 *Al.* futuro condemnatus.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 4.

De his, qui sibi [10] *regnum* ab aliquo assequendi *blandiuntur spe, rege superstite*, ut excommunicatione feriantur.

10 AL deest: *regnum.*

Ergo quia et religioni inimicum, et hominibus constat [11] esse superstitiosum, futura illicite cogitare, et casus principum exquirere [a], ac sibi in posterum providere, quum scriptum sit: *Non est vestrum, nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*, hoc decreto censemus; ut quisquis inventus fuerit talia perquisisse, et vivente principe, in alium attendisse pro futura regni spe, aut alios in se propter id attraxisse, a conventu catholicorum [12] excommunicationis sententia repellatur.

11 *Al.* esse perniciosum.

Act. Apost. 1. *v.* 7.

12 *Al.* cum excommunicationis sententia expellatur.

[a] a magis. Vide sis Leg. 6. in Prologo *For. Jud.*

CAP. V.

Ex eodem, canone 5.

De his, qui principes maledicere præsumunt, ut excommunicentur.

1 *Al.* hominum morbis salubri deliberatione censemus.

2 Al. *Principi populi tui ne maledixeris. Exodi 22. v. 28. et Act. Apost. 23. v. 5. 1. Corith. 6. v. 10.*

[a] Sed et hoc pro pestilentiosis [1] hominum moribus, salubri ordinatione censemus, ne quis in Principem maledicta congerat. Scriptum est enim a Legislatore: [2] *Principem populi tui non maledices.* Quod si quis fecerit, excommunicatione ecclesiastica plectatur. Nam si *maledici regnum Dei non possidebunt*, quanto magis talis ab ecclesia necessario pellitur, qui divinæ violator sententiæ invenitur?

CAP. VI.

Ex eodem, canone 6.

3 Al. *successoribus regum rerum jure.*

Ut regum fideles a [3] successoribus regni a rerum jure non fraudentur, pro servitutis mercede.

4 *Al.* aut largitate.

5 *Al.* optabit promptum ac fidele.

6 *Al.* futuro discriminis formidant caussam.

Simili providentia pro fidelibus regum nostra datur sententia, ut quisquis superstes principum extiterit, juste in rebus profligatis [b], [4] et largitate principis acquisitis, nullam debeat habere jacturam. Nam si licenter et injuste fidelium perturbentur mentes, nemo [5] optabit promtum ac fidele præbere obsequium, dum cuncta nutant in incertum, et in [6] futuro discriminis formidatur caussa, sed saluti et rebus eorum principalis pietas debet præbere suffragia [c]; exemplis enim ceteri provocantur ad fidem, quum fideles non fraudantur mercede.

a L. 7. tit. 1. lib. 2. *For. Jud.* *b* E profligatis hostibus captis. *c* Rex curare debet, ut salus et res fidelium hominum custodiantur.

CAP.

CAP. VII.

Ex eodem, canone 7.

Quod in celebritate cunctorum conciliorum synodus Toletana temporibus Sisenandi habita, scilicet decretum de fidelitate regibus servanda, [1] *per pronunciationem vocis claræ ob custodiam sui, cunctis debeat innotescere.*

Propter malarum mentium facilitatem, et memoriæ oblivionem, hoc sacratissima statuit synodus; ut in omni concilio episcoporum Hispaniæ universalis concilii decretum, quod propter Principum nostrorum est salutem constitutum [a], peractis omnibus in synodo, publica voce [2] debeat pronunciari, quatenus sæpe supplicatum [b] auribus, vel assiduitate, iniquorum mens territa corrigatur; quæ ad prævaricandum et oblivione et facilitate [3] producitur. *Eumdem vide in cap. 9. de Confirmat. et accept. concil.*

1 Al. *per probationem vocis.*

2 *Al.* debet pronunciari, quatenus sæpe replicatum.

3 *Al.* perducitur.

CAP. VIII.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. can. 12.

De confugientibus ad hostes, ut in principis potestatem traditi, excommunicati, et retrusi pœniteant; si quis horum autem ad ecclesiam sponte confugerit, intercedant pro eo apud regem episcopi.

Pravarum audacia mentium sæpe aut malitia cogitationum, aut caussa culparum refugium appetit hostium. Unde quisquis [4] patrator caussarum extiterit talium, [5] virtute se nitens defendere adversariorum, et patriæ vel gentis suæ detrimenta intulerit rerum, [6] in potestate principis ac gentis reductus, excommunicatus et retrusus longinquioris pœnitentiæ legibus subdatur. Quod si ipse mali sui prius reminiscens, ad ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum, et reverentia loci, regia [7] in eo pietas reservetur, comitante justitia [c]. *Eumdem vide in cap. 4. de Exorat. episcop. et in cap. 2. de Immunit. eccles.*

4 *Al.* patrator culparum.

5 *Al.* virtutem potens defendere.

6 *Al.* in potestatem Regis, ac gentis suæ reductus.

7 *Al.* in eos.

a Vide sis supra cap. 2. *b* Pro replicatum, vel repetitum. *c* Vide Leg. 6. tit. 1. lib. 2. For. Jud.

CAP. IX.

Ex eodem, canone 14.

De remuneratione collata fidelibus Regum.

1 *Al.* Præmium fraudare..., immane; sed etiam.
2 *Al.* Ideoque quicumque fidei merito.
3 *Al.* habeatur ingratus.
4 *Al.* omnes fideles, qui obsequio.
5 *Al.* custodiam habuerint.
6 *Al.* sed nunc.
7 *Al.* præspexerit.
8 *Al.* ut in ceteris magnæ monstretur gratiæ.
9 *Al.* conquisita.
10 *Al.* præsente.... rege.
11 *Al.* in clementiæ ejus maneat potestatis, ac nutu constituenda hujusmodi moderatio.
12 *Al.* ejus discessum.

* 1 Præmio fraudare fideles, non solum inhumanum, sed etiam existit injustum. 2 Ideoque quum fidei meritum tam in rebus divinis, quam in humanis non 3 habeatur ingratum [a], dignum videtur, ut sacerdotali sententia consulamus fidelibus regis. Proinde ut anno primo serenissimi principis nostri decrevit concilium sanctum [b], 4 omnes, qui fideli obsequio et sincero servitio voluntatibus vel jussis paruerint principis, totaque intentione salutis ejus 5 custodiam vel vigilantiam habuerint, a regni successoribus nec a dignitate, nec a rebus pristinis caussa repellantur injusta; 6 sed et nunc ita pro uniuscujusque utilitate principis moderentur discretione, sicut eos 7 prospexerit necessarios esse patriæ, et sic illis impartiatur benignitas, 8 ut ceteris maneat gratiæ [c] potestas, quatenus ita omnia in rebus juste 9 conquisitis lucrentur, ut posteris relinquendi, vel quibus voluntas eorum decreverit conferendi, spontaneo fruantur arbitrio. Ceterum si infidelis quisquam in capite regio [d], aut inutilis in rebus commissis 10 præsenti piissimo domino nostro Chintilano regi extiterit, 11 in clementiæ ejus manu et potestatis nutu constet hujusmodi moderatio. Nefas est enim in dubium deducere ejus potestatem, cui omnium gubernatio superno constat delegata judicio. Quod si post 12 ejus decessum quispiam repertus fuerit ejus vitæ fuisse infidelis, quicquid largitate ipsius in rebus habuit conquisitis, careat, confiscandum, et fidelibus largiendum.

CAP. X.

Ex eodem, canone 16.

De incolumitate, et adhibenda dilectione Regiæ proli.

* Sicut insolentia malorum Regum odiosa semper et execra-

* Leg. 17. Prol. *For. Jud.* a *Id est*: non habeatur remunerationis indignum. *b* Vide sis supra cap. 6. *c* Ut remaneat, quod largiri possit aliis. *d* In vitam Regis.
* Leg. 15. Prol. *For. Jud.*

crabilis extitit subjectis; ita bonorum provida utilitas amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat, aut quis toleranter christianus videat regis sobolem [1] aut posteritatem expoliari rebus, aut privari dignitatibus? Quod ne fiat, quum generalis hæc promatur de principis filiis [2] sententia nostra, id est, de præsenti excellentissimi [3] et gloriosissimi principis Chintilani regis posteritate [4] dentur aperta nobis decreta, ut ea, quæ synodus præterito anno [a] in hac ecclesia habita, constituit circa omnem posteritatem ejus, universitas regni sui conservet, [5] id est, ut præbeatur filiis ejus dilectio benigna et firma, et tribuantur, ubi loci opportunitas [6] exhibuerit, et defensionis adminicula justa, ne de [7] rebus juste profligatis [b], aut parentum dignitate prôcuratis, vel largitate [8] principis, aut alicujus impensis, aut etiam proprietate debitis, fraudentur [9] qualibet insidia calliditatis, neve a quoquam lædendi eos præbeantur argumenta machinationis, quia dignum est, ut cujus regimine habemus securitatem, ejus posteritati decreto concilii impertiamus quietem. Denique tanta erga nos nostri principis extant beneficia, ut longum sit sigillatim ea promere lingua. Ipse enim, auctore Deo, nobis pacem, ipse quasi captivam reduxit caritatem, ipsius ope quieti, ipsius sumus largitione ditati, ipse medicamine bonitatis suæ et reis pepercit, et rectos sublimavit; cui si dignis voluerimus respondere beneficiis, non tantis extamus copiis virtutis, [10] quanto voto sufficimus voluntatis. *Partem vide in cap. 8. de Confirmat. et acceptat. concil.*

1 *Al.* aut quis talem errantem christianum videat, qui regiam sobolem aut posteritatem conetur, expoliare rebus, aut privare dignitatibus? Quod ne fiat, generalis.

2 *Al.* sententia, et de præsentis.

3 *Al. deest*: et gloriosissimi.

4 *Al.* dantur aperta decreta a nobis, *vel* apta decreta.

5 *Al.* hoc est.

6 *Al.* exhibuerit defensionis.

7 *Al.* rebus ipsis.

8 *Al.* Principum vel alicujus.

9 *Al.* quibuslibet insidiis calliditatis, neque a quoquam.

10 *Al.* quibus tantæ voto sufficiamus voluntatis.

CAP. XI.

Ex eodem, canone 17.

De his qui, rege superstite, aut sibi, aut aliis ad futurum provident regnum, ut ipsi se apud principem accussent, sin autem anathemate feriantur.

Quamquam in concilio anteriori [c] quod anno primo [11] gloriosissimi principis nostri habitum est, de hujusmodi re fuerit promulgata sententia, tamen [12] placet iterare, quod convenit custodire. Itaque regis vita [d] constante, nullus sibi aliquo opere, vel deliberatione, seu cujuscumque dignita-

11 *Al.* gloriosi.

12 *Al.* placet iterata juxta quod convenit custodiri.

 tis

a Vide suprà cap. 3. b Juste acquisitis. * Leg. 7. Prol. *For. Jud.* c Vide sup. cap. 4. d Vivente Rege.

tis laicus, [1] seu gradus episcopatus, presbyterii, aut diaconii consecratus, ceterisque clericatus officiis deditus, [2] regem [a] provideat contra viventis regis utilitatem, et proculdubio voluntatem, nullo blandimento, vel suasione pro eadem spe aut alios in se trahat, aut ipse in alium acquiescat. Iniquum enim et valde [3] execrabile a christianis debet haberi, [4] futuris temporibus illicita prospicere, et vitæ suæ ignaros ventura disponere. Quod si quisquam jam talia iniqua deliberatione, cum quocumque est meditatus, hoc sibi noverit esse sacerdotali moderatione [5] concessum, ut venialiter [b] possit hoc sine mora præsentis principis auribus publicare; [6] si autem obstinata deliberatione sua machinamenta noluerit dicere, pessimo plectatur anathemate. * *Quæ sequuntur in cap. 2. de Personis Regio diademate.*

1 *Al.* seu gradu episcopi.
2 *Al.* futurum regem.
3 *Al.* execrabile christianis.
4 *Al.* futuri temporis illicitis.
5 *Al.* concessum, si venerabiliter poscit, ut hoc.... studeat publicare.
6 *Al.* si autem retineat *vel* obtineat, et deliberationis suæ machinamenta.

CAP. XII.

Ex eodem, canone 18.

De custodia vitæ principum, ut nullus in ejus vitam vel regnum sub anathemate conspiret; *et de defensione præcedentium regum a sequentibus adhibenda.*

* Jam quidem in antecedenti universali [7] synodo [c] pro salute nostrorum principum constat esse consultum; sed libet iterare bene sancita, et digna auctoritate munire salubriter ordinata. [8] Ideoque contestamur coram Deo, et omni ordine angelorum, coram prophetarum, atque apostolorum, [9] vel omnium martyrum choro, coram omni ecclesia catholica, et christianorum cœtu, ut nemo intendat in interitum regis, nemo vitam [10] principis nece attrectet, nemo eum regni gubernaculis privet, nemo tyrannica præsumtione [11] apicem regni usurpet, nemo quolibet machinamento in [12] ejus adversitatem sibi conjuratorum manum associet. * [13] Quod si in quopiam horum quisquam nostrorum [14] temerario ausu præsumtor extiterit, anathemate divino perculsus, absque ullo remedii loco habeatur condemnatus æterno judicio. Is autem, qui ejus sedem fuerit assequutus, si vult tanto [15] expiari piaculo, quasi proprii patris ejus ulciscatur interitum, in cujus defensionis [16] auxilium universi regni Gothorum consentiat fortitudo. Si autem

7 *Al.* synodo saluti nostrorum.
8 *Al.* Ideoque testamur.
9 *Al.* vel omni martyrum.
10 *Al.* principis attrectet.
11 *Al.* apicem regni *vel* regis sibi usurpet.
12 *Al.* ejus adversitate.
13 *Al.* Quod si quicquam horum.
14 *Al.* temerare præsumserit, anathemate divino percussus.
15 *Al.* expiari periculo.
16 *Al.* auxilio.

a Futurum regem designet. *b* Ut pro venia vel indulgentia. * Vide Leg. 12. Prol. For. Jud. * Vide Leg. 12. Prol. For. Jud. *c* Vide supra cap. 2.

autem [1] desidi cura, et minori zelo tam funestum noluerint vindicare scelus, sint omnes [2] ex hac nostra sententia opprobrium ceteris gentibus. *Partem vide in cap. 12. de Confirm. concil.*

1 *Al.* desidiæ caussa.
2 *Al.* ex nostra sententia.

CAP. XIII.

Ex Concilio Toletano VII. anno 646. can. 1.

De refugis, atque perfidis clericis, sive laicis; ut scilicet si clericus alicui, contra Regem insurgenti, auxilium præstiterit, in exitu tantum vitæ, peracta prius legitima poenitentia, communicet, et laicus amissione bonorum, et perpetua excommunicatione damnetur.

[3] Sed et quia plerosque clericos tantæ levitatis, interdum pravitatis præsumtio ita elevat, ut prætermissa sui ordinis gravitate, ac polliciti sacramenti immemores, constante [a] principe, cui fidem servare promiserant, in [4] alterius erectione temeraria levitate consentiunt, abrogari decet hanc omnino licentiam, et a nostro consortio penitus extirpari, ita ut, si quicumque laicorum [5] quandoquidem intra fines patriæ Gothorum [6] superbiens, regni apicem sumere fortasse tentaverit, eique clericorum quilibet adjutorium vel favorem præstiterit, atque hunc, qui superbire videtur, ad eamdem regni ambitionem prævalente delicto, pervenire contigerit, ex eo quidem die vel tempore [7] eumdem episcoporum, vel cujuslibet ordinis clericorum excommunicatum manere perpetuum oportebit, quo tali se [8] scelere implicabit; tamen [9] si improbitate principis, cui inique consentit, non potuerit instantia sacerdotum a communione suspendi, saltem si superstitem eum post ejusdem regis obitum, tempus invenerit, superiori anathematis [10] correptioni subjaceat, quicumque illi, præter in ultimo [11] vitæ suæ ([12] si tamen hunc legitime poenitere probaverit) communionis gratiam consenserit impendendam. Nobis interim [13] ratio persuasit, synodali super hoc constitutione decernere, ut quicumque etiam [14] laicorum in prædictis capitulis, [15] hoc est, in adversitate gentis, aut patriæ; vel regiæ [16] potestatis, in externas partes se conferendo, vel talibus [17] opem ferendo, noxius fuerit ultra repertus, non solum, ut dictum est, omnium rerum suarum proprietate privetur, sed et perpetua excommunicatione [18] damnatus, numquam illi præter in ultimo vitæ suæ communio tribuatur, excepto

3 *Al.* Sed quia plerosque clericos instantis levitatis.
4 *Al.* alterius electione ... consentiant.
5 *Al.* quandoque.
6 *Al.* superveniens.
7 *Al.* eumdem episcopum.
8 *Al.* sceleri.
9 *Al.* si propter improbitatem ... consensit.
10 *Al.* correctione subjaceat, et quicumque.
11 *Al.* vitæ suæ fine.
12 *Al.* si tamen eum.
13 *Al.* ratio poscit, synodali super hanc constitutionem decernere.
Syn. Wormat. can. 43.
14 *Al.* laicorum prædictis.
15 *Al.* hoc in adversitatem.
16 *Al.* potestatisve regiæ.
17 *Al.* opem præbendo.
18 *Al.* damnetur, et numquam præter in ultimo mortis suæ tempore.

a *Leg.* 10. Prol. *For. Jud. a Vivente.*

si

1 *Al.* si communionis.

2 *Al.* Nam si in dejectionem, *vel* direptionem.

3 *Al.* seu direptionem intendere.... nos quidem hujuscemodi.

4 *Al.* decernendum.

5 *Al.* Nam quid magis eorum utilitatibus, *vel.* Nam hoc magis utilitatibus videtur ferre consultum, si constitutionis nostræ forma servetur. Execrandum, anathema fiat.

1 si aliter communionis ejus remedium, vel eorum, quos supra taxavimus, imploratione sacerdotum apud principem fuerit impetratum. 2 Nam si (quod omnino fieri non oportet) in derogationem aut contumeliam principis reperiatur aliquis nequiter loqui, aut in necem regis, 3 seu dejectionem intendere, vel consensum præbere, nos siquidem hujusmodi excommunicatione dignum censemus. Utrum tamen sit illis quandoque communicandum, pietati principis [a] 4 discernendum relinquimus; cujus proculdubio potestatis est, subjectorum culpas misericordiæ judiciique sententia temperare. Contestamur autem clementissimos principes, et per ineffabile divini nominis sacramentum obtestantes unanimiter obsecramus, ne quandoquidem absque justa (ubi necesse fuerit) imploratione sacerdotali excommunicationis hujus sententiam a perfidis clericis vel laicis, ad externas partes se transferentibus, vel consensum præbentibus, quacumque temeritate suspendant. 5 Nam quod magis eorum regum utilitatibus videtur fore consultum, si hujus constitutionis nostræ forma ab ipsis principibus servetur, et ab omnibus subjectis implere cogatur. Si quis vero hæc instituta putaverit esse execranda, anathema fiat, et velut prævaricator Catholicæ Fidei semper apud Deum reus existat, quicumque regum deinceps canonis hujus censuram in quocumque crediderit, vel permiserit violandam.

CAP. XIV.

Ex eodem, canone 6.

6 Al. *commorandis.*

De convicinis episcopis, in urbe Regia 6 commorantibus.

7 *Al.* Toletanæ urbis episcopi, qui ejusdem.

8 *Al.* messivis, ac vindemialibus.

Id etiam placuit, ut pro reverentia principis, ac regiæ sedis honore, vel metropolitani civitatis ipsius consolatione, convicini 7 Toletanæ sedis episcopi, juxta quod ejusdem pontificis admonitionem acceperint, singulis per annum mensibus, in eadem urbe debeant commorare, 8 messivis tamen, ac vindemialibus feriis relaxatis. *Eumdem vide in cap. 3. de Primate, et quæ sequuntur, in cap. 5. de Apricat. pro Rege.*

[a] Non enim erat insolitum, ut ecclesia eos ab excommunicatione absolutos haberet, quibus rex communicare decrevisset, præsertim quum crimen in ipsius Regis personam fuerat perpetratum. Vide sis cap. 3. *de Absolut. a censuris.*

CAP.

CAP. XV.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653. can. 2.

De remittendo *incauto juramento*, contra hostes emisso.

Secundæ disputationis occursu adfuit negotium [1] tam difficile, quam et grave, in quo de refugis atque perfidis disputatione commota, utrumne [2] posset eorumdem temperari sententia damnatorum, magno satis conatu est exquisitum. Sed quum illarum series conditionum, ad quas decursis non longe temporibus, pro eorum penuria hostilitatis vastitas [3] nos jurare coegerat, nostris esset auditibus recensita, tantam reperimus obligationis illic [4] inesse censuram, ut macularum suarum nodositas non tantum videretur prohibitionem dedisse transgressionum, quantum conclusisse viscera pietatum. Aderat enim quod in utroque pavor agebat, et ne sancti nominis profanatio fieret, et ne miserationis operatio interiret, [5] quia ex Dei nominis profanatione [6] non aberat quod tenebat, et ex prohibitione pietatis aberat quod tædebat [a]. Dumque alterno periculorum objectu se prolatæ sententiæ compugnarent, periclitabamur in bifido partium dissidentium calle, quo diremtionis tramite judicium properaret. [7] Sed quum gressibus disputationis nostræ se se difficultatis congressio devia objecisset, properandi tandem relicto discrimine, cum fragore singultuum et imbribus lacrimarum ad Deum qui pietatis fons est, verba simul et corda convertimus, orantes: Adspira, Sancte Spiritus, et ducito nos in portum voluntatis tuæ, sedatis fluctibus ignorantiæ nostræ. Ecce enim periculorum syrtes in litore [8] cursus nostri pervenimus, atque hujusmodi obviantibus naufragiorum obicibus, quo dispositionis nostræ vela pandamus, attentius consideratione non cernimus. [9] Sed adspira rursus, Sancte Spiritus, et dato nobis, te donante, nosse quod jubeas, [10] ac te juvante, implere posse quod jusseris, ut et perlustrando illumines, quod nescimus, et adjuvando proficias, quod implere pavemus. [11] Si jam ergo in te quiescentes, erroneorum fructuum pavoribus abdicatis, commercia nos jubes disponere pacis, inchoemus

1 *Al.* tam facile, quam.

2 *Al.* possit.

3 *Al.* non jurare.

4 *Al.* inesse* testuram.

5 *Al.* quia et ex Dei.

6 *Al.* non aberat, qui terrebat; et ex prohibitione pietatis aderat quod tædebat. Dum quoque... objectu sibi prolatæ... periclitabamur ancipites in bifido.... quo direptionis *vel* directionis.

7 *Al.* sed quum gressibus disputationis nostræ esset difficultatis congressio, et devia, *vel* de via nos objecisset.

8 *Al.* cursus nostri proveniunt, atque hinc inde obviantibus... quo disputationis nostræ.... attentionis consideratione.

9 *Al.* Sed aspira tu Sancte.

10 *Al.* ac te jubente implere... ut per te lustrando... adjuvando perficias.

11 *Al.* Scimus ergo in te requiescentes, et erroneorum... abjectis, commercia nos jube, *vel* jubemur.

a *Il est*: terrebat nos, quod fides sancto Dei nomine firmata disrumperetur, et dolebat nos, quod ex adimpletione juramenti deesset afflictis hostibus misericordia.

mus illa, quæ et in gloriam tuæ omnipotentiæ conferantur, et humanæ saluti, [1] te adnitente, donentur.

Temporibus non procul excursis, quum [2] quorumdam refugarum tumultuosa seditio frequenter vastationes terris inferret, et scandala populis cum excidiis irrogaret, adeo ut captivorum [3] turmas reducere, et desolationes terræ, quæ tali concussa sunt peste, [4] quilibet conatus nequeat reparare, [5] et actum est vi potius [6] necessitatis exortæ, quam deliberatione judicii, ut contra eosdem eisdemque simillimos cum omni fere populo acerrima juramenta daremus [a]. Unde jurasse nos per attestationem Divini Nominis, conditio juramenti demonstrat, et ne resolvi queat, sacræ scripturæ auctoritas instat [b]; [7] scribitur namque in Exodo: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum; neque enim insontem habebit Dominus eum, qui assumserit nomen Domini Dei sui frustra.* Item in Levitico: *Non perjurabis in* [8] *nomine mei; nec pollues nomen Domini Dei tui. Ego Dominus.* At vero quia illata pressurarum acerbitas resolvi [c] possit ac debeat, tam lamentorum et vinculorum [9] error insinuat, quam ejusdem auctoritatis Dominicæ præcepta [10] commendat. Etenim juxta veterem Translationem [d] ita quosdam per Isaiam gravi exprobratione Dominus [11] increpat, dicens: *Væ filiis desertionis, dicit Dominus: fecistis consilium non per me, et sponsionem non per spiritum meum,* [12] *adjicere peccatum super peccatum.* [13] Item Hieremias: *Iniquitates* [14] *nostras declinaverunt ista, et peccata nostra amoverunt bona a nobis; quia inventi sunt in populo meo* [15] *impii, et laqueos statuerunt ad dispergendos vivos, et comprehenderunt.* [16] *Ut laqueus instans plenus volatilibus, sic domus eorum* [17] *plenæ dolore.* Et per Michæam: [18] *Heu mihi anima, quia perit revertens ad terram, et qui corrigit inter homines, non est; omnes in sanguine judicantur; unusquisque proximum suum* [19] *tribulat tribulatione, in malum manus suas præparant.* Ad beneficentiam certe, quæ Divinis oculis tanto est gratior, quanto et invenitur esse præstantior, sic nos Isaias instruit, dicens: *Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes.* Paulus etiam vas electionis: *Pietas ad omnia utilis est.* Et Jacobus: *Judicium sine misericordia illi*

1 *Al.* te annuente, donentur.
2 *Al.* quorumdam refutatorum.
3 *Al.* turmas ducerent, et desolationes ecclesiarum facerent, quæ.
4 *Al.* ut quilibet conatus.
5 *Al.* et exactum est.
6 *Al.* necessitatis extortæ.
7 *Al.* scriptum est.
Cap. 20. *v.* 7.
Cap. 19. *v.* 12.
8 Al. *nomine meo.*
9 *Al.* horror *vel* horum asperitas insinuat.
10 *Al.* commendant.
Isaiæ cap. 30. *v.* 1.
11 *Al.* increpat et arguit.
12 Al. *addere peccatum.*
13 *Al.* Item in Hieremia, *cap.* 5. *v.* 25.
14 Al. *nostræ declinaverunt hæc.*
15 Al. *impii, et loquentes vana statuerunt ad dispergendos viros.*
Mich. 7. *v.* 2.
16 Al. *Ut laqueus venantis plenus.*
17 Al. *plenæ dolo.*
18 Al. *Væ mihi anima mea, quia periit reverens a terra, et qui corrigat inter homines.*
19 Al. *tribulat, omnes in malum.*
Cap. 58. *v.* 6.
1. *Timoth.* 4. *v.* 8.
Jacobi 2. *v.* 13.

a Agitur enim de eo: utrum juramentum, de capite plectendis hostibus emissum, dum vastationes terris inferrent, adhuc obliget; an vero possint hæ injuriæ remitti, et hujusmodi hostibus ignosci. *b* Pro obligatione juramenti. *c* Condonari. *d* Septuaginta scilicet; textus tamen hic ab ea, quæ nunc extat, nonnihil differt.

[1] *illi qui non fecerit misericordiam;* [2] *superexaltat autem misericordia judicium.* Joannes item: *Qui odit fratrem suum, homicida est; et scitis, quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Et per [3] semetipsum Veritas: *Diligite inimicos vestros, benefacite his* [4] *qui oderunt vos.* Et iterum: *Dimittite, et dimittetur vobis; si autem non dimiseritis, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra.* Ecce sunt Dominicæ [5] jussiones hinc inde adstipulata firmissima cautione præcepta, ac proinde quia sunt divini oris prosecutione taxata, manebunt per omnia æterna lege præfixa. Quid ergo? numquid aut [6] juramenti justitiam, aut misericordiæ pacem sibi contraire narrabimus, dum scriptum sit: *Misericordia, et veritas obviaverunt sibi, justitia, et pax se complexæ sunt?* [7] aut quia controversiarum lapsus sese in contentione diffundunt, ideo unius partis assertionem narrabimus non [8] implendam? Cur alterius assertio partis jacturæ comminatur instantiam? Et quia juramenti custodia ultionem non temperat pavescendam, iccirco impietatis atrocitas mortem pariet execrandam? Absit; etenim * si publicis sacramentorum gestis (quod Deus avertat) a quibuslibet illicita, vel non bona extitisset conditio alligata, quæ aut jugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis, [9] numquid non tolerabilius esset stultæ promissionis rejicere vota, quam per inutilium [10] promissionum custodiam exhorrendam criminum implere mensuram? [11] Quid si ita est, quomodo crederetur unius observantia jussionis esse fons pietatis, quum emitteret [12] rivulos ultionis? aut quænam [13] illa esse sacræ observatio legis, quæ sacrilegia committeret [14] pravitatis? vel cujus mensuræ æquitas videretur, [15] et ex unius præcepti cautela necis exoriretur immanitas truculenta? [a] At nunc non ita contendimus, ut contentionum divortiis concitatis, nos ipsos contentionis certaminibus misceamus. [16] Est vere pax in utroque, quod dicimus; quia sic Spiritus Sanctus iter nostrum ac cursum temperat, ut in [17] nullo devium hoc a sua dispositione secludat; unde plena jam voce, pleniori fide, plenissimaque intentione prædicimus, atque in tota sanctæ ecclesiæ universitate prædicamus pariter et optamus, nulla profanatione solius et summæ divinitatis nomen existere adsumendum, nullo perjurii sacrilegio indebite profanandum, nullo uspiam contractu falla-

Cc ciæ

1 Al. *illi fiet.*
2 Al. *superexcellit.*
1. *Joan.* 3. *v.* 15.
3 Al. *semetipsum.*
Matth. 5. *v.* 43.
4 Al. *qui odiunt.*
Lucæ 6. *v.* 14.
5 *Al.* jussionis.
6 *Al.* juramenta justitiæ, aut juramenti misericordiæ.
Psalm. 84. *v.* 11.
7 *Al.* at quia .... in contentionem.
8 *Al.* implendam, ne alterius assertio partis jacturæ patiatur instantiam?
* Caus. 22. q. 4. can. 1. *Si publicis.*
9 *Al.* numquid tolerabilius.
10 *Al.* promissorum.
11 *Al.* Quod si ita esset.
12 *Al.* tribulos ultionis.
13 *Al.* illa esset sacræ.
14 *Al.* probitatis.
15 *Al.* ut ex unius.
16 *Al.* Est vera pax.
17 *Al.* nullo devius nos casus a dispositione, *vel* a se secludat.

a Pro obligatione juramenti, videntur sibi objicere, quæ sequuntur.

ciæ contingendum. Nam si, attestante Veritate, propter profanationem perjurii evitandam, prohibetur omnino jurare, quum dicitur: *Sit sermo vester: Est est, non non; quod autem plus his est, a malo est*; quomodo impunitum erit, nomen tantæ gloriæ voluntarie profanasse, dum in eo taxata fides dignoscitur interiisse? vel quatenus pacis fœdera [1] in gentium dissidia ligabuntur, si non juramenti pacta sanctiori integritate serventur? Etenim omne, quod in [2] pacis fœdere venit, tunc solidius subsistit, quum juramenti hoc interpositio roborat. Sed et omne, quod animos amicorum conciliat, [3] tunc fixius durat, quum eos sacramenti vincula ligant. [4] * Omne, quod testis adstipulat, tunc verius constat, quum id adjectio jurationis affirmat. Quod si et testis deficiat, innocentis fidem sola jurisjurandi taxatio manifestat. [5] Hinc et ut mentibus humanis divina voluntas panderet, quod volebat, [6] ne labens fragilitas pro incerto teneret, quod inviolatæ Veritatis promissio exprimebat, per Isaiam loquitur, dicens: *Ego Dominus, et non est alius; in [7] memetipsum juravi.* Si ergo tantæ institutionis limite sunt votiva juramenta servanda, [8] quis alienorum a veritate hæc adstruat execrabiliter violanda? Stabunt ergo sacræ auctoritatis [9] vivida jussa, nec vana profanatione erunt aliquatenus temeranda.

Verum [a] ne juramenta, quæ data sunt, videantur in nos ita penitus miserationum conclusisse præcordia, ut nullam de pietatis affectu animæ viscera concipiant indulgentiam paritura, sic stabilitis contractibus [10] juramenti, sinum misericordiæ aperimus, atque ita cunctis Deo placita devotione misereri censemus, ut nos nec juramenti cautio reos, nec inhumanitas faciat exsecrandos. Occurrere certe miserorum ruinis debet subsidio unusquisque [11] quo valeat, et relevatione alienæ vindictæ a se Dei [12] removere vindictam; libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa. [13] Inde Job, ante passionis experientiam impudens patientibus, quod in passionis suæ patientia memorabat, suarum virtutum catalogum texens, inter cætera sic connectit: *Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum.* Et paulo post: *Flebam quondam [14] super eum, qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi.* Hinc Salomon: *Erue eos, qui ducuntur ad mortem,* et

Matth. 5. *v.* 37.
Matth. 5. *v.* 34.
1 *Al.* inter gentium.
2 *Al.* pacis fœdera.
3 *Al.* tunc fidelius durat, quum ea sacramenti.
* Caus. 22. q. 1. can. 1. *Omne quod.*
4 *Al.* Omne etiam quod testibus adstipulatur.
5 *Al.* Hinc ut motibus humanis.
6 *Al.* ne labans.
Cap. 45. *v.* 22.
7 Al. *memetipso.*
8 *Al.* quis alienus.
9 *Al.* vivifica jussa.
10 *Al.* juramento.
11 *Al.* quo valet, et ex revelatione.
12 *Al.* amovere.
Cap. 29. *v.* 13.
13 *Al.* Unde Job ante passionis suæ experientiam imprudens *vel* impendens, patientibus passionis suæ patientiam memorabat, suarumque virtutum.
Cap. 30. *v.* 25.
14 Al. *super eo.*
Proverb. 24. *v.* 11.

a Declarat, ratum fuisse juramentum, remitti nihilominus posse pœnas, in hostes juramento constitutas; idque ob misericordiam lapsis debitam.

et qui trahuntur ad interitum [1] *liberare non cesses.* Quibus sanctæ auctoritatis instructi decretis, nec sanctum Nomen profanasse nos constat, quod nullatenus profanandum [2] vox nostræ prædicationis insinuat, et indulgentiæ visceribus adapertis, licet oris sui professione damnati, difficile [3] mererentur absolvi, juxta quod scriptum est: *Sanguis tuus super caput tuum; os enim tuum loquutum est adversum te*; et iterum: *Ex ore tuo justificaberis, et ex ore tuo condemnaberis*; tamen pietatis intuitu, et parcendi viam [4] pandimus, qui et misericordiam prorogamus. Hujus sane promissionis incaute crudam, cruentamque temperare sententiam, illa quam maxime compellimur caussa, quod hæc duo mala, licet sint omnino cautissime præcavenda, tamen si periculi necessitas ex his unum [5] temerare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur [6] obligare. Quid autem ex his levius, quidve sit gravius, [7] rationis acumine investigemus. Etenim dum perjurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus; quum vero noxia promissa complemus, et Dei jussa superbe contemnimus, et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsos [8] crudeliori mortis gladio trucidamus; illic enim duplici culparum [9] telo percutimur, hic tripliciter jugulamur. Restat ergo, [10] ut eo nostra pergat sententia, quo misericordiæ patuerit via; quæ ita Domino probatur accepta, ut plus eam cupiat, quam sacrificia veneranda, dicente ipso: *Misericordiam* [11] *volui, et non sacrificium.* Ac indulgentiæ concessa licentia, miserationis ipsius opus in gloriosi principis potestate redigimus; ut quia Deus illi miserendi aditum patefecit, remedia pietatis ipse quoque non deneget; quæ ita Principali discretione [12] moderata persistunt, ut et illis sit aliquatenus misericordia contributa, et nusquam gens aut patria per eosdem aut periculum quodcumque perferat aut jacturam, hæc miserationis obtentu temperasse sufficiat.

Ceterum quæcumque juramenta pro regiæ potestatis salute, [13] vel contractatione gentis, et patriæ, vel hactenus sunt exacta, vel deinceps extiterint exigenda, omni custodia omnique vigilantia insolubiliter decernimus observanda, a membrorum truncatione mortisque sententia [14] religione [a] penitus absoluta. Sed ne pravarum mentium versuta nequitia [15] nosmet ad perjurii quandoque devocet culpam, nec a sanctæ fidei re-

Cc 2 gu-

1 Al. *liberare ne cesses.*
2 *Al.* jus nostræ.
3 *Al.* mereantur absolvi.
2. *Reg.* 1. *v.* 16.
Matth. 12. *v.* 37.
4 *Al.* pandimus, et misericordiæ.
Dist. 13. can. 1. *Duo mala.*
5 *Al.* tentare, *vel* temperare.
6 *Al.* obligari.
7 *Al.* pietatis acumine, *vel* piæ *aut* puræ rationis acumine.
8 *Al.* crudeliori gladio.
9 *Al.* telo perimimur.
10 *Al.* ut hæc nostra pergat sententia, qua misericordiæ... quæ ita in Domino.
Matth. 9. *v.* 13.
11 Al. *volo et non*..... concessa sententia.
12 *Al.* moderata persistant, ut et illis ita sit.
13 *Al.* vel contutatione.
14 *Al.* religatione penitus.
15 *Al.* nosmetipsos.

[a] *Hoc est*: excepto juramento de morte, vel membri mutilatione alicui inferenda.

gula hanc asserat venire sententiam, tam divinæ auctoritatis oracula, quam præcedentium patrum asserta, huic narrationi curavimus innectenda. Etenim incommutabilis [1] idemque semper existens Dei summi natura præcellens, sua sæpe in Sacris Literis legitur mutasse promissa, et pro misericordia temperasse sententiam. Unde quamlibet sit impassibilis atque [2] immutabilis, identidem deitate firmissima, crebro tamen ejus et juramenta leguntur, et pœnitentia, quæ sacris extant [3] adoperata. Jurare namque Dei, est a se ipso nullatenus ordinata convellere; pœnitere vero, eadem ordinata, quum voluerit, immutare. Sic enim per Hieremiam dicit: *Repente loquar [4] adversus gentem, et adversus regnum, ut eradicem, et destruam, et disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens [5] illa a malo suo, quod loquutus sum adversus eam, agam et ego pœnitentiam super malo quod cogitavi, ut facerem ei.* Et per Ezechielem: *Si dixero [6] justo, quod vita vivat, [7] et confisus in justitia sua, fecerit iniquitatem, omnes justitiæ ejus oblivioni tradentur, et in [8] iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixero impio: morte morieris, et egerit pœnitentiam a peccato suo, vita vivet, et non morietur.* Si ergo nostra conversio sic divinam mutat sententiam; cur miserorum tantæ lacrimæ [9] vel pressura tam crudam non temperet ex miseratione vindictam? Hinc etiam populo Israelitico sæpe ultio suspenditur, et Ninivitarum perditio divinæ sententiæ permutatione sedatur. [10] At vero illustri laudum titulo præclarus auctor Ambrosius in libro de Officiis primo [11] hujuscemodi rei caussa sic loquitur: [12] *Est enim contra officium nonnumquam, promissum solvere, [13] sacramentum custodire, ut Herodes, qui juravit, quoniam [14] quicquid petitus esset, daret filiæ Herodiadis; et necem Joannis præstitit, ne promissum [15] negaret. Nam de Jephthe quid dicam, qui immolavit filiam, quæ [16] sibi victori primum occurrerat, quo votum impleret quod spoponderat, ut quicquid sibi primum occurrisset, offerret Deo? Melius fuerat nihil tale promittere, quam promissum solvere parricidio* [a]. Item in lib. 3. [17] *Purum igitur, ac sincerum oportet esse affectum, ut unusquisque simplicem sermonem proferat, vas suum in sanctitate possideat, nec [18] fratrem in circumscriptione verborum inducat; nihil promittat inhonestum, [19] ac si promiserit, tolerabilius est promissum non face-*

Caus. 22. q. 4. can. 9. *Incommutabilis.*

1 *Al.* eademque semper existens Dei natura parcens, sua sæpe.

2 *Al.* immutabilis. idem quidem, *vel* ejusdemque Deitatis licet sint dicta firmissima, crebro.

3 *Al.* mysteriis adoptata, *vel* adoperta.

Cap. 18. *v.* 7.

4 Al. *adversum gentem, et adversum.*

5 Al. *illa super malo.*

Cap. 33. *v.* 13.

6 Al. *justo viro.*

7 Al. *et conversus a justitia sua.*

8 Al. *iniquitate, quam.*

9 *Al.* vel pressuræ tam crudelem non temperent.

10 *Al.* At vero illustrium.

11 *Al.* hujusce rei.

Cap. 50.

12 Al. *Est etiam.*

13 Al. *et sacram custodire.*

14 Al. *quicquid petitura.*

15 Al. *denegaret.*

16 Al. *sibi viatori.*

Cap. 12.

17 Al. *Purum ergo.*

18 Al. *fratrem circumscr ptione verborum sedu at.*

19 Al. *at si promittere quærat, tolerabilius.*

a Sumitur pro homicidio a patre illato.

cere, quam facere quod turpe sit. Sæpe plerique constringunt se jurisjurandi sacramento, et quum ipsi cognoverint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod spoponderint, sicut de Herode suprascripsimus, qui saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter solvit. Turpe est, quod regnum pro saltatione promittitur, crudele, quod mors Prophetæ [1] *jurisjurandi religione donatur. Quanto tolerabilius* [2] *tali fuisset perjurium sacramento?* Et post pauca de [3] Jephthe disserens: *Miserabilis,* [4] *inquit, necessitas, quæ solvitur parricidio. Melius est non vovere, quam* [5] *vovere id quod sibi is cui promittitur, nolit exsolvi.* Et post paululum: *Non semper igitur promissa* [6] *solvenda sunt.* Denique ipse Dominus, sicut scriptura indicat, frequenter suam mutat sententiam.

Vir quoque sanctissimus Augustinus [7] vestigationis acumine cautus, inveniendi arte præcipuus, asserendi copia profluus, eloquentiæ flore venustus, sapientiæ fructu fœcundus, hæc in suis narrat afflatibus: *Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen* [8] *non sunt sine culpa, quum aut jocamur, aut proximis mentimur. Illud primum in jocando ideo non est perniciosissimum, quia non fallit; novit enim ille cui dicitur, joci caussa esse dictum; secundum* [9] *autem ideo mitius est, quia retinet nonnullam benevolentiam.* [10] Ideo ipse: *Non auferat,* inquit, *veritas misericordiam,* [11] *non misericordia impediat veritatem. Si enim pro veritate, aut quasi rigida veritate, oblitus fueris misericordiam, non ambulabis in via Domini, in qua misericordia et veritas obviaverunt sibi.*

Beatus etiam Gregorius [12] Papa, et libris et meritis honorandus, atque in Ethicis assertionibus pene cunctis merito præferendus, sic in libris infert Moralibus: *Quia ergo Behemoth* [a] *iste* [13] *ita inexplicabilibus nodis ligat, ut plerumque mens* [14] *in dubio adducta, unde se a culpa solvere nititur,* [15] *inde culpa arctius adstringatur, recte dicitur:* Nervi testiculorum ejus perplexi sunt; *argumenta namque machinationum illius quo* [16] *magis laxantur, ut relinquant, eo magis implicantur, ut terreant. Est tamen quod ad destruendas ejus versutias utiliter* [17] *fiat. Et quum mens inter minora et maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur. Quia et qui* [18] *murorum undique ambitu, ne fugiat, clau-*

di-

1 Al. *pro jurisjurandi religione datur.*

2 Al. *tale fuisset.*

3 *Al.* Jephthe disputans.

4 *Al. deest*: inquit.

5 Al. *vovere id quod sibi.*

6 Al. *solvenda omnia sunt. Denique ipse Deus.*

7 *Al.* investigationis acumine.

Super Psal. 5. ad illud: *Perdes omnes.*

8 Al. *non est sine culpa, quum aut jocamur, aut pro misericordia mentimur; illud primum inchoandum.*

9 Al. *autem minus est, ideo quia.*

10 *Al.* Idem ipse: *Non auferat.*

11 Al. *nec misericordia.*

12 *Al.* Papa, et vitæ meritis.

Lib. 32. *cap.* 17.

13 Al. *iste tam inexplicabilibus.*

14 Al. *in dubium.*

15 Al. *inde in culpa arctius.*

Job 40. *v.* 12.

16 Al. *magis relaxantur..... implicantur, ut terreant.*

17 Al. *fiat; ut quum mens.*

18 Al. *murarum ambitu.*

[a] Intellige diabolum in sententia Gregorii.

ditur, ibi se in fugam præcipitat, ubi brevior murus invenitur.

Nostri quoque sæculi Doctor egregius, ecclesiæ catholicæ novissimum decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione non infimus, et quod [1] majus est, in sæculorum fine doctissimus, atque cum reverentia nominandus, Isidorus in libro Sententiarum secundo hæc pro tali narrat negotio: *Non est conservandum sacramentum, quod* [2] *male incaute promittitur; velut si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim sacramentum non implere, quam permanere in stupri flagitio.* Similiter in Synonimis: *In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum; quod incaute vovisti, non facies; impia est promissio, quæ scelere adimpletur.* Hæc de sacris Paginis, auctoribusque præcipuis brevissime sufficiat prælibasse; nam plurima colligere poterit, qui hæc attentius legendo quæsierit. Ceterum quibus hæc nequaquam sufficiunt, vel hinc sumant cum rubore silentium, quia optat Vas electionis anathema esse a Christo pro [3] fratribus nostris, quam perdurare crudelibus in delictis.

1 *Al.* majus est, jam sæculorum finitorum doctissimus, cum reverentia.

Cap. 31.

2 *Al.* malum incaute, *vel* male et incaute.

Lib. 2. *de Summo bono*, cap. 32.

3 *Al.* fratribus suis.

CAP. XVI.

Ex Concilio Toletano X. anno 656. canone 2.

[4] *De non violandis* ab ullo clericorum, vel *religiosorum* monachorum *juramentis, in salutem regiam datis.*

4 Al. *De his qui adversus Principem conjuraverunt.*

Frequentium molestiarum nocens impulsus contemni quidem magnitudine decentis [5] poterat gravitatis [a]; sed quia levitas labens facile ad præcipitia vana corda reclinat, bene honesta solicitudo cohibere properat quod frequentata usitatio vitare non curat. Ideo quum et quorumdam paternorum sanctionibus decretorum, et institutionibus sit legalibus [b] cautum, ne contra salutem principum gentisque aut patriæ quisquam meditari conetur adversum; hoc unum specialiter nunc depromitur observandum, ut siquis religiosorum [c] ab episcopo [6] usque ad extremi ordinis clericum, sive monachum generalia juramenta in salutem regiam, gentisque, aut patriæ data, reperiatur violasse voluntate profana, mox propria dignitate privatus, et loco et honore habea-

5 *Al.* poterit gravitatis; sed quia honesta solicitudo.

* *Can.* 24. *c.* 11. *q.* 1. *ex Ivone P.* 12. *c.* 88.

6 *Al.* usque ad extremum ordinis clericorum, sive monachorum.

[a] Prudentiæ. [b] Vide supra cap. 11. [c] Vocabulum significat quascumque personas, quæ sæculares non sint.

beatur exclusus, [1] et miserationis obtentu tantummodo reservato, ut an locum, an honorem, an utraque possideat, concedendi jus licentiamque potestas principalis obtineat.

1 *Al.* eo miserationis.

CAP. XVII.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. canone 3.

Quid sit observandum tempore, quo rex in exercitu progreditur; scilicet, ut pro impetranda victoria, *pro regis, gentis, et patriæ statu, atque salute* sacrificium Deo quotidie offeratur.

Quantum cum Dei juvamine ratio competit, ut rectitudinis regula ponatur in ecclesiastico ordine, tantum necessarium est, ea excogitare et ordinare, quæ clementissimo domino nostro Reccesvintho regi, fideliumque suorum genti, aut patriæ debeant prosperitatem afferre. Ob hoc ergo instituit hoc sanctum concilium, ut quandocumque eum caussa ingredi fecerit contra suos hostes, unusquisque nostrum in ecclesia sua hunc teneat ordinem, ita ut omnibus diebus per bonam dispositionem sacrificium Omnipotenti Deo pro ejus suorumque fidelium, atque exercitus sui salute offeratur, et divinæ virtutis auxilium impetretur, ut salus cunctis a Domino tribuatur, ut victoria illi ab Omnipotenti Deo concedatur. Tamdiu hic ordo tenendus est, quamdiu cum divino juvamine ad suam redeat sedem. Quisquis hujus institutionis modum implere distulerit, sciat, se a suo Metropolitano esse excommunicatum. *Eumdem vide in cap. 29. de Metropol.*

CAP. XVIII.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. can. 1.

[2] *De agnita et confirmata* Ervigii in Wambæ locum *prælectione* ad thronum *fastigii principalis*, ita ut ei obedientia sub anathemate deferenda sit.

2 Al. *De cognita et confirmata prælatione fastigii principalis, in nomine Sanctæ Trinitatis.*

[3] Post pacifica igitur hujus sanctæ fidei collationum studia, illa se primum nostris sensibus [4] salutaris cognitio agnoscendam invexit, quæ tanto corda omnium ardore caritatis adstringit, [5] quanto se per eamdem ipsa cognitio in con-

3 *Al.* post pacifica ergo.

4 *Al.* Salvatoris cognitio cognoscendam.

5 *Al.* quanto se eadem ipsa.

conventu generalis concilii [1] prænoscendam exhibuit. Etenim sub qua parte vel ordine serenissimus Ervigius princeps regni conscenderit culmen, [a] regnandique per sacrosanctam unctionem susceperit potestatem, ostensa nos scripturarum evidentia edocet, [2] in quibus et præcedentis Wambæ principis pœnitentiæ [b] susceptio noscitur, et translatus regni honor in hujus nostri principis nomine derivatur. [3] Idem enim Wamba dum inevitabilis necessitudinis [c] tenetur eventu, suscepto religionis debito cultu, et venerabili tonsuræ sacræ signaculo, mox per scripturam definitionis suæ hunc inclytum dominum nostrum [4] Ervigium post se prælegit regnaturum, et sacerdotali benedictione ungendum. [5] Vidimus, intuitu prælucente perspeximus hujus præmissi ordinis scripturas, idest, notitiam manu seniorum palatii roboratam, coram quibus antecedens princeps et religionis cultum, et tonsuræ sacræ adeptus est venerabile signum, scripturam quoque definitionis ab eodem editam, ubi gloriosum dominum nostrum [6] Ervigium post se fieri regem exoptat. Aliam quoque informationem jam dicti viri in nomine [d] honorabilis et sanctissimi [7] fratris Juliani, Toletanæ sedis episcopi, ubi eum separavit [e] pariter et instruxit, ut sub omni diligentiæ ordine jam dictum dominum nostrum Ervigium in regno ungere deberet, [8] et sub omni diligentia unctionis ipsius celebritas fieret; in qua scriptura et subscriptio nobis ejusdem [9] Wambæ principis claruit, et omnis evidentia confirmationis earumdem scripturarum sese manifeste monstravit. Quibus omnibus approbatis, atque perlectis, [10] dignum satis nostro cœtui visum est, ut prædictis definitionibus scripturarum nostrorum omnium confirmatio apponatur, [11] ut quia ante tempora in [12] occultis Dei judiciis præscitus est regnaturus, nunc manifesto in tempore generaliter omnium sacerdotum habeatur definitionibus consecratus. Et ideo soluta manus populi ab omni vinculo juramenti, quæ prædicto viro [13] Wambæ, dum regnum adhuc teneret, [14] alligata permansit, hunc solum serenissimum Ervigium principem obsequenda grato servitii famulatu sequatur, et libero; quem et divinum judicium in regno prælegit, et decessor princeps successorem sibi [15] instituit, et quod

1 *Al.* prænoscendam exilivit. Etenim sub qua pace, vel ordine... Eringius.

2 *Al.* in quibus et præceptio et Bambæ.

3 *Al.* Idem Bamba dum inevitabili necessitudinis teneretur.

4 *Al.* Eringium.

5 *Al.* Vidimus enim et pariter patulo alternæ visionis intuitu prælucente perspeximus.

6 *Al.* Eringium.

7 *Al.* fratris nostri.

8 *Al.* et omni diligentia unctionis... in quibus scripturis.

9 *Al.* Bambæ.

10 *Al.* dignum sane.

11 *Al.* ut qui ante.

12 *Al.* occultis judiciis.

13 *Al.* Wambæ.

24 *Al.* alligata est, hunc solum, qui permansit serenissimum Eringium principem obsequutura gratæ servitutis famulatu sequatur et libero.

15 *Al.* instituit, et quod magis, *vel* plus est.

a Paraverat Ervigius Wambæ potionem, vi cujus supremam animam agere visus est Wamba; patres tamen Ervigii crimen dissimulasse videntur. *b* Monasticæ scilicet professionis susceptio, cujus quidem eadem erat vita et habitus, ac pœnitentiæ status. *c* Infirmitatis ex potione ab Ervigio ei oblata. *d* Quasi diceret: directam ad honorabilem et sanctissimum, &c. *e* Ei concessit, unde: *Chartæ separatæ.*

quod superest, quem totius populi amabilitas exquisivit. Unde his præcognitis atque præscitis, [1] serviendum est sub Deo cœli prædicto principi nostro Ervigio regi cum pia devotione, obsequendum etiam promtissima voluntate, agendum et enitendum quicquid ejus saluti proficiat, [2] quicquid genti vel utilitatibus patriæ suæ consuluerit; unde non erit jam deinceps aut ab anathematis sententia alienus, aut a divinæ animadversionis ultione securus, [3] quisquis superbe contra salutem deinceps aut erexerit vocem, aut commoverit cædem, aut quamcumque exquisierit [4] lædendi occasionem.

[1] *Al.* serviendum est Deo cœli, et prædicto principi nostro Eringio regi, eique pia devotione obsequendum, et promtissima.

[2] *Al.* quicquid gentis suæ utilitatibus et patriæ consuluerit.

[3] *Al.* quisquis contra.

[4] *Al.* lædendi occasionem.

CAP. XIX.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. *can.* 4.

De munitione prolis regiæ, ut nullus ei lædere audeat, sub æterni anathematis pœna.

Pridianæ diei exercitia gloriosa, quibus per trium capitulorum adnotationem pietas principalis se monstravit eximia, cogunt cœtus nostri reverentiam aliquid promulgare, [5] quo valeat et pietati regiæ vicem beneficentiæ reddere, et principali soboli ad futurum prodesse. Providentia enim salutaris semper est utilis, immo semper est utile quod ad veram pertineat salutem. Et ideo piæ solicitudinis cura extenti, defensionis decretum promulgare prælegimus in regiam prolem, et tuitionis in futurum obtendere pietatem, qui paternis beneficiis nequivimus reddere vicem.

[5] *Al.* quod valeat.

De hoc sane principe nostro Ervigio rege id nos definisse conveniat, cujus provida fide pacato imperio regimur, affectu fovemur, præmiis fruimur, qui profanatoribus perditum libertatis decus restituit, qui de accusatis modum, quo justissime examinentur, decrevit, qui terram gentis propriæ et illæsam ab hoste servavit, et multiplici tributorum relaxatione erexit [a]. Et ideo, qui tot erga gentis suæ populos ejus beneficia persentimus, dignum est, ut saltem ejus filiis fortia tuitionis ad futurum adminicula prorogemus.

Contestamur ergo omnes præsentes et absentes, seu etiam futuris temporibus subsequentes, sacerdotes, vel principes, seu cujuscumque honoris aut ordinis homines, coram Deo, et sanctis angelis ejus, ut nullus ad futurum posteritati ejus vel gloriosæ conjugis suæ Liubigotoni reginæ, atque his qui gloriæ suæ filiis, vel filiabus conjuncti esse noscuntur, seu

[a] Vide tit. *de Hisp. Reg. piet.*

etiam qui adhuc conjuncti non sunt, sed protinus conjungendi sunt, injustas lædendi occasiones exquirat; nullus occulte vel publice, per quæ abdicentur, malitiæ suæ contra eos vota extendat; non eos gladio vel qualibet perniciosa factione interimat; nullus consilium vel opus, quibus injuste dejiciantur vel nudentur rebus, exhibeat; nullus his injuste violentum tonsuræ signaculum imprimat, nullus vestem contra ordinem [a] gloriosæ conjugis ejus, vel filiabus suis, atque nuris mutare præsumat; nullus etiam extra evidentis culpæ indicium, aut exiliis eos relegandos inducat, aut eorum corporibus quamlibet detruncationem, vel flagellorum inferat detrimenta, quo cum præmemoratis omnibus omnis ejus in tota ad futurum gloriosa posteritas nec læsionis injustam perferat notam; nec rerum sentiat detrimenta.

Si quis autem hominum, cujuslibet sit ordinis aut honoris, huic nostræ sententiæ non acquiescens, filios filiasve gloriæ suæ una cum serenissima conjuge sua Liubigotone regina, vel supradictis omnibus, amodo vel quandoque, sine justo partis suæ negotio, aut lædendos impetierit, aut dejiciendos elegerit, vel ex propria deliberatione consenserit, quo aut de rebus sibi debitis injuste expoliati nudentur, aut dolo vel machinamento quolibet dejiciantur, sit æterno anathemate ultus; et futuri examinis judicio condemnatus.

CAP. XX.

Ex eodem, canone 5.

Ne defuncto principe, relictam ejus conjugem aut in conjugio sibi quisque, aut in adulterio audeat copulare.

Execrabile facinus et adsuetæ admodum iniquitatis est opus, defunctis regibus, superstitis ejus conjugis regale torum appetere, et horrendis pollutionum maculis sordidare. Quis enim christianorum æquanimiter ferat, defuncti regis conjugem alieno postmodum connubio uti? aut sequuturi principis libidini subjugari? Et quæ fuit domina gentis, sit postmodum prostibulum fœditatis? Et quæ toris extitit regalibus honoris regii sublimitate conjuncta, stupris eorum vel conjugiis, quibus pridem dominata est, abdicetur ut reproba? Quid ergo, si moriuntur principes, numquid inhonorandas relinquunt sui corporis partes? Aut quia ad gaudia cœlestia christiani transeunt reges, propterea ad contume- liam

[a] Vestem, contra ordinem usu præscriptum.

liam in sæculo eorum devocandæ sunt conjuges? Nusquam ergo inhonorum esse oportet, quod honorandum convenit opportune haberi. Nulli ergo licebit superstitem reginam sibi in conjugio ducere, non sordidis contactibus maculare [a]. Non hoc sequuturis regibus licitum, non cuiquam hominum licebit esse permissum. Quod si facere tale aliquid quispiam præsumserit, quo aut superstitem reginam post decedentis principis mortem sibi in connubio copulet, aut adulterina pollutione contaminet, sive sit rex, sive quilibet hominum, qui hujus nostræ sanctionis sententiam violare præsumserit, sit ab omni christianorum communione seclusus, et sulphureis cum diabolo contradatur ignibus exurendus. Quicumque igitur hujus constitutionis nostræ præsumserit convellere vel abradere sanctionem, sit nomen ejus abrasum et deletum de libro vitæ, ut tartareas judicii pœnas excipiat, qui hæc decreta honestati devoverit violanda.

CAP. XXI.

Ex eodem, canone 8.

Ne admonente metropolitano, vel rege, *quisquam ex confinitimis* episcopis, *ad locum, ubi invitatur, venire contemnat.*

Si generaliter obediendum omni fratri in tantum a Christo præcipitur, ut non solum si angariati fuerimus passibus mille, obedientiæ vota paremus, sed etiam gemino id caritatis officio peragamus; jam quomodo obediendum est præeminenti? quibus apostolus ita obedire præcepit, ne de inobedientia fratris videantur ullo modo contristari. Accidit enim multoties, ut caussa salutis alicujus vel collationis necessariæ evocati a principe vel metropolitano confinitimi sacerdotes, venire differant, et diversis excusationibus agant, quibus implere quæ jubentur, omittant. Hac de re nascitur et difficultas ordinibus, et contemtus majoribus. Et ideo si quis episcoporum a principe vel metropolitano suo admonitus, designato sibi dierum rationabili ad veniendum spatio, sive pro festivitatibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste, et Nativitate Domini [b] celebrandis, sive pro caussarum negotiis, seu pontificibus consecrandis, vel

Matth. 5. v. 41.

Hebr. 13. v. 17.

[a] Fortassis, caussa servandæ honestæ defuncti regis memoriæ.
[b] Vide sis cap. 32. de Metrop.

vel pro quibuslibet ordinationibus principis, excepta inevitabili necessitate infirmitatis, quæ testibus possit comprobari idoneis, ad constitutum diem venire distulerit, contemtorum se noverit excommunicatione multari, si tamen exceptis supra taxatis [a] capitulis, aut fluminum aut aerum procellosa immensitas ad præfinitum diem aditum ei subduxerit properandi, quod tamen et hoc ipsum convinci idoneis testibus oportebit. Hanc etiam et illi ex pontificibus sententiam merebuntur excipere, qui exortos contra se clamores negotiorum, admoniti a metropolitano, distulerint emendare atque compescere, aut si admoniti, ut ad judicium primæ sedis accedant, aut per se noluerint properare, aut vades [b] suos neglexerint, legaliter informatos dirigere. *Eumdem vide in cap. 41. de Metropol.*

CAP. XXII.

Ex Concilio Cæsaraugustano III. anno 691. canone 5.

Ut defuncto principe, superstes regina statum et vestem secularem deponat, et in cœnobio virginum mancipetur perma sura, ut nulla ei, in sæculo persistenti, injuria irrogari possit.

Licet planissime in concilio Toletano [c] de principum relictis institutum fuisset, ut nulli licitum esset, superstitem reginam in conjugio ducere, aut sordidis contactibus maculare, neque sequuturis regibus, nec cuilibet hominum esset permissum; tamen nostri ordinis caussa est, ut crebrissime ad hoc aciem mentis nostræ condirigamus, quæ animæ intuemur exhibere projectum. Unde quia præteritis temporibus multas scimus atque cognovimus principum relictas, post eorum vocationem, pro apice regni, [f] quem regendo in cunctis tenuerunt, nullam reverentiam honoris eis adhiberi á populis, sed passim (unicuique probatum est) diversas assumentes occasiones, non solum latenter in earum contrarietate [d] insidias moliuntur, verum etiam (quod veritati contrarium [e] est) procaciter verba contumeliosa in conventu multorum eas afficiunt, et (quod omni religioni abominandum atque horrendum est) de his detrahere non sinunt, quas in

[f] *Al.* quod regendo.

[a] Notatis. [b] Procuratores. [c] Vide supra cap. 20. [d] Contra eas. [e] Referendum est ad verba contumeliosa, quæ sunt veritati contrariæ.

in caterva populi cernunt commorari; proinde paterna pietate commoti, atque condigna circa tanto culmine providentes, per hujus decreti nostri paginam, non solum quæ in prædicto concilio exarata sunt de conjuge principum, perenniter custodire, atque firma stabilitate decernimus permanere, sed etiam ea quæ sunt conspicua honestati necessaria, modo advertere procuramus, ut [1] servatas in omnibus sanctiones canonum totius Toletani concilii, quæ de principum relictis promulgatæ atque definitæ esse noscuntur, deinceps relicta principis superiorem sententiam illibato animo pudice servans, statim arcessito ab hoc sæculo principe, vestem sæcularem deponat, et alacri [a] curiositate religionis habitum assumat. Quam etiam et confestim in cœnobio virginum mancipandam esse censemus, et ut ab omni turbine mundi remota, nequaquam cuilibet locus attribuatur, per quod aut contumelia tantæ potestati in publico ingeratur, aut subdita plebi esse [2] hæsisse patescat, quorum ante dudum agnoscitur domina fuisse; sed infra claustra monasterii jugi sedulitate persistens atque sanctimonialem vitam peragens, de regno temporali opitulatione divina ad regnum æternitatis mereatur pervenire.

1 *Al.* servatis in omnibus sanctionibus.

2 *Al. deest*: hæsisse.

CAP. XXIII.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. *can.* 8.

De munimine prolis regiæ, ut nullus ei injuriam irrogare audeat.

Dum sanctæ actionis studia, ac fervidæ intentionis vota longe lateque diffusa, principali exhibitione cunctis patule liquent, ecclesiæ sanctæ catholicæ obtutibus luce clarius enitescunt [b], cogunt adunationis nostræ conventum, quippiam salutari promissione depromere, et caussa retributionis proli ejus aliquid congruum aut expedibile promulgare, quo et parentali exhibitione pro bene gestis videamur aliquantulam opem beneficentiæ reddere; et sobolem ejus piæ defensionis ac tuitionis necessario munimine præmunire. Gloriosissimus etenim ac serenissimus dominus noster Egica rex, ferventissimi amatoris Christi igne succensus, et sanctæ actionis ope perfunctus, inimicorum Christi perfidiam, illud

a Hoc est: Alacri cursu, agilitate, protinus. *b Hoc est*: Virtutum opera a principe edita, quæ longe lateque diffusa, ecclesiam præclarissimis ornant exemplis, cogunt nos in concilio congregatos &c.

Psal. 138. v. 22. illud prophetale vaticinium sequens: *Nonne qui oderant te Domine, oderam illos, et super inimicos tuos tabescebam?* utpote verus christicola obnoxios proterere decernit, ecclesiæ Dei statum vigilaci instantia roborare disponit, sanctis Dei basilicis se munificum exhibet, tributorum impensiones populis moderamine discreto remittit, maligna contra se obstinatione agentibus animi liberalitate gratissima, ac piæ miserationis instantia ignoscere consuevit; multos quoque, qui confracti sunt, liberos secundum prophetam, omne onus disrumpendo, in ingenuitatis statu reformat, atque in diversis sanctæ vitæ studiis sese exercendo præpollet. Quo circa quoniam pro tot tantisque beneficiis, quæ multimoda devotio ecclesiæ Dei vel gentis suæ populis prorogare studet, quid aliud illi unanimitas nostra condigne respondeat, invenire non prævalet. Id salutari providentia, quæ semper est utilis (immo semper est utile, quod veram pertinet ad salutem) decernit atque instituit, ut ejus filiis, ut præmisimus, fortia tuitionis ad futurum adminicula promulgemus, contestantes per nomen illud, cui cuncta coelestia et terrestria genuflectunt, omnes præsentes et absentes, seu etiam futuris temporibus subsequentes sacerdotes vel principes, seu cujuscumque honoris aut ordinis homines, ut nullus ad futurum posteritati ejus, atque his qui gloriæ suæ filiis vel filiabus conjuncti non sunt, sed forte sunt conjungendi, injustas lædendi occasiones exquirat, nullus occulte vel publice, per quæ abdicentur, contra eos malitiæ vota extendat; non eos gladio vel qualibet perniciosa factione interimat, nullus consilium vel opus, quibus injuste deficiantur, vel nudentur rebus, exhibeat, nullus his injustæ violentum tonsuræ signaculum imprimat, nullus vestem contra ordinem filiabus suis atque nuris mutare præsumat, nullus etiam extra evidentis culpæ indicium aut ex illis eos relegandos inducat, aut eorum corporibus quarumlibet truncationum vel flagellorum inferat detrimentum *.

CAP. XXIV.

Ut in singulis ecclesiis sacrificium et orationes quotidie Deo pro salute et prosperitate regis, regiæque familiæ, excepto Passionis Dominicæ die, offerantur.

Ex eodem canone.

Denique licet hæc quæ præmissa sunt, æquissime digesta

* Leg. 16. Prol. For. Jud.

sta extant, tamen quia ejusdem gloriosi nostri domini tantum emicat devotio promta, ut ea ipsa nequeant ei ad complementum vicem patientiæ [a] reddere debitam; ob hoc nostram universitatem adjicere, saluberrime convenit, ut tam per omnes civitates vel loca in quibus sedes episcoporum esse noscuntur, ad regni ejus ditionem pertinentes, quam etiam per eorumdem episcoporum diœceses, excepto passionis Dominicæ die, quando altaria denudata persistunt, nec cuiquam in eodem die Missarum licet sollemnia celebrare, cunctis aliis diebus, quibus iisdem dominus noster in hac vita superstes extiterit, pro eo vel pro cunctis ejus filiis vel filiabus, aut pro his, qui jam matrimoniali sunt jure conjuncti, adhucque sunt conjungendi, seu pro nepotibus vel suis omnibus, sacrificiorum Domino libamina dedicentur [b], piæ orationis vota solvantur, ac cum gratiarum actione superno Numini commendemur; quia si desideria in eis bona quotidie multiplicentur, adversantium eorum conamina virtute suæ dexteræ confringantur, indulgentia et gratia eis a sua misericordia conferatur, ut suæ potentiæ defensione protecti antiqui hostis decipula evadant, et caritate ac vitæ longævitate pollentes, adire mercantur post transitum sidereas mansiones.

CAP. XXV.

Ex eodem concilio, canone 9.

De Sisberto episcopo, ut quia necem Egicæ machinatus esset, honore, dignitate, rebus omnibus privatus, in perpetuum mittatur in exilium, in exitu vitæ tantum communionem suscepturus.

Sicut summum bonum est, valdeque conspicuum superno Numini amanter fideliterque inhærere, ejusque præceptioni patientiam votis gliscentibus exhibere, ita consequens bonum est, post Deum regibus, utpote jure vicario ab eo præelectis, fidem promissam quemque inviolabili cordis intentione servare, et nulla contra eum occasione quicquam nocibilitatis excogitare, nihilque nequius definire, dicente Domino: *Nolite tangere christos meos.* Et iterum David: *Psal. 104. v. 15.*
Quis enim extendit manum suam in Christum Domini, et in- *1. Reg. 26. v. 9.*

no-

[a] Sumitur hic pro benignitate, qua se rex pro tanta erga ecclesiam devotione, parva grati animi significatione retribui patiatur. [b] Id fit nunc in canone Missæ, et in collecta: *Et famulos*, a Pio V. Hispanis concessa.

2. Reg. 1. v. 14. *nocens erit*? Item ipse cuidam comminans: *Quare non timuisti manum tuam mittere, ut occideres Christum Domini?* Unde opportunum satis est, ut sponsio principibus compromissa, absque aliquo fraudis nævo custodiatur, et fides eis reddita nullis factionibus, nullisque etiam nequitiæ machinationibus temeretur. Nam si nuda tantum verbi pollicitatio, qualibet occasione violetur, criminis denotatione censetur; quanto magis si fides regibus sub jurisjurandi attestatione promissa nequaquam profanare pertimescatur? Est enim quorumdam sæcularium, et (quod pejus est) sacerdotum improbanda satis obstinatio animorum, et fidem suis principibus sub juramento promissam observare contemnunt, et verborum fuco juramenti obnubilant promissionem, dum in arcano pectoris retentent infidelitatis perversitatem, et
Exod. 20. v. 7. dum scriptum sit: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumserit nomen Domini Dei sui frustra*; et iterum: *Non per-*
Levit. 19. 12. *jurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui.*
Jer. 1. 27. *Ego Dominus*; rursumque: *Maledictus omnis qui jurat in nomine Domini Dei sui mendaciter*; illi jurantes, fidem promissam temerare non metuunt, et juramenti sui pollicitationem prævaricare nullatenus pertimescunt. Unde Sisbertus, Toletanæ sedis episcopus, talibus machinationibus denotatus repertus est, pro eo quod serenissimum dominum nostrum Egicanem regem non tantum regno privare, sed et morte cum Flogello, Theodomiro, Liubilane, Leubigitone quoque, Thecla, et ceteris interimire definivit, atque genti ejus vel patriæ inferre conturbium et excidium cogitavit, qui etiam per decreti nostri definitionem [a] jam et loco et honore privatus existit; ideo nostrum in commune per hujus canonicæ sanctionis decernit collegium, ut hoc ipsum unionis nostræ decretum, quod etiam his synodicis definitionibus annectendum decrevimus, omni subsistat valore subnixum, atque in perpetuum obtineat inconvulsibile robur. Ipse vero Sisbertus pro sui juramenti transgressione facinorisque tanti machinatione, secundum antiquorum canonum [b] institutionem, qua præcipitur, ut quisquis inventus fuerit talia fecisse, et vivente principe in alium attendisse pro futura regni spe, a conventu catholicorum excommunicatio-

nis

a In canone, qui in vulgatis editionibus refertur sub numero 12. Vide infra cap. 26. Constat tamen efformatum esse ante inchoatam synodum, uti ex ipso evincitur; sed quum ex eorumdem patrum decreto concilii canonibus inseri deberet, collectores numerum 12 eidem canoni inepte adscripserunt; nihilominus a communi et vulgato ordine nobis deviare non licuit. b Vide supra cap. 11.

nis sententia repellatur, honore simul et loco depulsus omnibusque rebus exutus, quibusque in potestate prædicti principis redactis, perpetui exilii ergastulo maneat relegatus: ita nempe, ut secundum eorumdem antiquorum canonum decreta, in fine vitæ suæ tantum communionem accipiat, excepto si regia eum pietas ante absolvendum crediderit. Simili quoque et ceteri de religiosis cujuslibet sint ordinis aut honoris, qui deinceps talia contra principem egisse vel definisse, reperti extiterint, censura multandi sunt.

CAP. XXVI.

Ex eodem, *canone* 10.

De his, *qui juramenti sui*, de fidelitate erga regem, *profanatores extitisse noscuntur*, ut sint anathema in conspectu Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

* Sicut ulcus, quod graviter serpit in corpore, non nisi gravioribus medicaminibus, aut ferro curatur, ita perfidorum obstinatio, quæ nullatenus cohibetur, durioribus sententiis necesse est, ut multetur. Nam quamquam Dominica sanctio protestetur: *Non morietur pater pro filiis, nec filii pro parentibus, sed unusquisque pro peccato suo morietur*, et iterum: *Filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii*; tamen quia et jurisjurandi transgressio valide inolevit, et machinandi contra principes nostros consuetudo sæva percrebuit, quo aut nece diversa princeps interimatur, aut regni dignitate privetur (quod nequaquam cohiberi potest, nisi severiori censura) ideo per hujus institutionis nostræ decretum sancimus, ut quicumque deinceps, cujuslibet sit honoris persona vel ordinis, in necem vel dejectionem regiam quippiam machinaverit, eumque qualibet nocibilitate impendendum, crediderit, aut gentem ejus vel patriam quibuslibet factionibus vel machinationibus disturbare contenderit, tam ipse, quam omnis ejus posteritas ab omni palatini ordinis dignitate privati, fisci viribus sub perpetua servitute maneant religati, potestate tantum glorioso principi nostro Egicani servata, ut si aut eos, qui jam pro suæ infidelitatis perfidia canonice legaliterque dijudicati sunt, aut eos, qui deinceps a fidei suæ juramento aborbitaverint, et adversus prædictum principem nostrum aliquid nocibilitatis agere aut machinare studuerint, si eos, ut

Deuter. 24. *v.* 16.

Ezech. 18. *v.* 20.

* Leg. 11. Prol. *For. Jud.*

ut diximus, piæ indulgentiæ voto quandoque relevare maluerit, licentia illi usquequaque manebit. Et quia res eorum justo ac legali modo in ejusdem domini nostri dominio pervenerunt, ex quibus etiam quædam ejusdem principis collatione tam ecclesiæ Dei, quam prolis ejusdem domini nostri, seu etiam alii plures pro sui servitii merito accipere meruerunt, provide instituentes decernimus, ut nullo umquam tempore eorum filii, qui juramenti sui profanatores extitisse noscuntur, seu extiterint, vel subsequens eorum posteritas in nocibilitate eorum intendere audeant, nec ipsas res eis auferre quoquo pacto studeant. Ideo denique, ut præmisimus, severissimam hanc decreti nostri curavimus promulgare sententiam, ut qui suum non formidat exitium, saltem filiorum cunctæque suæ posteritatis pertimescat interitum. Si quis sane regum succedentium cunctas hujus constitutionis nostræ definitiones custodire aut implere distulerit, omnis linea generationis ejus perpetim condemnata depereat, et insuper Divino judicio rebus omnibus et honore præsenti in sæculo careat, atque Christo judicante, cum diabolo ejusque sociis ad interitum gehennæ perveniat. Cui nostræ definitioni ex antiquo canone quædam necessaria innectimus, et omnes in commune ipsis verbis, quibus, ut diximus, hoc depromsit antiquitas, proclamamus, dicentes:

Quicumque igitur a [a] nobis vel totius ecclesiæ populis, qualibet conjuratione vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque gothorum statu, vel pro conservatione regiæ salutis pollicitus est, temeraverit, aut gloriosum principem nostrum Egicanem, vel subsequentes principes nece attrectare voluerit, aut potestate regni exuere tentaverit, aut præsumtione tyrannica regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in conspectu Dei Patris, et angelorum, atque ab ecclesia catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, et ab omni cœtu christianorum alienus, cum omnibus impietatis suæ sociis; quia et oportet, ut una pœna teneat obnoxios, quos similis error invenerit implicatos.

Quod iterum secundo replicamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniæ populis, quolibet tractatu vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque gothorum statu, vel conservatione regiæ salutis pollicitus est, violaverit, aut prædictum principem nostrum aut subsequentes principes nece attrectare voluerit, aut potestate regni exuere tentaverit, aut præsumtione tyrannica regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in Christi con-

[a] Ex nobis.

conspectu, et apostolorum ejus, atque ab ecclesia catholica quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, et ab omni consortio christianorum alienus, et damnatus in futuro judicio habeatur cum participibus suis; quia dignum est, ut qui talibus sociantur, ipsi etiam damnationis eorum participatione obnoxii teneantur.

Hoc etiam tertio clamamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniæ populis, qualibet meditatione vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ salute, gentisque gothorum statu, vel incolumitate regiæ potestatis pollicitus est, violaverit, aut totiens dictum principem nostrum, vel subsequentes principes nece attrectare voluerit, aut potestate regni exuere tentaverit, aut præsumtione tyrannica regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in conspectu Spiritus Sancti, et martyrum Christi, atque ab ecclesia catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, et ab omni communione christianorum alienus, neque partem justorum habeat, sed cum diabolo et angelis ejus æternis suppliciis condemnetur, una cum eis, qui eadem conjuratione nituntur, ut par pœna constringat, quos in pernicie prava societas copulat.

Et ideo si placet omnibus qui adestis hæc tertio reiterata sententia, vestræ vocis eam consensu firmate. Ab universis Dei sacerdotibus, palatii senioribus, clero, vel omni populo dictum est: Qui contra hanc vestram definitionem venire præsumserit, sit anathema, maranatha, hoc est, perditio in adventu Domini, et cum Juda Ischarioth partem habeant et ipsi, et socii eorum.

CAP. XXVII.

Ex eodem, *canone* 12.

Decretum judicii ab universis de Sisberto, ab honore, ordine, communione, et Corporis Christi participatione privando, et exilio perpetuo puniendo ob tentatam Egicæ regis necem.

Actuum apostolorum probata satis et veneranda narrat historia, quod Juda crimine proditionis damnato, nequaquam Spiritus Sanctus super reliquos undecim illapsu cœlico est diffusus, quoadusque Mathias ab omnibus est prælectus in loco ejusdem apostolus; inde scilicet quia undenarius Cap. 1.

 nu-

numerus transgressionem significat mandatorum. Et quia Sisbertus, Toletanæ sedis episcopus, suo facinore denotatus, nostro ex corpore constat abscissus, ob id summopere numerositatem nostram convenit studere, ut in loco ejus alio subrogato, perfectioni debitæ corpus nostrum reddatur, sicut per Mathiam perfectus numerus noscitur fuisse completus; et quia iidem legationem superni Numinis fungentes apostoli sunt protestati, dicentes: *Christi bonus odor sumus Deo in his qui salvi fiunt; et in his qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam*; illis videlicet odor vitæ in vitam, qui præceptis eorum exhibere patientiam curaverunt, illis vero odor mortis in mortem, qui eorum nihilominus monita contemserunt.

2. Cor. 2. v. 15.

Proinde quia prædictus Sisbertus, Toletanæ sedis episcopus, eorum salutaribus monitis nequaquam maluit ex humilitate dependere obsequelam, quo ecclesiam Dei ordine debito regeret, humilitate instrueret, et exemplis salutaribus ad regna siderea provocaret, sed bicipiti se percellens mucrone, superbiæ videlicet atque perjurii, gloriosum dominum nostrum Egicanem regem non solum regno voluit privare, sed et mortis impensione perimere; ideo non congruit, nos prius concilium inchoare, nisi illo prius canonica ac legali censura multato, in loco ejus alius fuerit subrogatus, Toletanæ sedis cathedram retenturus. Iccirco nobis omnibus in unum collectis, idem Sisbertus episcopus nostro cœtui præsentatus, atque infidelitatis suæ machinationem patuli oris est affatu professus. Unde nos per hujus decreti nostri formulam, sæpedictum Sisbertum secundum edictum priscum synodicæ sanctionis, ac decretum de talibus promulgatæ legis,[a] ab episcopali ordine et honore dejicimus, a perceptione Corporis et Sanguinis Christi excommunicatum, in exilio perpetuo manere censemus, in fine tantum communionem per omnia percepturum, excepto si eum Principalis pietas cum sacerdotali conniventia delegerit absolvendum. *Integrum vide in cap. 6. de Translat. episcopor.*

[a] Vide supra cap. 2. et Leg. 11. Prolog. For. Jud.

CAP.

CAP. XXVIII.

Ex Concilio Toletano XVII. anno 694. can. 7.

De munitione conjugis, atque prolis regiæ, ut si quis eis injuriam irrogare auserit, sit perpetuo anathemate damnatus.

Præeminentium exercitium, ac devotionis sanctæ studium dum sese per diversa operationis gesta diffundit, et emolumentum sibimet conquirit virtutis, et bene operandi adhibet incentivum subjectis, ita nempe et pro eo quod bene gessit, recipiat a Deo mercedem, et pro eo quod ad bonum alios incitavit, statim recepisse gaudeat retributionis vicem. Quapropter dum Principalis sublimitas talia agit, perspicuum est, ut a sancta ecclesia prorogetur ei necessitudo mercedis, cur eumdem ecclesia studeat exornare operibus justis, quatenus et ille ad bene agendum promtior magis magisque efficiatur, et subditorum animus gratuita invitatione amplius roboretur.

* Ac proinde quia religiosus ac gloriosissimus princeps noster Egica rex, *zelo zelans pro Domino Deo exercituum*, *3. Reg. 19. v. 10.* inimicos veræ Fidei, qui diversa actione maluerunt catholicæ credulitatis statum evertere, et jurisjurandi profanationem, dum cœremoniarum suarum ritus contra suam pollicitationem [a] maluerunt servare, visi sunt incurrisse, ita recto judicii tramite digna cernitur ultione percutere, quatenus et injuriam crucis Christi vindicaret, et statum totius sanctæ ecclesiæ conservaret, atque genti ac patriæ suæ defensionis munimina necessaria provideret; ideo nos pro tot et tantis beneficiis, quibus tam sanctæ ecclesiæ, quam genti ac patriæ suæ prorogare intendit, cupientes in aliquo eidem principi retributionem rependere, per hujus definitionis nostræ sanctionem depromimus, et per individuæ Trinitatis inviolabile sacramentum cunctos tam nunc consistentes, quam futuris temporibus cujuslibet ordinis vel generis homines succedentes, convenimus et contestamur, ut si quandoque contigerit, quod gloriosa domina Cixilo regina [b], diutinis et felicioribus serenissimi nostri principis Egica-

* *Leg.* 17. Prol. *For. Jud.* *a* Tempore Reccesvinthi; vide *Leg.* 16. tit. 2. lib. 12. *For. Jud.* *b* Non videtur decretum conc. Cæsaraugust. uti supra cap. 17. firmum sortitum fuisse effectum.

cani annis transactis, religiose existat in viduitate superstes, atque ex eo habuerit dulcissimas proles; nulla mordacitate invidiæ pulsi, nullo odii stimulo acti, nullo diabolicæ fraudis instinctu permoti contra eos quisquam conetur assurgere, nullus citra evidentium culparum indicium, per quascumque subtilissimas indagationes nocibilitatis adversus eos perquirat occasiones, nullis eorum vita cujuslibet instantia obteratur injustissimis tædiis, nullis maceretur inediis, nullus quoque filiis ac filiabus eorum contra eorum voluntatem religionis habitum imponat, aut exilii ergastulis mancipandos statuat, neque flagellorum verberibus crutiet, per quod et dignitate priventur, et extra debitum justitiæ ordinem rerum suarum eis ambitio auferatur, sed quietis ac tranquillitatis ope fulciti, tam quod eis de parentali facultate debita successio dederit, quam etiam quod per auctoritatum oracula idem clementissimus dominus noster illis conferre maluerit, vel quæ ab illis juste conquisita extiterint, imperturbato jure possideant, et de rebus ipsis judicare quod voluerint, incunctatam licentiam habeant. Necessarium enim unicuique debet videri, ut sacerdotalibus præmuniantur oraculis, et eorum edictis reddantur per omnia liberales. Quod si quandoque extiterint destituti, secundum canonici vigorem edicti, sacerdotum manebunt defensionibus contuendi.

Si quis igitur hoc pietatis edictum violandum delegerit, infirmandum crediderit, aut quoquo pacto temerare intenderit, sit perpetui anathematis ultione damnatus, a pagina cœlesti abrasus, atque cum diabolo ejusque sociis acrioribus suppliciis alligatus.

CAP. XXIX.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 13.

De jure Regis.

Tertio decimo titulo mandamus, ut omnes majores, et minores veritatem et justitiam regis non [1] contemnant [a]; sed sicut in diebus domini Adelphonsi regis, fideles et recti persistant, et talem veritatem faciant regi, quale illi fecerunt in diebus suis. Castellani autem in Castella talem ve-

[1] *Al.* contendant.

[a] *Hoc est*: Inhæreant legibus, contentis in *Charta Populationis*, sive in Codice Fororum, quem Alphonsus Legionis V. illis tradidit.

veritatem [a] faciant regi, qualem fecerunt Sanctio Duci. Rex vero talem veritatem faciat eis, qualem fecit præfatus Comes Sanctius. Et confirmo totos illos foros cunctis habitantibus Legione, quos dedit illis rex dominus Adelphonsus, pater Sanctiæ reginæ uxoris meæ [b]. Qui igitur hanc nostram constitutionem fregerit, rex, comes, vice-comes, majorinus [c], sago [d], tam ecclesiasticus quam sæcularis ordo, sit excommunicatus, et a consortio sanctorum segregatus, et perpetua damnatione cum diabolo et angelis ejus damnatus, et dignitate sua temporali sit privatus.

CAP. XXX.

Ex Concilio Palentino anno 1129. *cap.* 14.

Regi omnes sine dolo, et pravo ingenio, seu consilio fideliter obediant. Quod qui non fecerit, excommunicetur.

TIT. III.

DE ADPRECATIONIBUS PRO REGE, AC DE PERACTIS EI GRATIIS.

CAP. I.

Hispaniarum Patres Deo gratias agunt, atque etiam Amalarico regi

In Concilio Toletano II. anno 527. *in Epilogo.*

Nunc ergo in nomine Domini finitis his, [1] quæ in collatione venerunt, gratias agimus omnipotenti Deo, deinde domino nostro glorioso Amalarico [e] regi, divinam clementiam postulantes, ut innumeris annis regni ejus ea quæ ad cultum [2] fidei proveniunt, peragendi nobis licentiam præstet. Amen.

[1] *Al.* quæ in consultationem.

[2] *Al.* fidei pertinebunt.

[a] Leges et privilegia confirmet. [b] Id est, Ferdinandi I. [c] Officium judicis in vicis institutum. Leg. 13. tit. 9. P. 3. quod quidem desiit jam tempore Joannis I. [d] Ministri ad obvia regis mandata exequenda. [e] Licet esset religione Arianus; quia nempe publicum catholicæ religionis cultum non prohibuit.

CAP.

CAP. II.

Hispaniarum Patres gratias Deo agunt, et Sisenando regi, quod sua præsertim opera coactum sit concilium

Toletanum IV. anno 633. in Epilogo.

Gloria autem et honor omnipotenti Deo nostro, in cujus nomine congregati sumus. Post hæc salus, et pax, et diuturnitas piissimo et amatori Christi [1] domino Sisenando regi, cujus devotio nos ad hoc decretum salutiferum convocavit. [2] Corroboret Christi gloria regnum illius, gentisque gothorum in fide catholica, annis et meritis protegat illum usque ad ultimam senectutem [3] summa Dei gratia, et post præsentis regni gloriam ad æternum regnum transeat, ut sine fine regnet, [4] qui intra sæculum feliciter imperat, ipso præstante, qui est rex regum et dominus dominantium, cum Patre, et Spiritu Sancto, in sæcula sæculorum. Amen. *Quæ sequuntur, in cap. 8. de Confirmat. et accept. concil.*

1 *Al.* domino nostro.

2 *Al.* Corroboret ergo Christi gratia .... gentesque gothorum.

3 *al.* summi Dei.

4 *Al.* qui in sæculo.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano V. anno 636. canone 9. in Epilogo.

De favore [5] principis, concilii acclamatione concesso.

His vero omnibus finem et robur subscriptione nostra facientes, gloriam et laudem omnipotenti [6] Domino, in quantum mortalium valetudo sinit, reddimus. [7] Post hoc gratias excellentissimo et gloriosissimo principi nostro [8] Chintilæ regi peragimus, cujus ardor fidei, et studium bonæ intentionis et unanimitatis concordiam nobis [9] tribuit, et fiduciam caritatis. Donet ei Dominus et de inimicis triumphum, et de beatitudine gaudium. Custodiat eum protectione assidua, [10] et muniat bonæ voluntatis suæ circumspectione tutissima, cujus regnum manet in sæcula sæculorum. Amen.

5 Al. *principum.*

6 *Al.* Domino Deo.

7 *Al.* Post hæc.

8 *Al.* Chintillano.

9 *Al.* tribuit et caritatis.

10 *Al. deest:* et.

CAP.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. can. 19. in Epilogo.

De gratiarum actionibus in confirmatione [a] concilii Deo, et principi datis.

His omnibus rite dispositis, et diuturna collatione deliberatis, benedictionem, gloriam, et honorem invisibili omnium auctori rependimus, luminum Patri; et in his conservandis ejus imploramus opem suffragii, ut constitutionibus nostris [1] roborem tribuat suæ virtutis, fragilitatemque humanam ita huic dispositioni reddat efficacem, ut non judicet prævaricatricem [b]. Nos igitur omnia [2] suprascripta, salva auctoritate priscorum canonum, subscriptione nostra firmamus, et gratias agimus christianissimo et gloriosissimo [3] Chintilano principi nostro, cujus studio advocati, et instantia sumus collecti, cujus voluntas [4] proba, et ordinatio extitit gloriosa. Donet ei Dominus, ut optimo principi, diuturnum [5] in sæculo præsenti triumphum, et in parte justorum perpetuum regnum, felicibusque annis felix ipse in longa felicitate fruatur, et Divinæ dexteræ protectione ubique muniatur.

1 *Al.* robur tribuat, seu virtutem.... humanam tribuat...efficacem et salubrem.
2 *Al.* suprascripta omni auctoritate.

3 *Al.* Chintilani regi principi.
4 *Al.* probata ordinatio extitit religiosa.
5 *Al.* in sæculo triumphum.

CAP. V.

Deo, et Chindasvinto regi aguntur gratiæ

In Concilio Toletano VII. anno 646. can. 6.

Nos autem immortali Deo, et glorioso [6] Chindasvinto principi, ob cujus votum [7] in hac urbe, sancta devotione convenimus, gratias unanimiter [8] referentes optabili annisu deposcimus, ut sanctæ ecclesiæ catholicæ Fidei semper ac pacis cumuletur [9] affectus, et memorato principi [10] cum posteritate præsentis regni, futuri etiam largiantur præmia gaudii, ipso præstante, qui in Trinitate unus Deus vivit et gloriatur in sæcula sæculorum. Amen.

6 *Al.* Chindasiundo.
7 *Al.* in hanc urbem
8 *Al.* offerentes.
9 *Al.* effectus.
10 *Al.* cum prosperitate.

[a] Absoluto concilio. [b] *Hoc est*: Agat, ut fragilitas humana his constitutionibus pareat, ita ut numquam eam tamquam ipsarum legum prævaricatricem punire debeat.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653. *can.* 13.

De gloria Trinitatis, et principis Reccesvinthi.

Divinæ Trinitatis inseparabile nomen, sicut inspiratione mirabili nostrorum tractatuum primordia lineavit, ita consummatione sublimi [1] eadem jam perficiendo concludit, ut in illo sit nostrum explicuisse, a quo [2] nobis adfuit inchoare. Damus ergo gloriam et honorem eidem sanctæ atque [3] indivisibili Trinitati, quæ nobis ex se dicere contulit, et in se dicta complevit, [4] atque reformavit [a] in extremitate sæculorum remedia pietatum, et resolvit ligamina vinculorum. Sit gratiarum actio, salus, et benedictio exercituum Domino, [5] super serenissimum Reccesvinthum principem gloriosum. Gratiarum actio, et reverentiæ plenitudo a nobis omnibus in commune ipsi clementissimo principi, bonorum gratifico largitori, cujus votorum instantia benigna Deus attulit complementa, [6] cujus dispositione piissima pressurarum removit exitia: cujus temporibus [7] conferat vigere justitiam, et exuberare misericordiam opulentam, cui post præsentis ævi tempora, diuturnam cum sanctis omnibus tribuat in remuneratione coronam. *Quæ sequuntur, in 26. de Exord. et Epil. concil.* Nos autem.

1 *Al.* eumdem jam perficiendo concludat.
2 *Al.* nobis fuit inchoasse.
3 *Al.* et invisibili ... nobis et hæc dicere.
4 *Al.* quæ reformavit extremitate.
5 *Al.* super serenissimo &c.
6 *Al.* cujus dispositio.
7 *Al.* confert justitiæ vigorem, et exuberat misericordiæ opulenta, cui Dominus post.

CAP. VII.

Hispani Patres gratias Deo agunt, et Reccesvintho regi diuturna tempora, et æternam felicitatem adprecantur

In Concilio Toletano IX. anno 655. *in Epil.*

Expletis omnibus, quæ ad honestatis regulam in collationem venere fraternam, grates exolvimus immortali Domino soli, cujus dispositione mirabili ad hunc sanctæ congregationis cœtum meruimus adunari, ut et communis visio prosperitatem nostram ostenderet, [8] et par [b] definitio concordiam assignaret, obsecrantes ejus misericordiam largam, ut serenissimo domino et amabili Christo Reccesvintho

8 *Al.* et pari definitione.

[a] Restituit. [b] Definitio ab omnibus simul Patribus approbata.

tho principi glorioso ita præsentis vitæ felicitatem impendat, ut angelicæ beatitudinis gloriam post tempora longæva concedat, atque ita nos ejusdem [1] felicitate lætos semper efficiat, ut in terra viventium [2] remuneraturus attollat. *Quæ sequuntur, in cap. 3. de Convocat. concil.*

[1] *Al.* felicitatis lætos.

[2] *Al.* remunerandos attollat.

CAP. VIII.

Hispaniarum Patres gratias Deo agunt, et Reccesvintho regi diuturnam et felicem vitam, atque æternam adprecantur felicitatem.

In Concilio Toletano X. anno 656. in Epil.

Opitulante miseratione Divina, et gloriosissimi Reccesvinthi principis inhærente voluntate religiosa, [3] his gestis decentissime alligatis, et in pace [a] connexis, et totis præcordiorum abditis damus gloriam et honorem soli æterno, et immortali Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, [4] cujus donum collatum nobis, agnoscimus pro ejus ecclesiæ [5] statu et promte gerere curam, et posse sacri regiminis competentia disponere jura, a quo petimus et optamus, ut porrecta in longitudine felicium dierum sacratissimi principis vita, et omni gloriarum decore [6] perpetim pollente salute, nobis quoque tribuat susceptum ecclesiæ suæ regimen in æquitate disponere, in solicitudine gubernare, et in pace tenere, ut post mundi hujus suscepta pericula, pervenire possimus ad cœlestia regna. Amen.

[3] *Al.* his testibus decentissime allegatis, et in pacis connexu, ex totis præcordiorum visceribus.

[4] *Al.* cujus dono collatum.

[5] *Al.* statu et gerere.

[6] *Al.* perpetim faciat pollere salute. Nobis quoque attribuat susceptum.

CAP. IX.

Deo laudes, et gratias Reccesvintho regi agunt Patres

Concilii Emeritensis anno 666. in Exord.

Primum, ut mos est, debitas laudes persolvimus omnipotenti Deo, cujus munere adunati sumus et dono, deinde serenissimo atque clementissimo principi nostro et domino gratiarum actiones impendimus regi Reccesvintho, optan-

a *Connexis*, quia in unione et pace, sine ulla Patrum contradictione constituti sunt, et alter alteri adjectus est.

optantes Divinam misericordiam, ut qui ei tribuit regni potestatem, concedat et vitæ felicitatem cum pacis quiete; sicque eum de suis hostibus reddat victorem, ut suorum inimicorum colla ditioni ejus subdat, gratia favente, quatenus et præsentem vitam quietus possideat per tempora longa, et post multa annorum curricula beatitudinis gaudia obtineat per sæcula numquam finienda. *Integrum vide in cap. 28. de exord. et epil. concil.*

CAP. X.

Ex eodem, canone 23.

Confirmatio hujus concilii: id est, absolutio concilii, in qua Patres Deo laudes dicunt, ac præfato Reccesvintho iteratas gratias agunt, eique prosperum et diuturnum regnum, ac æternum gaudium adprecantur.

Postquam Fidei nostræ exposuimus credulitatem, et quæ necessaria extiterunt, ut potuimus, digessimus per ordinem, Creatori nostro et Domino, quem credimus trinum in unitate, et veneramur unum in Trinitate, Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, debitas persolvimus laudes, tantæ majestatis glorificantes nomen, qui dignatus est nobis rectitudinis viam ostendere. Ac deinde serenissimo ac piissimo et orthodoxo viro, clementissimo domino Reccesvintho regi gratiæ impendimus opem, cujus vigilantia et sæcularia regit cum pietate summa, et ecclesiastica plenius divinitus sibi sapientia concessa. Ipse enim Dominus, cujus Trinitatem veneramur et confitemur, et ecclesiæ suæ Fidei [a] conferat lucra, et sacerdotibus, ministris, atque omni clero, ut digne illi serviant, conferat remedia, quæ ipsi sunt placita. Clementissimo principi Reccesvintho regi felicem vitam, felicioraque præsenti in sæculo, et futuro post in regno sempiterna concedat gaudia possidenda. Atque id omnibus in se credentibus præstare dignetur, ut dum sui judicii manifestare voluerit tempus, omnibus tribuat perenne remedium, ipse Dominus et Redemtor noster, qui cum Patre, et Spiritu Sancto in Trinitate Deus permanet unus, cui est honor, gloria, virtus, et imperium nunc, et in omnia sæcula sæculorum.

a Augeat credentium numerum.

CAP.

CAP. XI.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. can. 16.

De relatione gratiarum pro consummatione concilii, quæ Deo, et Wambæ regi actæ sunt.

His igitur constitutionibus nostris, [1] quæ necessario decernenda credimus, finalem manus nostræ subscriptionem [2] adjicimus, immortali Deo nostro et Domino gloriam et honorem reddentes, qui nos de conventu alternæ visionis lætos effecit, qui os nostrum in confessione laudis suæ aperuit, qui etiam decreta hujus nostri concilii honesto fine complevit. Post hæc religioso [3] domino et amabili principi nostro Wambano regi gratiarum actiones persolvimus, cujus ordinatione collecti, [4] cujus etiam studio aggregati sumus; qui ecclesiasticæ disciplinæ his nostris sæculis novus reparator occurrens, omissos conciliorum ordines non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit, ut ad alternam morum correctionem anno tempore alacriter concurrentes, juxta prophetæ vaticinium, quod in nobis defractum est alligetur, et quod abjectum est, reducatur. Det ergo eidem principi Dominus pro hujus sacræ solicitudinis voto et cursum præsentis vitæ [5] in pace transigere, et post diutina tempora ad se in pace remissis iniquitatibus pervenire, [6] qualiter et hic felicia tempora ducat, et felix cum omnibus, quibus principatur, ad Christum sine confusione [a] perveniat; ut quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronam futuri regni capiat, ex hoc in regione vivorum regnans cum Christo, in sæcula sæculorum. Amen.

1 *Al.* quas necessario gerendas credidimus.

2 *Al.* adjecimus.

3 *Al.* domino nostro.... Wambani.

4 *Al.* cujus et studio.

Ezech. 34. *v.* 16.

5 *Al.* in pace transire.

6 *Al.* qualiter et ille.

CAP. XII.

Deo gratias agunt, et Wambæ regi diuturnum regnum adprecantur Patres

Concilii Bracharensis III. anno 675. in Epil.

Gratias itaque peragimus omnipotenti Deo. Post hæc sit pax, [7] salus, et diuturnitas piissimo et amatori Christi domino nostro Wambano regi, cujus devotio nos ad hoc de-

7 *Al.* et salus diuturna.

[a] Sine æterna damnatione.

decretum salutiferum convocavit; Divinam postulantes clementiam, ut gloria Christi regnum ejus corroboret usque ad ultimam senectutem, præstante ipso, qui cum Patre et Spiritu [1] Sancto unus vivit et gloriatur in Trinitate Deus, in sæcula sæculorum. Amen.

1 *Al.* Sancto, vivit.

CAP. XIII.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. *can.* 13.

Conclusio definitionum, in qua et Deo grates referuntur, et pro principe Ervigio *exoratur.*

Præmissis his omnibus synodalibus gestis, quæ honesto [a] decretorum fine complevimus, perpetuum his robur per manuum nostrarum subscriptionem adnectimus, [2] dantes in his gloriam et honorem immortali Deo et Domino nostro, quo inspirante, et determinationis nostræ sententia viguit, et probitas caussarum [3] honesto fine complevit. Cujus sanctæ Trinitatis poscimus inenarrabile nomen, et gloriosam ineffabilis potentiæ majestatem, ut det amatori Christi serenissimo domino nostro atque amantissimo Ervigio principi, cujus jussu ad hunc meruimus [4] advocari conventum, imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obtinere de justitia præmium, de pietate trophæum; quo et hic invictus victor hostium semper appareat, et post diuturna [5] hujus ævi curricula ad regnum æternæ vitæ cum suis omnibus coronandus perveniat, te præstante Deo et Salvatore Jesu Christo [6] Domino, qui cum Deo Patre et Spiritu [7] Sancto unus in Trinitate vivis et glorificaris Deus in sæcula sæculorum. Amen.

2 *Al.* dantes pro his.

3 *Al.* honesto se fine complevit. Unde sanctæ ... Numen.

4 *Al.* advocari adventum.

5 *Al.* hujus sæculi curricula, ad regnum æternum cum suis ... perveniat, præstante.

6 *Al.* Domino nostro.

7 *Al.* Sancto, in Trinitate vivit, et regnat, *vel* vivit et gloriatur Deus.

CAP. XIV.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. *can.* 13.

De relatione gratiarum, quæ post peractionem concilii Deo et principi Ervigio *persolvuntur.*

His ergo synodicis institutis subscriptionis nostræ [8] robur apponimus, et sub tenore [b] Divino, perenni ea quæ decrevimus, memoriæ consecramus, dantes immortali Deo gloriam pariter et honorem, cujus inspiratione aguntur omnia.

8 *Al.* robur apponitur.

a Felici. *b* Divina ordinatione.

quæ

quæ salubriter exercentur. Invictissimo quoque ac religiosissimo principi Ervigio regi multiplicem gratiarum exhibitionem persolvimus, cujus clementissimo jussu in unum cœtum aggregandi convenimus. Sit illi pax optabilis et beata; ducat quoque tempora pro cursu longioris ævi felicia, et post imperialia terreni regni sceptra coronandus perveniat ad cœlestia regna, præstante Jesu Christo, Domino, Deo, et Salvatore nostro, qui cum Patre et Sancto Spiritu unus in Trinitate vivit et gloriatur Deus in sæcula sæculorum. Amen.

CAP. XV.

Ex Concilio Toletano XIV. anno 684 can. 12.

De relatione gratiarum ad Deum pro peracto concilio, et de deprecatione, ut Ervigio post felix et diuturnum regnum æternum elargiatur.

Dantes in his gloriam soli Deo omnipotenti, vivo et vero, in Trinitate regnanti, Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, cujus dono mutuis præsentia repræsentati aspectibus, et fraternis visibus hilares, et votorum [a] spiritualium effecti sumus opulentius efficaces, cujus gloriæ immensitatem exposcimus, ut glorioso principi nostro Ervigio regi, sub cujus pace pax servatur ecclesiæ, florentis regni diuturnitate temporis spatia præbeat, quo post hæc præsentia ad regnum futuræ gloriæ nobiscum conregnandus accedat, præstante Deo nostro, cujus regnum manet in sæcula sæculorum. Amen.

CAP. XVI.

Deo laudes aguntur, atque Egicæ regi felix et diuturnum imperium adprecantur Patres

Concilii Toletani XV. anno 688. in Epil.

His itaque excursis, quæ placitæ dispositionis fine conclusa sunt, damus soli Deo gloriam et honorem, poscentes ejus profusissimam pietatem, ut ejus virtus atque potentia et nostrarum solvat mentium ligaturam, et glorioso amatori Christi, Egicani principi nostro tribuat felicem retentasse sceptrum, felicioris vitæ reducere cursum, ac diuturnum cum pace in populis tenere imperium, eo præstante,

[a] Orationum.

te, qui est rex omnium regum, et cujus regnum manet in sæcula sæculorum. Amen.

CAP. XVII.

Hispani Patres laudes Deo agunt, et Egicæ regi diuturna et felicia tempora, atque æternam gloriam adprecantur.

In Concilio Cæsaraugustano III. anno 691. in Epilogo.

Peractis quoque a nobis quæ congrua fuerunt de ordinibus ecclesiasticis, inprimis immensas laudes omnipotenti Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, cui cura est pacem et unitatem ecclesiæ suæ sanctæ catholicæ providere, deferimus. Deinde orthodoxo et serenissimo domino nostro Egicani regi, cujus instinctu et devotissimo institutu in hoc coadunari meruimus synodali conventu, multiplices gratiarum actiones persolvimus, qui non solum nostrorum animos ad corrigendos ordines ecclesiasticos excitavit, sed etiam et populum per oracula, [a] regni sui voto [b] gratioso, ab impensione tributi reddidit absolutum. Pro quo beneficii studio, qui plebi suæ tanta largitus est dona, Dominum Jesum Christum, qui nos potentia virtutis suæ decoravit pretiosa, [1] ac pretiosa effusione sanguinis sui redemit, exoramus, ut ipse regnum ejus in pace sub multimoda annorum curricula solidet, gentemque et universam patriam ejus in tranquillitate conservet, et contra hostem adversum victrix Christi dextera victorem efficiat semper, atque expletis [2] hujus extensis vitæ temporibus, ad æternæ beatitudinis præmium pervenire mereatur illæsus, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, summa virtus, et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

1 *Al.* ac propria effusione.

2 *Al.* hujus exilis vitæ.

a Rescriptum. *b* Cum gratiis a regno suo ei redditis. *Vel potius*: Munifico regis animo erga regnum suum.

CAP.

CAP. XVIII.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. can. 11.

De gratiarum actione erga Deum, et ut Egicæ regi prosperum et diuturnum regnum, ac dehinc æternam elargiatur beatitudinem.

Finitis consummatisque omnibus, quæ ob disciplinam ecclesiasticam necessaria fuere definienda, vel reliqua quæ nostro cœtui ob directionem [a] extitere delata, omnipotentissimæ et indivisibili Trinitati ineffabilium gratiarum jura dependimus, laudum vota persolvimus, ac tota mentis intentione gloriæ ejus insignia prædicamus, pro eo quod nos ejus dispositione mirabili non solum ad hunc sanctæ congregationis cætum meruimus adunari, atque alternæ visionis intuitu confoveri, sed ex se nobis dicere contulit, et in se dicta complevit; obnixius ejus imprecantes clementiam, ut sicuti nos alterutræ pacis osculo dulcifluos reddidit, et diffinitionum nostrarum primordia lineavit, [1] ac consummatione sublimi perficiendo conclusit, ita serenissimum ac piissimum dominum nostrum Egicanem regem, cujus jussu atque hortatu sicut hic adunati sumus, salutiferæ defensionis clypeo prótegat, vexillo fidei muniat, atque cum gente et patria sibi credita per viam voluntatis suæ deducat, quatenus protelatis præsentis ævi curriculis, feliciter polleat, et post hujus vitæ excursus, numerositate piæ actionis opimus, cum his quibus nunc principatur, ad Christum perveniat laureandus.

1 *Al.* hanc consummationem sublimi perficiendo concludit.

CAP. XIX.

Ex Concilio Toletano XVII. anno 694. in Epilogo

De gratiarum actione ad Deum, et ut Egicæ regi post diuturnum regnum in terra æternum elargiatur in cœlo.

Cunctis denique ad sacræ institutionis vel aliorum negotiorum ordinem pertinentibus, Deo favente, consumma-

[a] *Hoc est*: Caussis quæ ad concilium adductæ sunt.

tis atque finitis, eidem regi omnium Domino, et inæstimabiliter glorioso grates ineffabiles pandimus, concentus melodicos insonamus, et hymnorum vota continua jubilatione præcinimus, pro eo quod universitatem nostram sub sui nominis timore in unum collegit, et vicissim nos nobis visione alterutra præsentaneos reddidit, hujus obnixius omnipotentiam precibus indefessis orantes, ut orthodoxo ac religiosissimo principi nostro Egicano longævitatem felicium temporum largiatur, per suæ voluntatis itinera ejus dirigat gressus, tribuens ei sibi creditarum plebium phalangas pie regere, moderamine discreto disponere, ac miserationis ore fulcire, quo post innormes [a] temporum cursus de temporali regno ad regnum æternum, gestis piissimis opulentum, eum transferre dignetur, usquequaque cœlicolis sociandum, cujus jussu atque imperio ad hunc pacis conventum congregati fuisse, dignoscimur.

TIT. IV.

DE PERSONIS, REGIO DIADEMATE DECORANDIS.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano V. anno 636. canone 3.

De reprobatione personarum, quæ prohibentur adipisci regnum.

* INEXPERTIS et novis morbis novam decet invenire medelam. Quapropter [1] quoniam inconsideratæ quorumdam mentes, et se minime [b] capientes, quos nec origo ornat, nec virtus decorat, [2] passim putant, licenterque, [3] ad regiæ majestatis pervenire fastigia; hujus rei caussa nostra omnium cum invocatione Divina profertur sententia, [4] ut qui talia meditatus fuerit, quem nec electio [5] omnium probat, nec gothicæ gentis nobilitas [6] ad hunc honoris apicem trahit, sit a consortio catholicorum privatus, et divino anathemate condemnatus.

1 *Al.* quoniam sunt.
2 *Al.* quæ passim.
3 *Al.* ad regalia, *vel* ad regalis potestatis.
4 *Al.* ut si quis talia.
5 *Al.* omnium præficit.
6 *Al.* ad hunc apicem trahit, sit consortio.

a Immensos. * Leg. 5. Prol. *For. Jud.* b Minime suam cognoscentes inaptitudinem.

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. can. 17.

De personis, quæ prohibentur ad regnum accedere.

[a] Rege vero defuncto, nullus tyrannica præsumtione regnum assumat, nullus sub religionis habitu detonsus [b], aut turpiter decalvatus, aut servilem originem trahens, vel extraneæ gentis homo, nisi [1] genere gothus, et moribus dignus, provehatur ad apicem regni. Temerator autem hujus præceptionis sanctissimæ [2] feriatur perpetuo anathemate.

1 *Al.* genere et moribus dignus promoveatur.
2 *Al.* damnetur.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653. can. 10.

De rectorum reverentia apud synodale decretum, scilicet, quales sint ex synodi decreto eligendi reges.

[c] Decimæ [3] conlocutionis assensu molestis actibus, quos sagax indagatio pietati obviare detexit, et non tam bene regendi licentia, [4] quam se magnitudo impugnasse probavit, satis, ut opinamur, et lege gloriosi principis, et decreto sanctæ synodi hujus contradictum esse conspeximus. Ita enim Sanctus Spiritus per utrasque definitiones mortalium corda perflavit, ut vitali flatu verborum in posterum omnem exureret male concupiscentium rabiem animorum. Actum namque [5] est in definitionibus ipsis, ut quia pietatis Divinæ [6] incomprehensibilis et ignota natura sese conditioni mortalium [7] in unione personæ conjunxit, mysterio redemtionis humanæ, [8] nos quoque a membris capitis hujus et perfidiæ malum, et concupiscentiam, quæ *radix malorum est omnium*, et avaritiam, quæ invenitur *servitus idolorum*, pari simul igne ac mucrone, totoque artificio radicitus evellamus ac dissecemus. Ab hinc ergo, et deinceps ita erunt in regni gloriam præficiendi rectores, ut aut in urbe regia, aut in loco ubi princeps decesserit, cum pontificum majorumque palatii omnimodo eligan-

Gg 2 tur

3 *Al.* colluctationis.
4 *Al.* quam se mansuetudo.
5 *Al.* est definitionibus.
6 *Al.* incomprehensibilis natura.
7 *Al.* in unitatem personæ.
8 *Al.* nos quoque membra capitis.
Timoth. 6. *v.* 10.
Ephes. 5. *v.* 5.

a Canon hic insertus *Leg.* 8. Prol. *For. Jud.* *b* Nullus, qui monastico assumto habitu, detonsus aut decalvatus sit. *c* Canon hic insertus est Leg. 2. Prol. *For. Jud.*

1 *Al.* forinsecus cætu, aut.

2 *Al.* eamque et hanc... perfidiam, et cunctarum... injuriam.

3 *Al.* actibus judices.

4 *Al.* rerum parci plusquam extenti.

5 *Al.* aut factione scripturarum.

6 *Al.* conquisitis obligationis gratissimæ *vel* oblatione gratissima.

7 *Al.* illæ tantum.

8 *Al.* Rerum quæcumque... hæreditabunt successores proprii eorum, et ante.

9 *Al.* inordinate relicta sint, aut primo.

10 *Al.* ut et perenniter.

11 *Al.* quisquam percipiat.

12 *Al.* Decreto episcopalem.

tur assensu [a], non [1] forinsecus [b], aut conspiratione paucorum, aut rusticarum plebium, seditioso tumultu. Erunt catholicæ Fidei assertores, [2] eamque et ab hac quæ imminet, judæorum perfidia, et a cunctarum hæresum injuria defendentes; erunt [3] actibus, judiciis, et vita modesti; erunt in provisionibus [c] [4] rerum tam [d] parci amplius, quam extenti, ut nulla vi [5] aut fictione scripturarum, vel definitionum qualiumcumque, contractus [e] a subditis vel exigant, vel exigendos intendant; erunt in [6] conquisitis oblationibus gratissimi [f] rebus, non prospectantes proprii jura commodi, sed consulentes patriæ atque genti. De rebus congregatis ab eis [7] illas tantum sibi vendicent partes, quas dictaverit auctoritas [g] principalis. [8] Verum quæcumque inordinata [h] reliquerint, hæreditabunt gloriam [i] successoris. Propria eorum, et ante regnum justissime conquisita aut filii, aut hæredes capiant jure proximitatis. De affinium successione vel munere [k], quamvis [9] inordinata relicta, aut primo tantum filiis, aut hæredibus sequenter proficiant, vel propinquis. Atque ita in eorum cunctis actibus, moribus, atque rebus præfatæ legis erit auctoritas valitura, [10] ut ea perenniter maneat inconvulsa. Et non prius apicem regni [11] quisquam perceperit, quam se illa per omnia suppleturum [l] jurisjurandi taxatione definiat. Cui etiam legi vel [12] decreto episcopali non solum in futuro, sed etiam in præsenti reverentiam apponentes, decernimus, ut quicumque detractor, et non potius venerator decreti ejusdem atque legis esse maluerit, sive religiosus [m] ille, sive sit laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum et sui ordinis dignitate privetur [n].

a Ita ferebat illorum temporum conditio; sed quia vix electio fieret, quæ nisi cæde et sanguine subsisteret, inde consultius primo visum est, ut a decessoribus successores eligerentur, quæ quidem electionis forma, in optimum successionis jus pluribus ab hinc sæculis pedetentim evasit. *b* Extra civitatem. *c* Expensis.
d Potius parci. *e* Donationes vel donaria. *f Hoc est*: In rebus acquisitis ex donariis erunt gratissimi donantibus. *g* Jus regium. *h* Non legata. *i* Successori obveniant. *k Hoc est*: De rebus acquisitis vel successione vel donatione. *l Id est*: Observaturum. *m Id est*: Clericus. *n* Vide sis Leg. 4. Prol. et Leg. 5. tit. 1. lib. 2. *For. Jud.*

TIT.

TIT. V.

DE ALLOCUTIONIBUS REGUM AD CONCILIA.

CAP. I.

Reccaredus rex Hispaniarum Patribus declarat, cur eos ad concilium vocaverit.

In Concilio Toletano III. anno 589.

NON incognitum reor esse vobis, reverendissimi sacerdotes, quod propter restaurandam disciplinæ ecclesiasticæ formam ad nostræ vos serenitatis præsentiam [1] devocaverim. Et quia decursis retro temporibus hæresis imminens in tota ecclesia catholica agere synodica negotia [2] denegavit; Deus cui placuit, per nos ejusdem hæresis obicem depellere, admonuit, instituta de more [3] ecclesiastica reparare. Ergo sit vobis jucunditatis, sit gaudii, quod mos canonicus prospectu Dei per nostram gloriam ad paternos reducitur terminos. Prius tamen admoneo pariter et exhortor, jejuniis vos, et vigiliis, atque orationibus operam dare, ut ordo canonicus [a] quem a sacerdotalibus sensibus detraxerat longa [4] ac diutina oblivio, [5] quo ætas nostra se nescire fatetur, divino vobis rursus dono patefiant. *Quæ sequuntur in cap. 12. de Exord. et epilog. conciliorum.* Ad hæc.

Non credimus, vestram latere sanctitatem, quanto tempore in errore Arianorum laborasset Hispania, et non multos post decessum genitoris nostri dies [b], quibus nos vestra beatitudo fidei sanctæ catholicæ cognovit esse sociatos, credimus generaliter magnum et æternum gaudium habuisse. Et ideo venerandi Patres, ad hanc vos peragendam [6] congregari jussimus synodum, ut de omnibus nuper advenientibus ad Christum, ipsi æternas [7] Deo gratias deferatis. Quicquid vero verbis apud sacerdotium [c] vestrum nobis agendum erat de Fide atque [8] spe nostra, quæ gerimus, in [9] hunc tomum [d] conscripta atque alligata notescimus. Relegatur enim in medio vestri, [10] et judicio synodali examinatus, per omne successivum tempus gloria nostra ejusdem fi-

[a] Conciliorum convocatio. [b] Decimo scilicet mense a Leovigidi obitu, et ab ejusdem Reccaredi ad thronum elevatione, anno scilicet 587. [c] Hunc vestrum episcoporum concilium. [d] Libellum.

1 *Al.* evocaverim.

2 *Al.* denegabat.

3 *Al.* ecclesiastico.

4 *Al.* ac diuturna.

5 *Al.* quam ætas.

6 *Al.* congregavimus *vel* congregari decrevimus synodum, ut de hominibus.

7 *Al.* Domino gratias.

8 *Al.* spe vestra, quam gerimus.

9 *Al.* hoc tomo... nota facimus.

10 *Al.* et in judicio synodali examinata.

1 *Al.* declarata clarescat.

fidei testimonio [1] decorata clarescat. *Quæ sequuntur, in eodem cap. 12. de Exord. et epil. concilior.* Susceptus.

CAP. II.

Reccaredus rex hortatur Hispaniarum Patres, ut quædam disciplinæ ecclesiasticæ capita reformanda decernant.

In eodem.

2 *Al.* quo usque plenam constiterit ætatis et scientiæ.
3 *Al.* commoditati comprovincialium.
4 *Al.* et providentia.
5 *Al.* excogitare.
6 *Al.* efficiant.
7 *Al.* refrænare; si quieti, et paci propagandæ.
8 *Al.* serenæ lucis.
9 *Al.* multiplici dono *vel* bono.
10 *Al.* remunerari confidit; sic enim agit qui super id quod ei.
Lucæ 10. *v.* 35.
11 *Al.* simul et.
12 *Al.* sanctitati vestræ.
13 *Al.* et Galiciæ.
14 *Al.* et omni.... ante communicationem.
15 *Al.* et sanguinis juxta orientalium partium.
16 *Al.* recenseant.

Regia cura usque in eum modum protendi debet et dirigi, [2] quo possit veritatis et scientiæ capere rationem. Nam sicut in rebus humanis gloriosius eminet potestas regia, ita et prospiciendæ [3] commoditati provinciarum major debet esse [4] providentia. Ac nunc, beatissimi sacerdotes, non in eis tantummodo rebus diffundimus solertiam nostram, quibus populi sub nostro regimine positi pacatissime gubernentur et vivant, sed etiam in adjutorio Christi extendimus nos ad ea, quæ sunt cœlestia, [5] cogitare, et quæ populos fideles [6] efficiunt, satagimus non nescire. Ceterum si totis nitendum est viribus, humanis moribus modum ponere, et insolentium rabiem regia potestate [7] frænare, si qui etiam paci propagandæ opem debemus impendere, multum magis adhibenda est solicitudo desiderare et cogitare divina, inhiare ad sublimia, et ab errore retractis populis, veritatem eis [8] serena luce ostendere. Sic enim agit, qui [9] multiplici honore a Deo [10] remunerari potest, sic enim audit, qui super id quoad quod ei committitur, auget, dum illi dicitur: *Quicquid supererogaveris, ego, quum rediero, reddam tibi.* Ergo quia jam fidei nostræ et confessionis formam plena serie vestra beatitudo recensuit, [11] simulque et sacerdotum, nostrorumque procerum fides atque confessio [12] caritati vestræ perpatuit, hoc adhuc necessarium pro firmitate catholicæ Fidei nostra Deo supplex instituere decrevit auctoritas, ut propter roborandam gentis nostræ novellam conversionem, omnes Hispaniarum [13] et Galliæ ecclesiæ hanc regulam servent, [14] ut omni sacrificii tempore communicationem corporis Christi [15] vel sanguinis juxta orientalium [a] Patrum morem unanimiter clara voce sacratissimum fidei [16] recenseat symbolum, ut pri-

[a] Et sane vetustissimum est in ecclesia orientali symboli recitatio in Missa. Theod. Lect. *Collect.*

primum populi, quam credulitatem teneant, fateantur, et sic corda fide purificata ad Christi Corpus et Sanguinem percipiendum exhibeant; dum enim constitutio hæc fuerit perenniter conservata in Dei ecclesia, et fidelium ex solido corroboratur credulitas, et perfidia infidelium confutata, ad id quod repetitum sæpius recognoscit, facillime inclinatur. Nec se quisquam jam de ignorantia fidei excusabit a culpa, quando universorum ore cognoscit, quid catholica teneat et credat ecclesia. Omnibus ergo capitulis quæ adhuc per vestram sanctitatem regulis ecclesiasticis adjicienda sunt, hoc pro fidei sanctæ reverentia et firmitate proponite, quod de proferendo symbolo nostra, [1] Deo dicente, decrevit serenitas [a]. [2] De cetero autem pro inhibendis insolentium moribus, mea vobis consentiente clementia, sententiis [3] terminata districtioribus, firmiori disciplina, quæ facienda non sunt, prohibete, [4] et ea quæ fieri debent immobili constitutione firmate.

1 *Al.* Deo docente.

2 *Al.* De cetero autem prohibendis.

3 *Al.* terminatæ districtioribus, et firma disciplina.

4 *Al.* et quæ fieri debent.

CAP. III.

Reccesvinthus rex condendorum canonum sententias Hispaniarum Patribus proponit

In Concilio Toletano VIII. anno 653.

Etsi summus Auctor rerum me divæ memoriæ [5] domini et genitoris mei [6] temporibus in regni sede subvexit, atque ipsius [7] gloriæ participem fecit, nunc tamen quum ipse requiem æternarum adeptus est mansionum, ea quæ in me totius regiminis transfusa jura reliquit, ex toto divina mihi potentia subjugavit. Unde quia regendorum membrorum caussa salus est capitis, et felicitas populorum nonnisi mansuetudo est principum, votive decrevi vobis coram positis et votorum meorum [8] deliberationem sanctione patula reserare, et studiorum [9] acta sincera exhibitione deferre. At vero quia anhelum pectus sese in [10] promissorum complementa diffundit, [11] nec pigredine fessum, retardationis oneribus [12] sese submittit, longam prosequutionem compendio brevitatis astrinxi, [13] et quicquid productionibus loquellarum in concione diffundere potui, totum in tomi hujus [14] complicamento respersum calamo, vestræ sanctitu-

5 *Al.* Domini genitoris.

6 *Al.* temporibus, regni.

7 *Al.* gloriæ deferens.

8 *Al.* deliberationes.

9 *Al.* apta decreta sincera.

10 *Al.* promissionum compita.

11 *Al.* ne pigritia.

12 *Al.* sese submittat.

13 *Al.* et quod productionibus.

14 *Al.* complicamento, prorsus almæ vestræ sanctitudini.

a Et re ipsa constitutum est a patribus can. 2. Vide sis cap. 18. de *Mis. et Offic. Eccl.*

tudini offerre decrevi; id magno precatu deliberationis exhortans, ut quæcumque [1] illic detinentur adscripta, valido attendatis intuitu, sagaci perscrutemini [2] studio, ac de his quæcumque extiterint placita Deo, vestri oris ad nos sacro referantur oraculo. *Quæ sequuntur, in cap. 26. de Exord. et epil. concil.* Accepto.

In nomine Domini. Flavius [3] *Reccesvinthus rex reverendissimis Patribus, in hac sancta synodo residentibus.* Sancti Spiritus admirabili dono regulam fidei meæ solidam tenens, et instructam agnoscens, atque [4] in honorem ejus diadema gloriæ cum cordis humilitate prosternens, illo lætus auditu, quod omnes reges terræ serviunt et obediunt [5] Deo, en reverendi Patres, excelsiori mihi venerationis honore sublimes, coram vobis advenio, in gratiam mansuetudinis meæ beatitudinis vestræ [6] testimonium convocans, et ad testimonium visionis vestræ memet coram [7] Omnipotentis nutibus tremendis adclinans, referens illi corde læto gratias opulentas, quod vos clementia voluntatis ipsius ex nostræ celsitudinis jussu ad hujus sanctæ congregationis votivum dignatus est deducere cœtum; confidens tam mihi, quam vobis et in præsentium serie temporum, et in futurorum longitudine sæculorum ejus adesse gratiæ præmium; [8] quoniam et vestræ concordiæ in conveniendo unanimem ac religiosum demonstratis affectum, et dispositionis meæ in regendis populis, quam [9] pium sit, properatis patenter agnoscere votum. Nunc igitur, [10] quia momenti locutio longæ dictionis non capit excessum, quid de sancta fide noverim, quam cælitus illapsam mihi per sanctorum apostolorum, sequentiumque patrum ora cognovi, seu quæ de sequuturis negotiis, pro quibus hunc conventum vestræ congregationis [11] coadunare percensui, intimare decreverint, in hujus tomi serie conscripta tenete, ac relecta [12] prænoscite, et cunctis, quæ tenori ejus nostræ amplitudinis potestas impressit, vestræ beatitudinis gravitas [13] effectum tam promte ac miseranter impendat, quam nostræ mansuetudinis serenitas hæc vobis implenda commendat. Exordium itaque alloqutionis meæ ex definitione sanctæ fidei inchoans, cetera [14] quæ futura sunt, prosecutionibus intimanda, velut supra soliditatem petræ constructurus, annectam; ut operis mei ædificium congressurus, eo sequentia validius ponam, quo decentius firmissima [15] prætulerim prima. Itaque coram se reverentia vestra habeat, quod nosse non ambigit, me orthodoxæ fidei veram, sanctam, et sin-

ce-

1 *Al.* illic tenentur.
2 *Al.* studio, et quæcumque.
3 Al. *Recceriuntus.*
4 *Al.* in honore.
5 *Al.* Deo, eo en.
6 *Al.* studium convocans.
7 *Al.* omnipotentis Dei.
8 *Al.* quoniam vestra concordia.
9 *Al.* pium sit, poteritis patenter.
10 *Al.* quia monens prolocutio longæ dilectionis.
11 *Al.* coadunari.
12 *Al.* pernoscite.
13 *Al.* affectum.
14 *Al.* quæ futuris sunt prosecutionibus.
15 *Al.* prætulerim. Primo itaque coram se.

ceram regulam; [1] ex corde puro, et conscientia bona plenissime habere [2] veraciter sentire, et fortissime retinere; [3] atque ita eam complecti, venerari, atque diligere, sicut eam [4] apostolica Traditio dedit, [5] sicut eam sancta synodus Nicæna constituit, sicut Constantinopoli sanctorum Patrum congregatio definivit, sicut Ephesini primi cœtus unitas affirmavit, sicut Chalcedonensis concilii definitio protulit; hanc cum fidelibus [6] servans, propriis gentibus tenendam insinuans, hanc populis alienis annuntians; ut in illa glorificans Deum, [7] et in tempore mortalium me summæ Divinitatis felicitas [8] obsequatur, et in terra viventium hæreditas a me gloriæ capiatur.

En reverendissimi Patres, quantum ad veritatem Fidei sanctæ pertinuit, ex toto animam meam suæ confessionis titulos explicuisse honorificentia vestra pensabit. Jam nunc magnopere arbitror, esse [9] mihi opportunius, quæ intendimus, societati ejusdem veræ Fidei studia sanctæ operationis innectere, ne hanc, aut sine operibus mortuam [10] habeamus, aut non plenitudinis suæ dignitate perspicua decidat inhonesta; dum scriptura non silente, de [11] quibusdam infertur, qui dicunt, se nosse Deum, factis autem negant. Ut ergo hanc Fidem, supra lapidem illum solidatam, quem reprobaverunt [12] ædificantes, idem tamen a Domino factus est in caput anguli, et est admirabilis in oculis nostris, plenius habeamus, ejusque insignibus decentius exornemur; attendite, cujus operis fructum, cujusque operationis [13] argumentum studiis hujus sanctæ Fidei consociare velimus, et innectere quantocyus [14] præoptemus.

Itaque revolutis retro temporibus, ita vos omnemque populum jurasse recolimus, ut cujuscumque ordinis vel honoris persona, quæ in necem regiam, excidiumque gothorum gentis, ac patriæ detecta fuisset, vel cogitasse noxia, vel egisse, irrevocabilis sententiæ multatus atrocitate, nusquam mereretur veniæ remedium, vel alicujus temperantiæ [15] perciperet qualecumque subsidium [a]. At nunc quia grave onerosumque censetur, dum pietatis actibus gravi contradictione hæc sententia [16] resultasse perpenditur, et sic funditus damnationis adstipulatio retinetur, [17] ne pietati, quæ Apostolo præcinente, ad omnia utilis est, quicumque [18] aditus reservetur, vestris hæc committo fidenti animo [19] sacris pertractanda judiciis, ac dirimenda sententiis. Unde jam ve-

Hh

1 *Al.* de corde puro.
2 *Al.* veraciter scire, et firmissime retinere.
3 *Al.* atque venerari.
4 *Al.* sancta apostolica Traditio docet.
5 *Al.* sicut etiam.
6 *Al.* servans, ad hanc salvandos infideles invitans, in hanc subjectos populos regens, hanc propriis gentibus.
7 *Al.* et inter mortales.
8 *Al.* assequatur.
9 *Al.* mihi opportunum *vel* opportunius enitendum.
10 *Al.* habeamus, aut ne inhonesta a plenitudinis suæ dignitate perspicua decidat; dum.
Tit. 1. *v.* 16.
11 *Al.* quibusdam inferat.
Psalm. 117. *v.* 22.
12 *Al.* quidam ædificantes.
13 *Al.* augmentum.
14 *Al.* peroptemus.
15 *Al.* percipere.
16 *Al.* resultare.
17 *Al.* ne pietatis.
1. *Timoth.* 4. *v.* 8.
18 *Al.* aditus resecetur.
19 *Al.* acris pertractanda.

a Vide sis tit. *de Obedient. et fidelit. reg. præst.* à cap. 2.

vestrum erit, inspirante vobis [1] miseratione, ita utriusque discriminis temperare mensuram, ne [2] aut juramenti conditio teneat reos, aut impietatis ultio habeat inhumanos; sicque vestri nos instruat forma judicii, ut subjectos populos nec in profanationibus habeamus subditos, nec in pietatis vinculis [3] doleamus comminutos.

Post hujus conventionis alloquium, sequentium [4] nectens caussas negotiorum, [5] similique subjungimus vos intendere attentione, decernimus, attestantes universitatem vestram per summæ divinitatis coæqualem, [6] coæternam, et inseparabilem Trinitatem, atque illius [7] mysteria sacramenti, quo incarnatum Dei Filium de Spiritu Sancto, et Maria Virgine pro salute mundi vera fides in toto orbe denuntiat, atque adventum ejusdem Jesu Christi Filii Dei Domini nostri, quo perimendi sunt impii, et regnum ejus quo glorificandi sunt sancti, ut quæcumque negotia [8] de quorumlibet querela vestris auditibus extiterint patefacta, [9] cum justitiæ vigore misericorditer et cum temperamento miserationis [10] justissimæ, cum nostra conniventia terminetis in legum sententiis, quæ aut depravata consistunt, aut ex superfluo vel indebito [11] conjecta videntur, nostræ serenitatis accommodante consensu, [12] hæc sola, quæ ad sinceram justitiam et negotiorum [13] sufficientiam conveniunt, inordinetis, canonum obscura quædam et in dubium versa, in meridiem lucidæ intelligentiæ reducatis, omniumque negotiorum conventus ordinumque status, qui in vestram extiterint devoluti præsentiam, ita majorum regulis concordantes, justissime, [14] pie, ac temperanter constituere studeatis, ut et mihi qui ad studiorum fructus bonorum anhelo, pars beatorum adveniat, et vos, [15] quoniam implentes voluntatem Dei, me non spernitis imprecantem, regio beatitudinis æternæ suscipiat, [16] et visio delectationis Dei [17] sibi perenniter incohærere concedat.

Vos etiam, illustres viros, quos ex officio palatino [a] huic sanctæ synodo [18] interesse primatus obtinuit, ac nobilitas spectabilis honoravit, et experientia æquitatis plebium rectores exegit, quos in regimine socios, in [19] adversitate fidos, et in prosperis amplector strenuos; per quos justitia leges implet, [20] miseratio leges inflectit, et contra justitiam legum moderatio æquitatis temperantiam legis extorquet, adjurans obte-

1 Al. miseratione divina.
2 Al. aut in juramento.
3 Al. doleamus contaminatos.
4 Al. deest: nectens.
5 Al. simili quoque.
6 Al. et coæternam.
7 Al. mysterii sacramentum, quod.
8 Al. de quarumlibet querelarum auditibus.
9 Al. cum justitiis, et vigore.
10 Al. justissimæ concorditer terminentur, in legum.
11 Al. collecta videntur.
12 Al. hæc solum.
13 Al. sufficientium conveniunt, ordinetis.
14 Al. pieque.
15 Al. qui adimplentes.
16 Al. et visioni.
17 Al. ibi perenniter.
18 Al. interesse mos primævus.
19 Al. adversitate fidos.
20 Al. miseratio legis impleur, contra.

a Proceres, optimates palatii, seu aulæ regiæ; summa erat his in judiciis agendis potestas.

testor per omne illud admirabile, et solum unius sacræ fidei sacramentum, [1] quo venerabilem omnium sanctorum Patrum sum obtestatus [2] conventum, ut ad cunctæ veritatis ac discretionis justissimæ formulam, ita animos dirigatis, ut nihil a consensu præsentium patrum sanctorumque virorum aliorsum [3] mentes dicentes obtutu, quicquid innocentiæ vicinum, quicquid justitiæ proximum, quicquid a pietate non alienum, vel soli Deo [4] cognoveritis existere placitum, instanter, modeste, et cum omni dignemini intentione complere; scientes, quia in eo [5] quod mea salubria vota completis, vos Deo amabiles assignatis; et in eo quod [6] decretorum vestrorum edicta favoris exhibitione corroboro, me vobiscum [7] simul Deo placiturum adsigno. In commune jam vobis cunctis, [8] et ex Divino cultu ministris idoneis, et ex aula regia rectoribus decenter electis, divini nominis adjuratione constrictis, adjicio consensionis meæ verum purumque promissum; ut quodcumque justitiæ, aut pietati, salutarique discretioni vicinum decernere seu adimplere [9] cum nostro consensu elegeritis, omnia, favente Deo, perficiam, et adversus omnimodam controversiarum querelam Principali auctoritate muniam ac defendam, [10] promissis illis quæ ad domesticos fidei [11] regula veritate pertinuisse probavit. Adhuc aliud a beatitudinis vestræ conventu ejusdem fidei [12] aviditas sancta deposcit, [13] connectente me in sequestrationis confinio caussam, quæ a nostro dogmate probatur extranea; quam licet per me lucrari Christus exoptet, inimicam sibi tamen esse non ambigit, donec quod ardenter [14] optat, evidenter obtineat. Judæorum scilicet vitam moresque denuntio, quorum tantummodo novi terram regiminis mei pollutam esse peste contagii. Nam cum Deus omnipotens omnes ex hac regione radicitus extirpaverit hæreses, hoc solum [15] sacrilegii remansisse dignoscitur, quod aut nostræ devotionis instantia corrigat, aut ultionis suæ vindicta disperdat.

Ex iis enim quosdam traditionis [16] errore vetustæ video retinere jura perfidiæ, quosdam vero sacri Baptismatis expiatos ablutione, ita in [17] apostasiæ dolo relapsos errorem, ut detestabilior inveniatur in eis [18] profanatio blasphemiæ, quam in illis, quos nondum constat purificatos esse [19] regenerationis sacro liquore. Pro quo bonæ intentionis agone et lucro Fidei veræ, obsecro reverentiam beatitudinis vestræ, atque per supra [20] taxatum [a] contextor tremendæ conjurationis tenorem, ut absque omni [21] favore, ut absque omni per-

1 *Al.* et per venerabilem.
2 *Al.* patrum (per quem obtestor) sanctum conventum.
3 *Al.* mentis ducentes obrutum.
4 *Al.* agnoveritis.
5 *Al.* quod hæc mea.
6 *Al.* decretorum nostrorum.
7 *Al.* simul cum domino.
8 *Al.* et Divini cultus ministris.
9 *Al.* cum sancto consensu.
10 *Al.* præmissis illis.
11 *Al.* regula veritatis.
12 *Al.* devotio sancta.
13 *Al.* connectens me in sequendis traditionibus confirmo caussam, quæ vestræ dignitati probatur non extranea... Christus exhortetur.
14 *Al.* optat, obtineat.
15 *Al.* sacrilegii decus.
16 *Al.* errore vetusto.
17 *Al.* apostasiæ denuo; *vel* doleo.
18 *Al.* prolatio blasphemiæ.
19 *Al.* regenerationis sacræ.
20 *Al.* taxato... tenore.
21 *Al.* favore, absque.

a Scriptum.

personarum partis ipsorum acceptione, quicquid ad Domini et Redemtoris mei Jesu Christi veram fidem verumque [1] pertinet amorem, de his jubeatis ardenter et verissime Deo ac fidei meæ placitam sententiam dare, ut sicut mihi divina pietas regimen fidelium dedit, cum quibus se a me glorificari cognoscit, ita quoque infidelium assequi tribuat lucrum, in [2] quibus et voluntatis suæ fieri bonum, [3] et ejus advenisse congaudeam venerabile regnum [a]. Datum sub [4] die decima septima kalendarum Januarium, anno feliciter quinto gloriæ regni nostri.

[5] In nomine Domini, Flavius Reccesvinthus rex hanc fidei, et bonæ voluntatis meæ deliberationem manu mea subscripsi. *Quæ sequuntur, in cap. 26. de Exordiis.* Relecta.

1 *Al.* pertinet honorem.

2 *Al.* quibus voluntatis.
3 *Al.* et in ejus convenisse.
4 *Al.* die kalendarum.
5 *Al.* Item subscriptio. In nomine.

CAP. IV.

Ervigius rex Hispaniarum Patres excitat, ut quosdam pro Religione et civium commodo statuant canones

In Concilio Toletano XII. anno 681.

Non dubium est, sanctissimi Patres, quod optima conciliorum adjutoria ruenti mundo [6] subveniunt, si officiosis, quæ corrigenda sunt, studiis peragantur. [7] Et ideo quibus malis terra prematur, quibusque plagis proventu dierum succedentium feriatur, paternitati vestræ non reor esse incognitum. Ob id, quia certum [8] apud nos gerimus, quod pro contemtu divinorum præceptorum terra perniciem sustineat pressurarum, dicente Domino per Prophetam: *Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea*, ideo oportet, ut [9] quia ore Salvatoris nostri Domini sal terræ esse probamini, per vos salvationis obtineat lucrum, per quos regenerationis [10] percipit sacramentum; ut diligentia definitionis vestræ ab omni emendata contagio, et ab infirmitatis peste sit liberata, et bonorum omnium [11] sit proventibus gratiosa. Jam nunc, quia quicquid me [12] ad hæc dicere opportuna ratio sinit, quicquid etiam narrandum vestris auribus convenit, aut [13] memoriæ curarum intercapedo subducit, aut fastidium prolixæ orationis intercipit, ecce in brevi complexa vel exarata devotionis meæ ne-

6 *Al.* subveniant.

7 *Al.* Et ideo quibus plagis pro eventu dierum succedentium pereamus.
8 *Al.* apud vos.

Osee 4. v. 3.

Matth. 5. v. 13.
9 *Al.* quia os Salvatoris nostri, et Domini oracula esse probamini.
10 *Al.* percepit sacramentum, ut diligentia dignationis... contagione.
11 *Al.* sit gloriosa.
12 *Al.* adhuc dicere.
13 *Al.* memoriæ titulorum.

a Nihil tamen adversus Judæos constituere visum est concilii Patribus.

negotia in hujus [1] tomi complicatione agnoscenda perlegite, perlecta discutite, discussa, elimitatis [a], ac decretis titulorum sententiis, definite; ut pura, et placens Deo vestrarum definitionum valitura discretio [2] regni nostri primordia decoret exundatione justitiæ, et errores plebium digna cohibeat severitate censuræ. Scriptum est enim: *Justitia elevat gentem, miseros facit populos peccatum. Quæ sequuntur in cap. 32. de Exord. et epil. concil.* Tunc suscepto.

In nomine Domini [3] Ervigius sanctissimis Patribus in synodo residentibus. En, reverendissimi Patres, et honorabiles ministeriorum cœlestium sacerdotes, soliditatem sanctæ fidei [4] veraciter tenens, et sincera cordis devotione amplectens, testimonium paternitatis vestræ fortissimum in salutis nostræ advoco adjumentum; ut quia regnum, [5] fautore Deo, ad salvationem terræ, et sublevationem plebium suscepisse nos credimus, sanctitudinis vestræ consiliis adjuvemur. Unde licet sublimationis nostræ primordia [6] paternitati vestræ opinabili relatione non lateant, quibus clara divinorum judiciorum dispositione præventus, et regnandi conscenderim sedem, et [7] sacrosanctam regni perceperim unctionem; nunc tamen melius hic poteritis [8] et scriptorum relatione cognoscere, et promulgationis vestræ sententiis publicare. Ut sicut eadem regni nostri primordia conventus vestræ sanctitudinis [9] compererit divinitus ordinata, [10] ita his et orationum solamen impendat, et salubrium consiliorum nutrimenta impertiat; quo susceptum regnum sicut jam vestris assensionibus teneo gratum, ita vestrarum benedictionum [11] perfruatur definitionibus consecrandum, ut innovatio quodammodo nostri videatur imperii hæc numerositas vestri ordinis [12] aggregati.

Et ideo quia Dominus in Evangelio præcepit, dicens: *Amen dico vobis, si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo qui in cœlis est*; ob hoc venerabilem paternitatis vestræ cœtum cum lacrimarum effussione convenio, ut zelo vestri regiminis purgetur [13] terra a contagio pravitatis. Exurgite, quæso, exurgite, culpatorum solvite nodos, transgressorum mores corrigite inhonestos, [14] et exerite zeli disciplinam, ponderibus subvenite, et quod plus his omnibus est, Judæorum pestem quæ in novam semper recrudescit insaniam, radicitus extirpate, [15] legesque quæ in quorumdam Judæorum perfidiam a nostra gloria noviter promulga-

[a] Publicatis.

1 *Al.* tomo complicationis.

2 *Al.* et regni.

Prov. 14. *v.* 14.

3 *Al.* Flavius Eringius rex . . in hac sancta . . . Patres, si patres, et honorabiles.

4 *Al.* veraciter teneant .... amplectantur.

5 *Al.* factore Deo.

6 *Al.* paternitatis vestræ cœtum.

7 *Al.* sacrosancti.

8 *Al.* et scriptis.

9 *Al.* comperit.

10 *Al.* ita et in his orationibus.

11 *Al.* perfruar.

12 *Al.* aggregata.

Matth. 18. *v.* 20.

13 *Al.* terra contagione.

14 *Al.* et excitate zeli disciplinam in perfidos, superborum mordacitates extinguite, oppressorum ponderibus.

15 *Al.* leges quoque, quæ in Judæorum . . . propter vanam gloriam, noviter.

gatæ sunt, [a] omni examinationis probitate percurrite, et [1] tam eisdem tenorem inconvulsum adjicite, quam pro eorumdem perfidorum excessibus complexas in unum sententias promulgate. Etenim valde nobis cavendum, ne tot antiquorum canonum regulæ, quæ pro [2] eorum erroribus sunt etiam cum anathemate promulgatæ, nos illorum culpæ obnoxios reddant, si nostri regni temporibus eorumdem canonum constrictio dissoluta pertranseat; præsertim si legis illius [b], quod absit, serenitatis nostræ [3] in tempore, illa claræ fidei institutio cesset, ubi divæ memoriæ domnus atque præcessor noster Sisebutus rex omnes successores suos sub perpetua maledictionis censura obstrinxit, quicumque regum mancipium christianum Judæo servire vel famulari permiserit [c].

Post hæc [4] illud vestris Deo placitis infero sensibus corrigendum, quod decessoris nostri præceptio promulgata lege sancivit, ut omnis aut in expeditione exercitus non progrediens, aut de exercitu fugiens, testimonio dignitatis suæ sit irrevocabiliter carens [d]. Cujus severitatis institutio, [5] dum per totos Hispaniæ fines ordinata decurrit, dimidiam fere partem populi ignobilitati perpetuæ subjugavit. Ita ut quia in quibusdam villulis, vel territoriis, [6] sive vicis, peste hujus infamationis habitatores ipsorum locorum [7] sunt degeneres redditi, quia testificandi nullam habeant licentiam, veritatis ex toto videatur interiisse censura; sicque gemino malo terra atteritur, [8] dum et infami plebium notatur elogio, et reperiendæ veritatis destituitur adjumento. Unde licet eamdem legem nostræ gloriæ mansuetudo temperare disponat, vestræ tamen paternitatis sententia [9] hos, qui per illam titulum dignitatis amiserant, revestiri iterum claro pristinæ generositatis testimonio devotissime [10] optat; qualiter nec nostra gloria ministerium [11] crudelitati adhibeat, nec tam sæva præceptio terram sub diutino infamationis jugulo premat [e]. Jam et hoc generaliter obsecro, ut quicquid in [12] nostræ ecclesiæ legibus absurdum, quicquid justitiæ [13] videtur esse contrarium, unanimitatis vestræ judicio corrigatur.

De ceteris autem caussis atque negotiis, quæ novella com-

1 *Al.* tam eisdem legibus.

2 *Al.* erroribus sunt promulgatæ, nos illorum culpis.

3 *Al.* in temporibus, illa.

4 *Al.* illud quoque.

5 *Al.* dum non per totos.

6 *Al.* sive vici portis, hujus.

7 *Al.* sint degeneres redditi, et quia.

8 *Al.* dum et lege, et reperiendæ.

9 *Al.* hos qui per illam infamiæ notam titulum.

10 *Al.* optat; nunc vero misericordia præeunte taliter hæc disponite, qualiter.

11 *Al.* crudelitatis adhibeat.

12 *Al.* nostræ gloriæ legibus.

13 *Al.* videatur contrarium, humanitatis.

a Sed a præcedentibus regibus editæ. Vide tit. 4. lib. 12. *For. Jud.* b Extat in Leg. 13. tit. 4. lib. 12. *For. Jud.* c Re ipsa factum est; quin et omnes antea leges adversus Judæos stabilitæ, confirmatæ sunt can. 9. Vide cap. 17. de *Judaismo.*
d Vide sis Leg. 11. Prol. *For. Jud.* e Ita nempe constitutum est can. 7. Vide cap. 1. *de Hisp. reg. piet.*

competunt institutione formari, [1] evidentium sententiarum titulis exaranda conscribite, ut quia præsto sunt religiosi provinciarum rectores, et clarissimorum ordinum totius Hispaniæ duces, promulgationis vestræ sententias coram positi prænoscentes, eo illas [2] in commissas sibi terrarum latitudines inoffensibili èxerant judiciorum instantia, quo præsentialiter assistentes perspicua [3] oris vestri conceperunt instituta.

Omnes tamen in commune convenio, et vos Patres sanctissimos, et vos illustres aulæ regiæ viros, quos interesse huic sancto concilio delegit nostra sublimitas, per divini nominis attestationem, et terribilem cunctis futuri judicii diem, quia sine personarum aliqua acceptione, vel favore, sine aliquo quoque aut malignæ contentionis scrupulo [a], aut subvertendæ veritatis studio, [4] quæque se vestris sensibus audienda ingesserint, sana verborum examinatione discutite, [5] saniori quoque judicio comprobate, ut collatarum habita prius deliberatione caussarum, discreta [6] vestri ordinis condatur probitas titulorum; qualiter [7] quum vos amor æquitatis in negotiorum acceleratione reddiderit fervidos, efficientia quoque justorum operum connectat Deo perenniter sociandos; ut bonorum vestrorum actibus lætabundus, et præsentis vitæ capiam lucrum, et æternarum perfruar vobiscum gaudiis mansionum. Datum sub die v. Idus Januarias, anno feliciter primo regni [8] serenitatis nostræ, in Dei nomine tranquillitatis nostræ sedis Toleto.

Item subscriptio prædicti principis manu sua exarata.

CAP. V.

Ervigius rex Hispaniarum Patres admonet, ut pro regis et reipublicæ bono, et pro reparanda ecclesiæ disciplina constituant canones.

In Concilio Toletano XIII. anno 683.

In nomine Domini, Flavius Ervigius rex sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus. Ecce sanctissimi, religiosa pietate excolendi pontifices, et divini cultus instantissimi sectatores, coram cœtus vestri reverentia humilis devotusque prosternor, reclinis adsisto, promtus adstipulor; primum de conventus vestri aggregatione patri luminum gratiarum copiam solvens, deinde votorum meorum

a Obice.

1 *Al.* videndarum sententiarum titulis, exarando, *vel* execranda.

2 *Al.* in commissa... latitudine inoffendibili.

3 *Al.* oris nostri perceperint instituta.

4 *Al.* quæ vestris.

5 *Al.* saniorique judicio.

6 *Al.* nostri ordinis.

7 *Al.* quum nos.

8 *Al.* serenitatis nostræ, et tranquillitatis nostræ, in Dei nomine. Toleto.

rum studia vestris judiciis dirimenda committens. Nec enim fas est, quemquam, [1] etiamsi bonum sit opus, sine consilio agere, [2] quum tamen multum prosit bona cum consilio bonorum exegisse. Unde ut brevi exhortatione perorem, vota mea, quibus remedia pietatum exerceri delector, sensibus paternitatis vestræ agnoscenda insinuo, quæ tamen ne oblitu quodam memoriam fugiant, et relationi propriæ curarum ea intercapedo subducat, in hujus tomi complicatione [3] accipite renotata.

Illud primum valenti mihi miseris parcere, convenit intimare, quod divulsam per tyrannidem nostri corporis partem in societatis nostræ gremium conamur reducere. Etenim retroactis divæ memoriæ prædecessoris nosri [4] Wambæ regis temporibus, quæ in profanatoribus patriæ cum Paulo quondam tyrannidem assumserant, illata sit sententia * ultionum, [5] quo per judicii universalis edictum, amisso testimonio, rebusque propriis caruerunt, [6] cuncta hæc vestræ sanctitudini nota sunt. Quos tamen et in collegio societatis nostræ recipere, et rebus, quibus fas fuerit, [7] devovimus revestire. Nam et de accusatis modum ponere volumus justissimæ [a] perquisitionis, quo sive religiosis, sive de laicis quisquam accusationis cujusque [8] studio propulsatus, non occultis fraudibus vel violentis comprimatur, [9] nec ad dandam professionem [b] violenter arceatur, sed in communi omnium examine judicetur, quo secundum publicæ professionis suæ tenorem, aut offensibilis debitas damnationis pœnas excipiat, aut innocens ex judicio omnium comprobatus clarescat. Nam quid jam de tributorum fiscalium exactionibus referam? Quorum redhibitiones tantis debitorum cumulis increverunt, ut si exigi penitus jubeantur, et status [10] subruat funditus populorum, et fragamine [c] collisionis eorum ultimum terra sentiat propriæ prolapsionis excidium. Unde his etiam talibus privatis, seu etiam fiscalibus servis remedia pietatis præoptans nostra gloria affluenter impendere, omnes tributorum exactiones, quæ apud illos de retroactis [11] temporibus relucent, usque ad primum annum celsitudinis nostræ, mansuetudo nostra illis omittendas laxavit, et stilo propriæ auctoritatis [12] omittendas instituit. Quas etiam auctoritates sacrosancto cœtui vestro relegendas elegit. Illud quoque adjiciens loquar, quod votis nostris horribile, et animis execrabile [13] semper est, quum no-

1 *Al.* si nondum sit opus.
2 *Al.* quum multa promisit Deus bona.
3 *Al.* a capite annotata.
4 *Al.* Bambæ.
5 *Al.* qui per judicii.
6 *Al.* quæ cuncta hæc.
7 *Al.* devovimus degestire.
8 *Al.* studio fuerit propulsatus.
9 *Al.* nec clam ad dandam.
10 *Al.* subruatur funditus populorum fragmine.
11 *Al.* temporibus adjacent.
12 *Al.* remittendas instituit. Quas etiam auctoritas.
13 *Al.* semper est; nobilitatis conditio.

* Leg. 9. tit. 2. lib. 9. *For. Jud.* *a* Justi judicii. *b* Confessionem. *c* Fragore.

nobilitate conditio libertorum vel servorum etiam adæquata gentis nostræ statum degenerat. Ob quam rem id nostræ gloriæ animis placet, ut exceptis servis fiscalibus vel libertis, abrasa deinceps hujus malæ præsumtionis licentia, nullus qui ex servitute quorumlibet servus sit, vel libertus, ad Palatina officia transeat; quod si fecerit, [1] illi serviturum proculdubio reducendum se noverit, ex quo aut conditionis propriæ originem sumsit, aut libertatis titulum reportavit [a].

His votorum meorum insinuationibus allegatis, quæso, ut fortia Paternitatis vestræ [2] adjutoria prorogetis; luce enim clarius constat, quod aggregatio sacrosancta Pontificum quicquid censuerit observandum, per Sancti Spiritus [3] donum omni maneat æternitate perfixum. Et ideo universitatem Paternitatis vestræ, atque sublimium virorum nobilitatem, qui ex aulæ regalis officio in hac sancta synodo [4] nobiscum sessuri prælecti sunt, obtestor pariter, et conjuro, atque per ineffabile illud Sanctissimæ Trinitatis sacramentum convenio, ut quid in medio vestri se judicandum vel retractandum invexerit, tam quæ per nos dicta, quam etiam cetera quæ vestris auditibus se ingesserint [5] audienda, cum omni vigore justitiæ, et temperamento misericordiæ dirimere procuretis; quo cum omni reverentia Patrum præcedentium regulis subdita totius unanimitatis vestræ sententia non aliunde, quam ex veritatis fonte procedat. Sicque et his, quæ præmissa sunt, solidum deliberationis stylum promtissime apponatis, et reliqua adhuc, quæ necessaria sunt in peragendis ecclesiasticæ regulæ disciplinis, et dirimenda tractetis, et diremta [6] religiosa sub diligentia conscribatis. Qualiter dum doctrinam respergitis salutarem in populis, Christum Dominum [7] in emolumento justitiæ capiatis, ut et vobis prædicantibus, et nobis implentibus, quæ Divinis [8] oculis complacent, sit utriusque partibus et in hoc sæculo de lucro animarum ineffabile gaudium, et in futuro [9] de præventione æternitatis præmium inconvulsum. Datum [10] sub die pridie nonas Novembris, anno feliciter quarto regni gloriæ nostræ, in Dei nomine. Toleto. *Quæ sequuntur, in cap.31. de Exord. et epilog. concil.* Perlecto.

1 *Al.* illic serviturum.

2 *Al.* adjutoria prærogatis.

3 *Al.* donum omnino est ad æternitatem.

4 *Al.* vobiscum.

5 *Al.* audienda communi vigore.

6 *Al.* religiosiori diligentia ... dispergitis

7 *Al.* in cumulando justitiæ fructu capiatis.

8 *Al.* oculis complaceant, et quæ nobis proficiant, semper agere valeamus. Sit utriusque parentibus in hoc sæculo.

9 *Al.* de proventione æternitatis.

10 *Al.* sub die secundo Nonas.

a Omnia hæc, uti a Rege proposita, constituta sunt.

CAP. VI.

Egica Rex ab Hispaniarum Patribus sententiam postulat, an bina, quibus se obstrinxerat, juramenta implere teneatur,

In Concilio Toletano XV. anno 688.

Ecce Beatissimi Patres, omne quod loqui me vobis aut circumlocutio onerosa cohibuit, aut communis sermo forsitan explicare non sinit, hic brevi stylo complicui, hic liquida renotationis insinuatione confeci; his quæso attendite, hæc pertractate, his deliberationis ferte inconvulsibilem sanctionem. *Quæ sequuntur, in cap. 34. de Exord. et epil. concil.* Tunc nos.

In nomine Domini. Flavius Rex reverendissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus. Ecce sublimi Patres et cœlesti jure honorandi mihi Pontifices, [1] speciosi vestri ordinis adiens cœtum, illa plus efferor potentia gaudiorum, quo in medio vestri positum non ambigo Dominum Jesum Christum. Ejus quippe sermonibus Fidem accommodans, quibus ait: *Ubicumque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum*; tanta spei hujus fiducia feror, ut quicquid vestra fuerit sententia cautum, non nisi eo dictante credam exorsum. Non ergo pudebit me illic cordis pandere sinum, ex quo ubertim manant rivuli sanitatum. Attendite jam jamque, unde cor serenitatis nostræ exæstuet, vel quibus ex caussis mœsti pectoris angustetur dolore.

1 *Al.* speciosum vestri.

Matth. 18. *v.* 20.

Illud mihi primo in loco dicendum occurrit, quod divi Patris nostri, et soceri regale sortientes fastigium, gemino me sentio juramenti rete implicitum, ita ut si unum ex his observantiæ cautela conservem, ex alio nihilominus in perjurii crimen videar recidisse. Egit enim idem divus prædecessor noster Ervigius Princeps, inter cetera quibus me incauto et inevitabili conditionum sacramento [2] adstrinxit, quum adhuc mihi gloriosam filiam suam conjungendam eligeret, ut omnimoda sacramenti me taxatione constringeret, quo pro omni negotio filiorum suorum ita me ipsum opponendo solicitus essem, qualiter eorum caussæ ad victoriam pervenirent, et quidquid me pro quibuslibet caussis imperasset, in omnibus jussa ejus implerem. Hæc, in-

2 *Al.* cordi bonum sacramentum adstrinxit.

inquam, jam dicto Principi sub juramenti cautione promittens, aliud e contra me tempore mortis suæ impegit, aliud agere impulit; scilicet, ut non ante regnum adirem, nisi primum strictis me juramentorum vinculis alligarem, ut justitiam commissis populis non negarem. Acta sunt ista, et specialibus conditionum probantur nexibus illigata.

Quarum etiam duarum conditionum inevitabilem et sibi contrariam [a] seriem, et illarum quas ob protectionem filiorum suorum mihi exegit, et istarum quas ob prælectionem regni mei exigendas instituit, Paternitatis vestræ pertractandas consultibus destinavi, petens, ut et benedictionibus vestris regno confirmatus inhæream, et sanctionis vestræ regulis viam, qua discreto calle perjurii gradiar, informatus agnoscam. Non enim potero perjurii effugere notam, si aut jam dicti Principis contra justitiam defendendo prolem, non reddidero populis veritatem [b], aut propter veritatem populorum zelans negotia, erga filios promissionis meæ non implevero vota.

Additur super hoc (ut fertur) præssurarum ejus in plerosque acerbitas, quos indebite rebus et honore privatis, quos de nobili statu in servitutem sui juris implicuit, quos tormentis subegit, quos etiam violentis judiciis pressit, pro quibus omnibus hæc adhuc insuper vox in querimoniam venit, quod omnem populum regni sui ob tuitionem filiorum suorum jurare compulerit, et ex hoc cunctis quasi aditum reclamandi obstruxerit. His omnibus pressurarum vocibus tabido anxietatis strepitu occupatus, cupiens periclitationis hujus elaqueari periculo, fiducia illa qua vobis vicinum esse Deum non ambigo, vestris hæc pertractanda sensibus, vestrisque judiciis dirimenda committo. Nam et cæteras caussarum voces, reliquasque jurgantium actiones, quæ vestro se cœtui dirimendæ ingesserint, vestris opto judiciis consopiri; contestantes generaliter omnes, et vos sacrosanctos cœlesti jure Pontifices, et vos regalis aulæ viros nobiles et illustres, per ineffabile illud Sanctæ Trinitatis Sacramentum, et per Domini nostri Jesu Christi sanguinem pretiosum, ac diem futuri judicii pertremendum, ut in his omnibus commemoratis negotiorum capitulis, repulsa omni acceptione muneris vel favoris, fideli conscientiæ oculo intendatis, quo in elucubrandis vocibus et negotiis universis ita operam detis, ne

[a] Contraria hæc sunt juramenta: non enim poterat Egica cum justitia regere populum, si Ervigii filios protegendi caussa, non curaret, ut ab eis injuste de populis retenta restituerentur. [b] Justitiam.

a justitiæ tramite ullo modo decidatis, ut dum inflexibili æquitatis culmine judicia vestra sese in conspectu Domini placitura direxerint, et mihi de admonitione lucrum, et vobis pro æmulatione justorum judiciorum proveniat gaudium exoptatum[a]. Datum[1] sub die agnita. *Quæ sequuntur, in eod. cap. 34. de Exord.* Igitur hujus.

1 *Al.* sub die V. Iduum Majarum.

Circa cognatos meos filios vestros, quos de gloriosa conjuge vestra,[2] domina mea Leuvigitone Regina progenitos habere videmini, tam carum me amicum in sincera mentis dilectione, sine fraudulenta calliditate exhibere, et esse polliceor, et ita cum eis in affectu dulcedinis et caritatis omnibus diebus vitæ meæ vivere spondeo, ut nec ipsos, nec partem eorum pro quibuslibet, capitulis, aut ordinibus, vel occasionibus, quoquolibet tempore inquietari aut stimulari debeam. Nec ullum dolorem, ullamque malitiam in corde vel animo meo contra eos amodo et deinceps quandoque retinebo aut excogitabo; neque aliquam occasionem, aut argumentum enutribo, per quod aut præfata ancilla vestra, sponsa mea, sive jam nominati filii vestri, qui de totiens dicta clementissima conjuge vestra, domina mea Leuvigitone Regina progeniti sunt, aut in maximum, aut in modicum conturbentur vel stimulentur, excepto propter justissimas caussas, unde legalis mihi veritas patuerit; quas ut cum caritatis affectu ad eosdem cognatos meos quærere debeam, mihi licentiam reservo, et tam de promtissima dilectione, et caritate eorum numquam recedam; nam et pro caussis eorum quas aut ipsi contra quaslibet personas habuerint, aut si quicumque contra eos pro quibusdam rebus intenderint, ita usque quoad vixero in eorumdem filiorum vestrorum adjutorium cum omni mentis meæ intentione, in quantum valuero, et Deus mihi dederit posse, exurgebo, et intendebo, veluti si pro caussa propria mea, ut nec illi damnum aut perditionem quamcumque sustineant, et negotia eorum cum Dei auxilio, me intendente, agente, et prosequente, celerem ad effectum perveniant. *Quæ sequuntur, in cap. 1. de Jurejurando.*

2 *Al.* domina mea Levitona.

a Vide sis cap. 1. et 2. *de Jurejurando.*

CAP.

CAP. VII.

Egica Rex condendorum canonum tabulam exhibet Hispaniarum Patribus congregatis

In Concilio Toletano XVI. anno 693.

En Divini cultus, reverendissimi sacerdotes, quicquid proprii oris effamine vestris sacris sensibus debui intimare, quicquid enormis [a] poterat diffusæ elocutionis affatus exprimere, sicut hic breviter summatimque calamo currenti digessi. Unde vos ea solicitius prælibantes, gliscentibus animis pertractate; et tam ea quæ hic sunt insita, quam etiam alia quæque se reverendissimo vestro cœtui ingesserint audienda, æquissimis judiciorum vestrorum definitionibus terminate, et firmissimo sententiarum vestrarum stylo esse permansura decernite. *Quæ sequuntur, in cap. 36. de Exord. et epil. concil.* Quem tomum.

In nomine Domini. Flavius Egica Rex sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus. Novit, beatissimi Patres, serenitatis nostræ gloriosa sublimitas, synodicæ advocationis studia nutantis sæculi obstare ruinæ, et fidelibus populis congruam salutaris vitæ impendere disciplinam. Quapropter orthodoxæ Fidei religione permotus, vestrique cœtus optabili conventu jucundior redditus, Cœlorum Regi grates laudumque vota persolvo, quoniam præstolata aggregationis vestræ concursio præceptionis nostræ oraculis devotissime paruit, et alternæ visionis exoptata gaudia commodavit. Igitur vobis coram positus, vestris precibus supernam mihi clementiam suffragari efflagitans, universitatem sanctitudinis vestræ christiana mentis devotione convenio; ut quia ecclesiæ sanctæ catholicæ digna speculatione præstatis, votis meis fautores sitis, vestrique Pontificatus meritis in regendis populis præstantiora mihi subsidia præparetis, et consiliorum nutrimenta salubria afferatis, quo valeam sanctimoniæ vestræ adminiculo fultus, et regnandi gressus in pace perficere, et gentem mihi subditam pio ac discreto moderamine regere. Nam et tales vos in hoc sancto concilio adesse præopto, quo gratia Spiritus Sancti corda vestra irradians, in medio sit vestrorum; ut ipso docente id teneatis atque servetis, unde et mihi, qui præ omnibus multis sum criminibus deditus, et cuncto populo regiminis mei respectio [b] Divina semper opituletur.

[a] Prolixæ. [b] Misericordia.

Quan

Quantis denique malis, indignante Deo, terra quotidie vapulet, quantisque plagis vel perfidorum sceleribus contabescat, Paternitati vestræ non reor esse incognita. Sed quia indubie credimus, quod transgressione mandatorum Dei digna facta recipimus, dicente Domino per Prophetam: *Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea*; opportunum satis est, ut per vos, qui Divinæ vocis præconio *sal terræ estis*, salvationis obtineat opem. Unde venerabilem sanctitatis [1] vestræ universitatem exhortor, ut in primis almæ Fidei rectitudo, quæ per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffusa expanditur, vestræ collationis eloquiis præconetur, prædicata veraciter teneatur, retenta in arcano vestri pectoris illibata servetur. Deinde, quia comperimus, quod multæ Dei Basilicæ in dispersis locis vestrarum Parochiarum [a] constitutæ, dum ad unius respiciunt ordinationem presbyteri, nec assidua in eis sacrificia Domino delibantur, et destitutæ remanent, atque sine tectis, sed semirutæ fore noscuntur; specialiter in canonibus annotetis, unaquæque ecclesia, quamvis pauperrima, quæ vel decem mancipia habere potest, sui debeat cura gubernari cultoris [b]; ceterum si minus habuerit, ad alterius ecclesiæ presbyterum pertinebit.

Osea 4. v. 3.

Matth. 5. v. 13.

1 *Al.* vestræ unitatem.

Nam dum ex omnibus plurimæ Basilicæ, ut præmisimus, unius solicitudine rediguntur, solum est, quia et viduatæ persistunt, et difficile sacris cultibus ordo debitus exhibetur. Quod non tantum sacerdotibus Dei in culpa est, verum etiam et infidelibus Judæis ridiculum affert, qui dicunt, nihil præstitisse interdictas sibi ac destructas fuisse Synagogas, quum cernant, pejores christianorum effectas esse Basilicas. Pro quarum etiam reparatione a vestra universitate censendum est, ut eas unusquisque episcopus de tertiis parochialium basilicarum canonice restaurandas invigilet. [2] Qui si tertias ipsas consequi noluerit, cura sui gerendum est, ut presbyter destructæ ecclesiæ exinde commissam sibi Basilicam reparet; evidentem censuræ modum apponentes in canone, qualiter debet incuriosus quisque episcopus condemnari, si præscriptum pro renovandis Dei templis ordinem neglexerit adimplere.

2 Cui si Tertias ipsas consequi voluerit, cum sui gerenda est, ut presbyter.

Nam et hoc honorificentia vestra promulgare curabit, ut nemo episcoporum pro regiis inquisitionibus exhibendis parochialium ecclesiarum jura contingat, nec quascumque exinde inquisitiones, aut evectiones exigere audeat; sed de prædiis suarum sedium regio culmini solita perquisitionum

a Diœcesum. *b* Clerici parochi.

num obsequia deferat, nihilque de rebus earumdem parochiarum ecclesiarum caussa stipendii cujuspiam dare præsumat. Quod si fecerit, duorum mensium spatio excommunicari se noverit. Interea id præcipue a vobis procurandum est, ut ubicumque idololatriam vel diversos diabolicæ superstitionis errores repereritis, aut qualibet relatione cognoveritis, ad destruendum tale facinus, ut vere Christi cultores, cum judicibus quantocyus insurgatis, et quæque ad eadem idola a rusticis vel quibuscumque personis deferri perveneritis, [a] tota vicinis conferenda inibi ecclesiis conferatis [b]. Pro quo etiam extirpando scelere, edictum tale in regulis apponatis, ut quicumque Antistes hujusmodi nefas agi permiserit, vel peractum in sua Diœcesi protinus abolere distulerit, a loci sui officio pulsus, unius anni excursu sub pœnitentiæ maneat religatus lamento; alio tamen principali [c] electione ibidem constituto, qui possit hujus institutionis ordinem servare, et populo christiano bonæ conversationis pandere tramitem, postmodum ad sedis suæ ordinem reversurus. Sed et quod his potius est, zelo Dei zelantes Judæorum abrogandam utriusque sexus perfidiam radicitus demite, ut et legum nostrarum sententias, quæ ob perfidiam eorum et in præteritis editæ, et hodierno sunt tempore conditæ, omni valeant robore subnixæ, et accessus nequitiæ ipsorum earumdem legum dispereant sanctione. Sic quoque, ut juxta novellæ legis nostræ edictum, nemo ex eisdem Judæis in perfidiam durantibus ad catablum [d] pro quibuslibet negotiis peragendis accedat, nec quodcumque cum christianis commercium agere audeat, quo merito cum Propheta dicatis: *Nonne qui te oderunt, Domine, oderam illos, et super inimicos tuos tabescebam*? Ex quibus igitur Hebræis, vel uxoribus, ac filiis eorum si quis deinceps ad catholicæ Fidei regulam integerrima devotione conversus extiterit, abnegans ex toto genuinæ [e] prævaricationis errores vel cæremonias, omnesque parentalium [f] rituum sectas, ab omni exutus jugo maneat functionis, quam pridem in errore præstiturus publicis utilitatibus exsolvere consuevit. Sic quoque et in ceteris incredulis ejus redundetur junctio pensionis, quos adhuc nefanda retinuerit obstinatio parentalis. *Psalm. 138. v. 21.*

Inter cetera tamen obscœnum crimen illud de concubitoribus masculorum extirpandum decernite, quorum horren-

[a] *Hoc est*: inveneritis. [b] Deputetis. [c] Principis. [d] Locus est, caussis agitandis deputatus. [e] Parentum. [f] Quos a parentibus didicerant.

renda actio et honestæ vitæ gratiam maculat, et iram coelitus superni judicis provocat.

Et quia plerique perfidorum cothurno superbiæ dediti, non ex Deo regale fastigium, sed solo jactantiæ tumore appetere dignoscuntur, quicumque amodo ex Palatinis, cujuslibet sit ordinis vel honoris persona, in necem regiam, vel excidium gentis ac patriæ gothorum fuerit conatus intendere, aut quodcumque contubernium intra fines Hispaniæ tentaverit excitare, tam ipse, quam ejus omnis posteritas, ab omni Palatino expulsa officio, sub tributali impensione fisco debeant perpetim inservire, amissis insuper cunctis facultatibus proprlis, quas cui voluerit, licenter conferat clementia principalis.

Cuncta vero, quæ in canonibus vel legum edictis depravata consistunt, aut ex superfluo vel indebito confecta patescunt, accommodante serenitatis nostræ consensu, in meridiem lucidæ veritatis reducite, illis proculdubio legum sententiis reservatis, quæ ex tempore divæ memoriæ prædecessoris nostri domini Cindasvinthi Regis usque in tempus domini Wambanis Principis ex ratione depromptæ, ad sinceram justitiam vel negotiorum sufficientiam pertinere noscuntur [a].

Varia quoque populorum negotia ceteraque sceleratorum hominum gesta Fidei sanctæ contraria ita vestri examinatione judicii canonice ac legaliter finiantur, ut nec justitia prætereat, nec severitas legum ex omnibus intercurrat; qualiter dum in his omnibus vos amor Christi reddiderit fervidos, et æquitatis catena contrinxerit nexos, non solum in hoc sæculo sanctitatis dono perspicui maneatis, sed et æternis præmiis in perpetuum floreatis; quia tunc me a Domino cum plebe mihi credita a peccatis elui credo, quum discussio judicii vestri in examinandis caussis talis præcesserit, quæ in nullo tramite veritatis aberret.

Hoc solum vos, honorabiles Dei sacerdotes, cunctosque illustres aulæ regiæ Seniores, quos in hoc concilio nostræ serenitatis præceptio vel opportuna inesse fecit occasio, per inseparabilem Omnipotentis Dei potentiam adjuramus, quia in privatis dirimendis negotiis, quæ se vestro coetui audienda emerserunt, nulla personarum vel muneris acceptio intercurrat, nullus se favor interserat, nulliusque trepidita-
tis

[a] Re ipsa de his a Rege propositis, canones editi sunt; atque etiam Sisberti caussa agitata est, et in eum lata sententia, quamvis Rex ipse ab hujus criminis petenda vindicta penitus abstinuerit.

tis incuria promulgare justitiam, quæ Deus est, obstrepat, sed puro examinationis libramine caussarum jurgia terminantes, et justa Dei judicia vobis præ oculis opponentes, unicuique parti æquitatem pandere procuretis; quatenus ex hoc nostræ mansuetudini præstolatæ a Deo mercedis præmia conquiratis, et rectitudine vestri judicii coram nobis honorabiles sitis, atque ante Deum semper bonorum operum gratia polleatis. Datum sub die septimo kalendarum Majarum, anno feliciter sexto Regni Mansuetudinis nostræ. Toleto. *Quæ sequuntur, in eod. cap. 36.* Reserato igitur.

CAP. VIII.

Egica Rex consilium expostulat ab Hispaniarum Patribus, ut quid sibi cum perfidis gerendum sit, decernant; reservata sibi potestate in posterum eos juxta concilii Toletani IV. et libri Judicum sententias coercendi.

Ex eodem.

[a] In nomine Domini. Flavius Egica Rex omnibus sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus. Ecce sanctissimi Patres, in Christo et Apostolico dogmate fideles populi ductores, synodicæ aggregationis vestræ unionem illo fiducialiter hortatu convenio, quo religiosum nobis vestræ sanctitudinis præbeatis suffragium, vestræque promulgationis consultum porrigatis omnimode præstolatum. Promtissime etenim sæpe gloriosæ nostræ serenitatis fervet devotio, ac puræ voluntatis flagrat devotissima plenitudo, illis cum plebe mihi credita affectibus vivere, pietatibus inhærere, ac misericordiæ incremento studium regendi servare, quibus tempora nostra nullis adversitatum stimulis commota, nullis civilibus vel externis excitationibus præpedita, pacis munere floreant, ac miserationis nostræ beneficio cumulata persistant, et quos forsitan pravæ infidelitatis implicat actio, respectu clementiæ nostræ, si fas est, pietatis releventur ex brachio, ut parcendo illis, supernam mihi clementiam fautorem efficiant, et status gentis meæ ac patriæ nullis amplius, quod absit, ruinæ lapsibus concidat. Sed quantum culparum noxam remittere procuramus, tan-

a Alloquutio hæc a collectoribus post canones apposita, in exordio concilii habita esse videtur.

tantum profanatorum transgressio molitur, et crebris perfidiæ ausibus præpedita subruitur. Unde si culpis indulgentiam, si condigna factis restituam, anceps nostræ tranquillitatis animus æstuat, in eo quod plerumque ipsa culparum remissio increbrescenti nequitia in contrarium vertitur; quum nec tandem vitia reprimuntur, quæ facili emendationis conamine perduci ad terminum debuerunt. Ipsi autem in hoc sancto concilio liquide perpendatis, jam jamque antea plurimorum casus relatu opinabili didicistis, quibus perfidorum, quantisque æmulorum nefandis conatibus deceptionis meæ quotidie excidium sentiam, vel quanta patriæ fuerint insolenter conturbia excitata. Quorum denique sceleratorum, [a] qui et in præteritis, et nunc perfidasse detecti sunt, prævaricatione compellimur, cœtus vestri in universitatem consulere, ut quod de talium excessibus, qui in præteritis vel nunc usque mihimet deliquisse noscuntur, agere serenitatem nostram conveniat, utrum condignis sententiis canonice ac legaliter feriantur, an parcendo illis, noxarum debita impunita serventur, saluberrima unanimitatis vestræ promulgatione attentius decernatur, illa nostræ gloriæ vel successorum nostrorum Principum licentia modis omnibus servata, ut si deinceps quisquam contra regiam potestatem, gentem, ac patriam nostram agere conatus extiterit, juxta canonicam sententiam tempore prædecessoris nostri domini Sisenandi Principis de talibus personis in concilio [b] editam, vel legis [c] sententiam, ejus debeat pravitas acriter coerceri. Tantum est, ut sicut præmisimus, quo emendationis studio errantium mihi transgressio emendetur, salutaris vestra responsio nostris clarescat in sensibus, nam et hoc decreti vestri condecet stylo censendum.

Et quia præcessor noster dignæ memoriæ dominus Wamba Rex in ipsis regnandi primordiis Theudemundum Spatharium [d] nostrum contra generis vel ordinis sui usum, Festi quondam incitatione Emeritensis episcopi, solius tantum regiæ potestatis impulsu in eadem Emeritensi urbe numerariæ [e] officium agere instituit, quod etiam unius anni excursu contra rationem noscitur peregisse; immo quia nec valuit imperio gentis obsistere, vestri edicto concilii ab

[a] Sub hac sceleratorum voce, Sisbertum fortassis comprehendit, ipsum tamen nominatim exprimere noluit. [b] Tolet. IV. *can.* 75. vide cap. 1. de *Obed. et Fidelit. Reg. præst.* [c] Vide sis Prolog. *Fori Jud.* [d] Spatarii dicti, qui Spatham Regis, sive enIem deferebant; vel potius, qui ad ipsius Regis custodiam deputati erant. [e] Numerarii illi erant, qui publicam pecuniam Ærario inferebat.

ab eodem Theudemundo suaque omni posteritate talis actionis officium suspendatis, quo nullo ulterius tempore, tam ipse quam omnis ejus progenies usque ad finem sæculi ob hanc caussam videantur aliquatenus molestari. Datum sub die kalendas Majas, anno feliciter sexto regni nostri, in Dei nomine, sedis nostræ Toleto.

CAP. IX.

Egica Rex quædam constituenda proponit Hispaniarum Patribus

In Concilio Toletano XVII. anno 694.

Ecce sanctissimum ac reverendissimum ecclesiæ catholicæ sacerdotale collegium et divini cultus honorabile sacerdotium; seu etiam vos, illustre aulæ regiæ decus, ac magnificorum virorum numerosus conventus, quos huic venerabili cœtui nostra interesse celsitudo præcepit; quia satis longum est, ea quæ regni nostri utilitatibus, seu genti et patriæ nostræ necessaria sunt, vobis proprii oris nostri alloquio enarrare, ideo hunc tomum, quia universa quæ nostra mansuetudo ad peragendum vestris sensibus debuit intimare, dignoscitur continere, contrado, præcipiens pariter et exhortans vos per eum qui dixit: *Ubicumque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, et ego ero in medio eorum*, quia ea quæ tomus iste continet, vel alia quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, seu diversarum caussarum negotia, quæ se venerabili cœtui nostro ingesserint audienda, gravi ac maturato consilio pertractetis, atque judiciorum vestrorum edictis justissime ac firmissime terminetis. *Quæ sequuntur, in cap. 37. de Exord. et epil. concil.* *Matth. 18. v. 20.*

In nomine Domini. Flavius Egica Rex sanctissimis Patribus, in hac sancta Synodo residentibus. Quo mentis ardore, quantisque facibus serenitatis nostræ sublimitas religionis sancto amore succensa æstuet, nec verborum prolixa potest ratione depromi, nec literarum apicibus annotari. Quia in quantum Fides christiana spiritualium virtutum lumine ineffabili comparatione coruscat, tantum sensus nostri brevitas necdum valet ejus enarrare mysteria. At nunc quamquam profunditatis ipsius abyssum nequeamus pertingere, magna tamen devotione clementiæ nostræ animos ad

 ex-

exhortandam vestram sanctitudinem cognoscat, qualiter vos in hac sancta synodo residentes in primis de ejus mysterio edictis spiritualibus disputetis, et apostolici vestri ordinis dogma promulgetis, quo fidelium corda incomparabili sidere perlustrata, infidelium quoque pectora mentis gressibus a tenebris ad lumen conversa pertranseant.

Pro nefandis denique Judæis infra fines regni nostri degentibus, ita præmittimus, quod etiam absque non minimo mœrore proferimus, quia ab initio propriorum rituum errorum decepti, Christi nomen incredibili pravitate negaverunt, nefariisque hactenus argumentis eamdem almæ fidei sectam deluserunt. Certum namque est verumque præconium, in cuncto pæne terrarum orbe relatione perspicua extitisse vulgatum, quod Fidei plenitudine fines semper Hispaniæ floruerunt; unde nostram gloriam summa ratio cogit, valida illis intentione resistere, quum in aliquibus mundi partibus alius dicatur contra suos christianos Principes resultasse, plerosque vero justo Dei judicio a christicolis regibus interemtos fuisse, præsertim quia nuper manifestis confessionibus indubie pervenimus, [a] hos in transmarinis [b] partibus Hebræos alios consuluisse, ut unanimiter contra genus christianum agerent, præstolantes perditionis suæ tempus, qualiter ipsius christianæ Fidei regulam depravarent. Quod et per easdem professiones, quæ vestris auribus sunt reserandæ, patebit. Nam et a primordio nostri regiminis tanta fuit pro eorum conversione mansuetudinis nostræ intentio, ut non solum diversis suasionibus eos ad Fidem Christi pertrahere conaremur, verum etiam et mancipia christiana, quæ pridem ob suam perfidiam per legis [c] ordinem caruerant, ex tranquillitatis nostræ decreto reciperent; solummodo, ut per veræ conversionis propositum, expulsa procul cordis perfidia, eos matris sinus ecclesiæ adoptivos exciperet. Sed et per cautionis seriem jurisjurandi attestatione subnixa spondentes, nec tandem promissa compleverunt, sed ritus et cæremonias solitas proculdubio egisse perventi sunt. Et quia Divinæ voluntatis imperio reservati sunt regni nostri tempore corrigendi, necessarium fore nostra perpendit tranquillitas, ut vestro nostrorumque optimatum generali conventu, eorum nequitia quantocyus refrenetur, quo, operante Christo, extirpata ipsorum confestim nequitia, christianum nomen polleat, et

[a] Deprehendimus. [b] Africa. [c] Leg. 13. tit. 4. lib. 12. *For. Jud.*

et Christi Fides infinite clarescat; ne tunc videatur tantæ perfidiæ obviari, quando ecclesiam catholicam eorum dignoscatur adversitas impugnare. Ut ergo tam dira incredulitatis perversitas victa dispereat, aut synodali emendatione a parentali [a] refrenentur errore, aut si placet, uniformi vestra sententia, falce maneant justitiæ desecati; sic quoque, ut quid de illis cunctisque rebus ipsorum agere conveniat, canonica vestri cœtus sententia patenti stylo constituat; quod nostræ legis censura perpetim stabile manere decernat; illis tantumdem Hebræis ad præsens reservatis, qui Galliæ [b] provinciæ videlicet intra clausuras [c] noscuntur habitatores existere, vel ad Ducatum [d] regionis ipsius pertinere, ut quia delictis ingruentibus, et externæ [e] gentis incursu, et plagæ inguinalis [f] interitu passim ipsa ab omnibus desolata dignoscitur, cum omnibus rebus suis in suffragio [g] Ducis terræ ipsius existant, et publicis utilitatibus profectum incunctanter exhibeant, ita ut secundum sanctæ Fidei regulam ut vere christicolæ vitam suam corrigant, et omnem genuinæ [h] incredulitatis errorem a suis cordibus pellant. Quod si amodo vel in modico detecti fuerint sanctæ Fidei depravatores existere, illico de terra ipsa promoti [i], eadem, qua et prædicti parentes eorum, censura erunt omnibus modis feriendi [k].

Nam et quorumdam sacerdotum non sinit veritas silere insaniam, quia ante sacrosanctum Altare Dei pro superstitibus hominibus Missas audeant dicere de defunctis; et quum aliis nocere intendunt, ipsi sibimet potius interfectores existunt, et suarum incurrunt excidium animarum in eo quod scriptum est: *Os quod mentitur occidit animam*, et dum quodam invidiæ vel malitiæ livore tam nefaria gerunt, unum est, quia et Deo mentiuntur, et in arcum perversum sacerdotalem ordinem vertunt. [1] Quod si Domino mendacium hujusmodi sacrificio offerre non metuunt, quid de cetero falsitatis loqui pavescunt? Petrum denique Apostolum dixisse legimus Ananiæ: *Memineo, ut quid Satanas implebit cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto? Quia non est hominibus mentitus, sed Deo.* Tanti quippe facinoris admissum vestro concilio committimus extirpan-

Sapientiæ 1. v. 11.

1 *Al.* Aliis, qui si Domino.

Act. Apost. 5. v. 3.

a Errore a parentibus accepto. *b* Galliæ Gothicæ. *c* In vallibus, montibus circumseptis. *d* Ipsius Provinciæ Ducis regimini subjecti. *e* Vicinorum Gallorum, vel aliorum, de quibus in conc. Narbonen. an. 589. Vide cap. 12. *de Festis*. *f* Qua inguen afficitur. *g* Sub protectione Ducis seu Provinciæ Rectoris. *h* A genitoribus acceptæ. *i* Amoti. *k* Vide sis cap. 18. *de Judaismo*.

pandum, quo et illos, qui talia egisse detecti sunt, et eos a quibus ob hoc nefas perpetrandum sciscitati sunt [a], ac deinceps in tali errore quosque delapsos, regula decernatis canonica feriendos, ut illatam in semetipsos sentientes correptionem, et male actorum pœniteant, et ne ab aliis ulterius fiant, sententia vestra speciale prohibitionis exemplum ostendat [b].

His igitur præmissis caussis, populorum negotia vestris auribus intimata cum Dei timore prudentiæ vestræ committimus dirimenda; ut quia multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum, nulla sit occasio, quæ vestræ mentis aciem ad promulgandam justitiam possit obtundere, nullus favoris se locus interserat, lumen veritatis abscondere, quatenus ipsa judiciorum vestrorum emissio luce clareat æquitatis, justitiam proroget debitam populis, et ad cumulum nobis pertineat copiosæ mercedis. Sed et illud vestris precibus sedari obnixius a Domino præoptamus, ut quia hostis humani generis quosdam nostrorum inhiens non desinit ad perditionem subripere, ex quo proprio culpæ cernuntur facinore, non (quod absit) nostræ potestatis gravedine corrui, tribus diebus hoc peracto concilio speciales ob inde Litanias contrito cordis arcano celebrare curetis; ita ut usque hujus anni spatium per singulos menses, eodemque modo triduana jejunia peragatis; ut quia neminem de his, quos ditioni nostræ superna pietas subdidit, usquam perire volumus, nec amplius quempiam perdere quærimus, sed de gentis nostræ vel patriæ statu lætari affatim delectamur, precatu saltem vestræ beatitudinis insidiantium stimula, quæ contra nostram gloriam præparant, a suis cordibus auferant, et erga nostram servitutem pura Fidei sinceritate persistant, ut a priorum lapsu se erectos esse congaudeant, et nostra gloria ex hoc cum eis pacis et caritatis munere cumulata, Christo Domino indefessa gratiarum vota persolvat [c].

[a] Excitati. [b] Vide cap. 6. *de Sacrileg.* [c] Vide cap. 6. *de Litaniis.*

TIT.

TIT. VI.

DE PALATINIS ET PROCERIBUS REGNI.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. can. 13.

De honore Primatum Palatii, ut ab inferioribus servetur.

1 Qui Primatum dignitate, atque reverentiæ vel gratiæ ob meritum in Palatio honorabiles habentur, his a junioribus modestus honor per omnia deferatur, qui etiam minores a senioribus et dilectionis amplectantur affectu, et utilitatis imbuantur exemplo.

1 *Al.* Qui primatu dignitatis, atque.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. can. 2.

De accusatis sacerdotibus, seu etiam optimatibus Palatii, atque Gardingis, sub qua eos justitiæ cautela examinari conveniat.

Secundæ collationis objectu res nostro cœtui lacrimanda occurrit, quæ tanto est synodalis judicii pondere abigenda, quanto immensam stragem populis affert pariter et ruinam. Etenim decursis retro temporibus vidimus multos et flevimus, ex Palatini ordinis officio cecidisse, quos et violenta professio ab honore dejecit, et trabale [a] regum sanctione judicium aut morti aut ignominiæ perpetuæ subjugavit. Quod importabile malum, et impietatis facinus exhorrendum religiosi Principis nostri animus abolere intendens, generali omnium Pontificum arbitrio retractandum invexit, et ultrici synodalis potentiæ auctoritate cohibendum instituit.

Unde congruam devotionis ejus sententiam decernentes, hoc in commune decrevimus, ut nullus deinceps ex Palatini ordinis [b] gradu, vel religionis sanctæ [c] conventu, regiæ subtilitatis astu, vel profanæ potestatis instinctu, sive quorumlibet hominum malitiosæ voluntatis obnixu citra manifestum et evidens culpæ suæ judicium, ab honore sui ordinis, vel servitio domus regiæ arceatur; non antea vinculo-

a Irrevocabile. *b* Optimatum. *c* Clericorum.

lorum nexibus illigetur, non quæstioni subdatur, non quibuslibet tormentorum vel flagellorum generibus maceretur, non rebus privetur, non etiam carceralibus custodiis mancipetur, neque adhibitis hic inde injustis occasionibus abdicetur, per quod illi violentia occulta, vel fraudulenta professio extrahatur, sed is, qui accusatur, gradum ordinis sui tenens, et nihil ante de supradictorum capitulorum nobilitate persentiens, in publica sacerdotum [a], seniorum [b], atque etiam Gardingorum [c] discussione reductus, et justissime perquisitus, aut obnoxius reatui detectæ culpæ legum pœnas excipiat, aut innoxius judicio omnium comprobabatus appareat.

Illos tamen, quos in locis talibus manere constiterit, unde nocibilis perfugii suspicio sit, aut eos quos pro conturbatione terræ diligentius oporteat custodiri, hoc sine aliquo vinculorum vel injuriæ damno, sub libera custodia consistere oportebit. Sic tamen repulso omni terrore, sub circumspecta et diligenti custodia habeantur, ut tempus quo judicari eos oporteat, nullo modo sub fraudulentia dilatetur, quo ab uxoribus, vel propinquis, atque etiam rebus suis diutissime separati professionem [d] suam videantur dedisse inviti; quæ tamen si data fuerit, modis omnibus non valebit; sed juxta superiorem ordinem, illud tamen pro vero accipietur, quod ex ore ejus agnitum generali fuerit judicio comprobatum. Nam de ceterorum ingenuorum personis, qui Palatinis officiis non hæserunt, et tamen ingenuæ dignitatis titulum reportare videntur, similis ordo servabitur; qui etiamsi pro culpis minimis (ut assolet) flagellorum ictibus a Principe verberentur, non tamen ex hoc aut testimonium [e] amissuri sunt, aut rebus sibi debitis privabuntur. Quod si de infidelitatis crimine quicquam eis objicitur, simili, ut superius præmissum est, ordine judicandi sunt.

Quod synodale decretum Divino, ut confidimus, spiritu promulgatum, si quis regum deinceps aut temeranter custodire neglexerit, aut malitiose præterire prælegerit, quo quisquam de personis taxatis aliter quam præmissum est, prædamnetur, aut astu congestæ malitiæ perimatur, vel defectus sui ordinis loco privetur; sit cum omnibus qui ei ex delectatione consenserint, in conspectu altis-

a Episcoporum. b Procerum, seu Nobilium, unde *sennores*, vel *señores*. c Defensorum. d Confessionem. e Honorem.

tissimi Dei Patris, et Unigeniti Filii ejus, atque Spiritus Sancti perenni anathemate ultus, et divinis vel æternis addicetur ardoribus concremandus. Et insuper quicquid contra hanc regulam sententiæ nostræ, aut in persona cujuscumque fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ extiterit judicatum, nullo vigore subsistat, quo persona ipsa aliter, quam decernimus, judicata, aut testimonii sui dignitatem amittat, aut quæstu rei propriæ careat. Nec enim hæc et alia promentes [a], Principibus domesticæ correctionis potestas adimitur. Nam specialiter de laicis illis, quos non culpa infidelitatis adstrinxit, sed aut servitii sui officio torpentes, aut in commissis sibi actibus reperiuntur esse mordaces [b], vel potius negligentes, erit Principi licitum hujusmodi personas absque aliquo eorum infamio, vel rei propriæ damno, et servitii mutatione corrigere, et in commissos talium alios, qui placeant, transmutare. *Eumdem vide in cap. 6. de Caus. Cleric. agit.*

CAP. III.

Ex eodem, canone 6.

Ut exceptis servis vel libertis fiscalibus, nullus de servitute quorumlibet deinceps, aut libertis, ad Palatinum officium quocumque tempore transeat.

Sæpe obscurat nobilium genus subreptum servitutis importabile dedecus, quod et generosos adæquatum infamat, et dominis plerumque notam proditionis importat. Multos enim ex servis vel libertis plurimum ex regio jussu novimus ad Palatinum fuisse pertractos officium; qui tamen affectare cupientes sublimitatem honoris, quam illis subtrahebat natio obfuscatæ originis, dum æquales dominis per susceptum Palatinum officium facti sunt, in necem dominorum suorum vehementius grassaverunt. Et quod nefas est dicere, etiam hi qui a dominis suis libertatis beneficio potiuntur, ipsi quoque dominis suis regio jussu tortores existunt. Nam quid jam, si præcedentium et antiquorum historica narratione memoremus excidia, in qua obscœna conditio servitutis dominorum sæpe suorum casum operiens, et regnum pariter labefactare fecit, et dominos?

Ac proinde hortante pariter ac jubente prædicto gloriosissimo Principe, hoc nostri cœtus aggregatio observandum instituit, ut exceptis servis vel libertis fiscalibus, nullus servorum atque etiam libertorum quorumlibet deinceps

[a] Decernentes. [b] Præcipites.

ceps ad Palatinum quandoque transire permittatur officium; nec etiam locorum fiscalium, atque etiam proprietatis regiæ adminiculatores [a], vel actores fieri quolibet tempore admittantur; sed conditionis suæ usum deinceps unusquisque servorum vel libertorum veraciter reminiscens, ita sibi ab ordine Palatino extorris proficiat, ut dominis suis vel dominorum suorum posteritati nec noceat, nec æqualis existat. Quod si deinceps quorumcumque sit libertus, seu etiam servus, vel omnis eorum adfutura progenies, qui post hujus sanctionis nostræ sententiam, ad officia præmissa accedat, illic quolibet tempore aut serviturus aut obsequendus modis omnibus contradatur, ex quo aut servitutis originem duxit, aut libertatis decus subire promeruit.

CAP. IV.

Ex Synodo Compostellana anno 1114. *cap.* 16.

De Vicariis a potentibus in vicis constituendis, sub pœna illati damni reparationis.

Milites, et quicumque principatu præeminent, villicationibus suis tales Vicarios [b] statuant, qui si quid contra decretorum justitiam egerint, calumniarum caussas, unde compleant, habeant; sin autem, eorum domini perpetrati
1 *Al.* et injustitiæ. damni [1] et justitiæ calumnias sustineant.

TIT. VII.

DE PRÆFECTIS POPULORUM JUDICIBUS, EORUMQUE JUDICIIS.

CAP. I.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 7.

Ut populus a potentibus cum justitia regatur.

Septimo quoque Titulo admonemus, ut omnes Comites [c] seu Majorini [d] Regale populum sibi subditum per justitiam regant, pauperes injuste non opprimant, in judicio testimonium, nisi illorum præsentium qui viderunt, aut audierunt, non accipiant. *Quæ sequuntur, in cap.* 7. *de Testibus et accusat.*

[a] Administratores. [b] Qui loco illorum judicia exerceant. [c] Quos Gothi Duces appellaverant. [d] Seu Merini, iidem qui antea Comites, aut Villarum Gubernatores.

CAP.

CAP. II.

Ex eodem, cap. 8.

De legibus quibusdam Alphonsi, et Sanctii Regum observandis.

Octavo autem Titulo mandamus, ut in Legione et in suis terminis, in Gallæcia, et in Asturiis, et Portugale tale sit judicium semper, quale est constitutum in decretis Adelphonsi Regis pro homicidio, pro rauso, pro sajone, aut pro omnibus calumniis suis. Tale vero judicium sit in Castella, quale fuit in diebus avi nostri Sanctii Ducis.

CAP. III.

Ex eodem, cap. 10.

De eo qui contentiosum fundum coluerit.

Decimo vero Titulo decrevimus, ut ille qui laboravit vineas aut terras in contentione positas, colligat fruges, et postea habeat judicium super radicem, et si victus fuerit laborator, reddat fruges domino hæreditatis.

CAP. IV.

Ut judices cum misericordia in judiciis se gerant.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 5.

Informamus, ut potestates et judices in plebe [1] oppressiones non faciant, et judicium cum misericordia [2] teneant, et temperent: munera et offertiones ante discussum judicium non accipiant; [3] post discussam autem veritatem de vera justitia et auctoritate legis partem accipiant, et partem dimittant. *Quæ sequuntur in cap.* 10. *de Malef. Astrolog. et Divinat.*

1 *Al.* oppressionem non faciant.
2 *Al.* teneant et obtemperent.
3 *Al.* post discussum autem de vera justitia.

CAP. V.

Ex Synodo Compostellana anno 1114. *cap.* 11.

De caussis pauperum.

Si quis potentum judicii caussam tractare adversus pauperem vel definire habuerit, similem [a] personam introducat, [4] quæ pro se caussam suam definiat, ne forte cujuspiam majestate [b] pauperis justitia suffocetur.

4 *Al.* quæ per se.

a Æque pauperem, procuratorem. b Auctoritate.

CAP. VI.

Ex Concilio Palentino anno 1129. *cap.* 3.

Principes terrarum sine justo judicio non expolient populum, qui sub eis est.

TIT. VIII.

DE HIS QUÆ AD POPULI REGIMEN SPECTANT.

CAP. I.

Ex Synodo Compostellana anno 1114. *cap.* 15.

De lupis exagitandis.

In unoquoque Sabbatho, excepto Paschæ, et Pentecostes [a], presbyteri, milites, rustici, cujusque negotii immunes [b], lupos exagitantes persequantur, et eis præcipitia, quod vulgus *Fogios* [c] vocat, præparent. Quæque etiam ecclesia septem [1] ferreas cannas [d] persolvat. Ad hoc negotium quisquis ire distulerit, si sit sacerdos, nisi infirmorum visitatione detineatur, vel miles, quinque solidos [e]; rusticus vero ovem, vel solidum persolvat.

1 *Al.* ferras cannas.

CAP. II.

Ex eadem, cap. 25.

De mensuris.

Omnes [2] alias tis, nisi ad mensuram illius petræ, quæ stat in campo Compostellæ, tam in hac civitate, quam extra, vendere, vel emere prohibemus. Et qui aliter egerit, excommunicatus [3] sexaginta solvat, donec resipiscat.

2 *Al.* alias ecclesias, nisi.

3 *Al.* sexaginta solidos solvat.

a Quippe quibus ad ecclesiam convenire deberent. *b* Nisi aliquo detineantur negotio. *c* Fossas; unde nostris: *Hoyos*. *d* Unaquæque ecclesia septem catenas ferreas tradat. *e* Solidus argenteus æquivalet tribus regalibus, undecim morapetinis, et sextæ parti alterius morapetini *vellon*; aureus vero quinquaginta regalibus.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

COL-

COLLECTIO MAXIMA
CONCILIORUM HISPANIÆ,
EPISTOLARUMQUE DECRETALIUM
CELEBRIORUM

A JOSEPHO CARDINALI DE AGUIRRE EDITA.

Nunc vero ad Juris Canonici Corporis exemplum, nova methodo digesta.

STATUS PRIMIGENIUS.

AMPLECTITUR CONCILIA USQUE AD GREGORII IX. COMPILATIONEM CELEBRATA.

PARS II.

QUÆ AD RES ATTINET.

LIBER I.
DE FIDE CATHOLICA.

TIT. I.
DE DEO UNO, ET CREATORE.

CAP. I.
Ex regula Fidei catholicæ Concilii Toletani I. canone 1.

Si quis autem dixerit aut crediderit, a Deo Omnipotenti mundum hunc factum non fuisse [a], atque ejus omnia instrumenta [b], anathema sit.

[a] Contra Priscillianistas, qui cum Manichæis duo constituentes principia, bonum et malum, ab hoc mundum fuisse efformatum, asserebant.
[b] Puta: *elementa*, quæ a malo principio edita fuisse, putabant Manichæi, et cum his Priscillianistæ.

CAP.

CAP. II.

Ex eadem, canone 8.

Si quis dixerit vel crediderit, alterum Deum esse priscæ legis, alterum evangeliorum [a], anathema sit.

CAP. III.

Ex eadem, canone 9.

Si quis dixerit vel crediderit, ab altero Deo mundum factum fuisse, et non ab eo, de quo scriptum est: *In principio fecit Deus cœlum et terram*, anathema sit. *Genes. 1. v. 1.*

CAP. IV.

Ex Epistola Leonis M. ad Turibium Asturicensem anno 447. cap. 5.

Adversus id quod ajunt, animam hominis ex Divina esse substantia.

1 Al. quinto autem.

1 Quinto capitulo refertur, quod animam hominis Divinæ asserant [b] esse substantiæ, nec a natura creatoris sui conditionis nostræ distare naturam. Quam impietatem ex Philosophorum [c] quorumdam, et Manichæorum [d] opinione manantem, catholica Fides damnat, sciens, nullam tam sublimem tamque præcipuam esse facturam, cui Deus ipse natura sit. Quod enim 2 de ipso est, idem est quod ipse. Nec id aliud est, quam Filius, et Spiritus Sanctus. Præter hanc autem summæ Trinitatis unam, consubstantialem, et sempiternam, atque incommutabilem deitatem nihil omnium creaturarum est, quod non in exordio sui ex nihilo creatum sit. Non autem quicquid inter creaturas eminet, Deus est; nec si quid magnum est atque mirabile, hoc est quod ille, *qui facit mirabilia magna solus.* Nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo justitia est; sed multi parti-

2 Al. de seipso est, id est, vel hoc est.

Psalm. 135. v. 4.

ci-

a Manichæi quippe opinati sunt, non Deum, sed principem tenebrarum per Moysen et Prophetas loquutum esse. *b* Priscillianistæ. Vide sis August. de *Hæresib.* num. 70. *c* Scilicet, Mercurii, Laertii, Plutarchi, Philonis, &c. *d* August. *ibid.* n.46.

cipes sunt veritatis, et sapientiæ, atque justitiæ. Solus autem Deus nullius participationis [1] indigus est. De quo quicquid digne utcumque sentitur, non qualitas est, sed essentia. Incommutabili enim nihil accedit, nihil deperit, quia esse illi quod est sempiternum, semper est proprium. Unde in se manens, innovat omnia, et [2] nihil accipit, quod ipse non dedit. Nimium igitur superbi, nimiumque sunt cœci, qui quum dicant, humanam animam Divinæ esse substantiæ, non intelligunt, nihil se aliud dicere, quàm Deum esse mutabilem, et ipsum perpeti, quicquid potest naturæ ejus inferri. *Idem vide in cap. 2. de Anima hominis.*

1 *Al.* dignus est.

2 *Al.* nihil accepit, quod ipse non dederit.

CAP. V.

Ex eadem, cap. 6.

Contra id quod ajunt, diabolum ex se, vel [3] ex chao esse, et propriam habere naturam.

3 Al. *vel eorum chaos esse.*

Sexta adnotatio indicat eos [a] dicere, quod diabolus numquam fuerit bonus, nec natura ejus opificium Dei sit, sed eum ex chao et tenebris emersisse, quia scilicet nullum sui habeat auctorem, [4] sed omnis mali ipse sit principium atque substantia; quum [5] Fides vera, quæ est catholica, omnium creaturarum sive spiritualium, sive corporalium bonam confiteatur substantiam, et mali nullam esse naturam, quia Deus, qui universitatis est conditor, nihil non bonum fecit. Unde et diabolus bonus esset, si in eo quod factus est, permaneret. Sed quia naturali excellentia male usus est, *et in veritate non stetit*, non in contrariam transiit substantiam, sed a summo bono, cui debuit adhærere, descivit; sicut ipsi qui talia asserunt, a veris in falsa proruunt, et naturam in eo arguunt, in quo sponte delinquunt, ac pro sua voluntaria perversitate damnantur. Quod utique in ipsis malum erit, et ipsum malum non erit substantia, sed pœna substantiæ.

4 *Al.* sed omnibus malis, *vel* omnibus ipse.

5 *Al.* Fides nostra, *vel* Fides ea.

Joan. 8. *v.* 44.

a Priscillianistas ex Manichæis, qui duo statuerunt principia, bonum, videlicet Deum, et malum, diabolum.

CAP.

CAP. VI.

Ex eadem, cap. 8.

Contra id, quod corpora humana diaboli dicunt esse figmenta, et a dæmonibus in utero formari.

1 *Al.* Octavum eorum.
2 *Al.* diaboli esse.
3 *Al.* opere dœmonum.
4 *Al.* quia concreatio.

1 Octavum ipsorum est, plasmationem humanorum corporum 2 diaboli dicere esse figmentum, et semina conceptionum 3 opera dœmonum in mulierum uteris figurari; propterea resurrectionem carnis non esse credendam, 4 quia concretio corporis non sit congruens animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est, et talia prodigia opinionum figmenta sunt dœmonum, qui non in feminarum ventribus formant homines, sed in hæreticorum cordibus tales fabricantur errores. Quod immundissimum virus de Manichææ impietatis specialiter fonte procedens, olim Fides catholica deprehendit, atque damnavit [a]. *Idem vide, in cap. 2. de Resurrect. mortuor.*

CAP. VII.

Ex eadem, cap. 9.

Contra id, quod filios repromissionis ex Spiritu Sancto dicunt esse conceptos.

5 *Al.* dicant esse.
6 *Al.* animæque substantia, *vel* subsistentia.

Nona autem annotatio manifestat, quod filios promissionis ex mulieribus quidem natos, sed ex Spiritu Sancto 5 dicunt esse conceptos, ne illa soboles, quæ de carnis semine nascitur, ad Dei conditionem pertinere videatur [b]. Quod catholicæ Fidei repugnans atque contrarium est, quæ omnem hominem in corporis 6 animæque substantiam a conditore universitatis formari atque animari intra materna viscera confitetur, manente quidem illo peccati mortalitatisque contagio, quod in prolem a primo parente transcurrit, sed regenerationis sacramento subveniente, quo per Spiritum Sanctum promissionis filii renascuntur, non in utero carnis, sed

a Damnavit utique Anastasius P. *ex Libro Pontific.* et in symbolo quoque concilii Nicæni damnatur, dum Deus Pater dicitur omnium conditor.
b Putarunt enim Priscillianistæ quod quæ de carnis semine prodeunt, a maligno principio, hoc est, diabolo, ortum habere.

sed in virtute baptismatis. Unde et David, qui utique erat promissionis filius, dicit ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me.* Et ad Hieremiam Dominus ait: *Priusquam te formarem in utero novi te, et in vulva matris tuæ sanctificavi te.* Idem vide in cap. 7. de Baptismo.

Psalm. 118. v. 73.

Jerem. 1. v. 5.

CAP. VIII.

Ex eadem, cap. 14.

Contra id, quod duodecim signa, quæ Mathematici observant, per [1] *corpus omnia distinguunt*; atque adeo duo statuunt creationis principia.

[1] Al. *corpus omne.*

Sub quarto decimo vero capitulo, de statu corporis sentire dicuntur, quod sub potestate siderum atque signorum pro terrena qualitate teneatur [a]; et ideo multa in sanctis libris, quæ ad exteriorem hominem pertineant, reperiri, ut in ipsis scripturis inter divinam [b] terrenamque [c] naturam quædam sibi repugnet adversitas [d], et aliud sit, quod sibi vindicent animæ præsules [e], aliud, quod corporis conditores. Quæ fabulæ ideo disseruntur, ut et anima divinæ affirmetur esse substantiæ, et caro credatur malæ esse naturæ; quoniam et ipsum mundum cum elementis suis non opus Dei boni, sed conditionem mali profitentur auctoris; atque ut hæc mendaciorum suorum sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia pene divina eloquia sensuum nefandorum [2] immissione violarunt [f]. *Idem in cap. 7. de Anima hominis.*

[2] *Al.* immixtione.

CAP. IX.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *can.* 5.

Si quis animas humanas, vel angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus, et Priscillianus dixerunt, anathema sit. *Eumdem vide in cap. 8. de Anima hominis.*

a Astruunt quippe Priscillianistæ, *fatalibus stellis homines colligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa cœli esse compositum; constituentes in capite arietem, taurum in cervice, geminos in humeris, cancrum in pectore, et ad plantas usque perveniunt, quas piscibus tribuunt.* Augustinus de *Hæresibus* num. 70. *b* Animam scilicet, quam Divinæ substantiæ esse opinantur. *c* Corpus videlicet. *d* Quædam notetur adversitas seu contradictio, ut putant Priscillianistæ, ut suum confirment errorem de agone, quod animæ de cœlo delapsæ ineunt cum principio malo. Vide sis Augustinum *ibid.* *e Hoc est*: principes, sive principia. *f* In suam sententiam per allegorias contorquent. August. *ibid.*

CAP. X.

Ex eodem, canone 7.

Si quis dicit, diabolum non fuisse prius bonum angelum a Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam ejus, sed dicit [1] eum ex chao et tenebris emersisse, nec aliquem sui habere auctorem, sed [2] ipsum esse principium atque substantiam mali, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

1 *Al.* eum ex tenebris.
2 *Al.* ipsum a principium, absque substantia mali.

CAP. XI.

Ex eodem, canone 8.

Si quis credit, [3] quia aliquantas in mundo creaturas diabolus fecerit, et tonitrua, et fulgura, et tempestates, et siccitates ipse diabolus sua [4] auctoritate faciat, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

3 *Al.* quod aliquantas immundas.
4 *Al.* auctoritate fecit.

CAP. XII.

Ex eodem, canone 12.

Si quis plasmationem humani corporis diaboli dicit esse figmentum, et conceptiones in uteris matrum operibus dicit dœmonum figurari, propter [5] quod et resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit. *Eumdem vide in cap. 3. de Resurrection. mortuorum.*

5 *Al.* quod resurrectionem.

CAP. XIII.

Ex eodem, canone 13.

Si quis dicit, creationem universæ carnis [6] non opificium Dei, sed malignorum esse angelorum, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

6 *Al.* non esse opificium Dei, sed malorum angelorum.

TIT.

TIT. II.

DE SUMMA TRINITATE.

CAP. I.

Ex regula Fidei catholicæ Concilii Toletani I. canone 2.

Si quis dixerit atque crediderit, Deum Patrem eumdem esse [1] Filium, atque Paracletum [a], anathema sit.

[1] *Al.* Filium, vel Paracletum.

CAP. II.

Ex eadem, canone 3.

Si quis dixerit vel [2] crediderit, Dei Filium eumdem esse Patrem, vel Paracletum, anathema sit.

[2] *Al.* crediderit Filium.

CAP. III.

Ex eadem, canone 4.

Si quis dixerit vel crediderit, [3] Paracletum vel Patrem esse vel Filium, anathema sit.

[3] *Al.* Paracletum esse.

CAP. IV.

Ex eadem, canone 14.

Si quis dixerit vel crediderit, esse aliquid, quod se extra Divinam Trinitatem possit extendere [b], anathema sit.

[a] Hæresis ex Noeto et Sabellio a Priscillianistis hausta. [b] Priscillianistæ commentum hoc ex Gnosticis et Valentinianis ebiberunt, qui excogitarunt, virtutes quasdam aliorum entium productrices, ex Dei mente processisse, quas *Conos* appellarunt.

CAP. V.

Ex Epistola Leonis Magni ad Turibium Asturicensem anno 447. cap. 1.

Contra Priscillianistas; qui Sanctam Trinitatem; non personis, sed tantum nominibus distinguunt.

Primo itaque capitulo demonstratur, quam impie sentiant de Trinitate Divina, qui et Patris, et Filii, et Spiritus Sancti unam atque eamdem asserunt esse Personam, tamquam idem Deus, nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus Sanctus nominetur, nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de [1] utroque processit, sed singularis unitas in tribus quidem vocabulis, [2] sed non tribus sit accipienda Personis. Quod blasfemiæ genus de Sabellii opinione sumserunt, cujus discipuli etiam Patripassiani merito nuncupantur; quia si ipse est Filius, qui et Pater, crux Filii Patris est passio, et quicquid in forma servi Filius Patri obediendo sustinuit, totum in se Pater ipse suscepit. Quod catholicæ Fidei sine ambiguitate contrarium est, [3] quæ Trinitatem sic *homousion* confitetur, ut Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum sine confusione indivisos, sine tempore sempiternos, sine differentia credat æquales, [4] quia unitatem in Trinitate, [5] non eadem Persona, sed eadem implet essentia.

1 *Al.* utroque procedit.
2 *Al.* et non.
3 *Al.* quæ Trinitatem Unitatis, *vel* Deitatis.
4 *Al.* quam unitatem.
5 *Al.* non ex eadem.

CAP. VI.

Ex eadem, cap. 2.

Adversus id, quod Dei Filium posteriorem credunt, quam Patrem.

In secundo capitulo ostenditur ineptum vanumque commentum de processionibus quarumdam virtutum ex Deo, quas habere cœperit, et quas [6] essentia sua ipse præcesserit: in quo Arianorum quoque suffragantur errori, dicentium quod Pater prior Filio sit, quia fuerit aliquando sine Filio, et tunc Pater esse cœperit, quando Filium genuerit; sed sicut illos catholica ecclesia detestatur, ita et istos, qui putant, umquam Deo id, quod ejusdem est essentiæ, defuisse. Quem sicut mutabilem, ita et proficientem dicere ne-

6 *Al.* essentia sui.

nefas est; quam enim mutatur, quod minuitur, tam mutatur etiam quod augetur [a].

CAP. VII.

Ut Spiritus Sanctus credatur esse persona distincta a Filio.

Ex Epistola VIGILII PAPÆ *ad* [1] *Profuturum Episcopum Bracharensem anno* 538. *cap.* 2.

1 Al. *perperam*: Eutherum.

De baptismo quoque sollemniter adimplendo similiter quid apostolica vel sanxerit vel observet auctoritas, in subjectis tua caritas evidenter agnoscet. Illud autem novelli esse judicamus erroris, quod quum in fine psalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur: *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto*, aliqui, sicut indicas, subducta una syllaba conjunctivâ, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitati, dicendo: *Gloria Patri, et Filio, Spiritui Sancto.* Quamvis ergo ipsa nos ratio evidenter edoceat, quia subducta una syllaba, Personam Filii, et Spiritus Sancti unam quodammodo esse designent, tamen ad errorem talium convincendum sufficit, quod Dominus Jesus Christus designans, in invocatione Trinitatis credentium debere baptisma celebrari, dixit: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* Ergo quum non dixerit: *In nomine Patris, et Filii, Spiritus Sancti*, sed æqualibus distinctionibus Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum jusserit nominari, constat, illos omnino a doctrina Dominica deviare, qui aliquid huic voluerint confessioni derogare. Qui, si in errore permanserint [b], socii nobis esse non possunt. *Idem vide in cap. 9. de Sacr. Baptis. et cap. 4. de Missæ et Offic.*

Matth. 28. v. 19.

CAP. VIII.

Ex eadem, cap. 6.

Si quis episcopus, aut presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus

a Mutari enim non minus dicitur de illo, quod augetur, quam de illo quod minuitur.
b Videntur ergo hujus ritus sectatores ex hæreticis esse, qui negarent, aliam esse Spiritus Sancti ac Filii personam.

tus Sancti, sed in una Persona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus Patribus, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis; projiciatur de ecclesia Dei. *Idem vide in cap. 10. de Sacr. Bapt.*

CAP. IX.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. can. 1.

Si quis Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum non confiteatur tres Personas unius substantiæ, et virtutis, ac potestatis, sicut catholica et apostolica ecclesia docet, sed unam [1] tantum dicit, et solitariam esse Personam, ita ut [2] ipse Pater, qui Filius, ipse etiam sit Paracletus Spiritus, sicut Sabellius et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

1 *Al.* tantum ac solitariam dicit esse.
2 *Al.* ipse sit Pater.

CAP. X.

Ex eodem, cap. 2.

Si quis extra Sanctam Trinitatem alia, nescio quæ Divinitatis nomina introducit, dicens, [3] quod in ipsa Divinitate sit Trinitas Trinitatis, sicut Gnostici [4] et Priscilliani dixerunt, anathema sit.

3 *Al.* quod ipsa Divinitas sit Trinitas, sicut.
4 *Al.* et Priscillianus.

CAP. XI.

Propugnatur tamquam vera et catholica hæc propositio: *VOLUNTAS GENUIT VOLUNTATEM, SICUT ET SAPIENTIA SAPIENTIAM.*

In Concilio Toletano XV. anno 688.

[a] Post hujus igitur piæ confessionis prolatam devotis vocibus regulam [b] ad illa nos illico convertimus contuenda capitula, pro quibus muniendis ante hoc biennium

a Caussa hujus efformandi discursus hæc est: Quum Leo II. Ervigio Hispaniarum Regi per Legatum miserit Acta sextæ Synodi Generalis anni 680, ut ea ab Hispaniarum Ecclesiis Synodali convocatione amplecterentur, uti refertur in *cap. 32. et 33. de Exord. et epil. Concil.* et Synodus tunc haberi minime potuisset in Toletana urbe, ex caussis *cap. 16. de Confirmat. Concil.* recensitis, Julianus tamen Toletanus Epistolam scripsit Romano Pontifici *Responsionis* nomine, qua de Hispanorum fide constaret, quam, quia non omnino probata esset Benedicto II. Leonis successori, eam vindicare conatur in hac Syn. Tolet. XV.

b Post expositum Fidei symbolum, quod extat in cap. 10. *de Fidei Catholic. symb.*

nium [a] beatæ memoriæ Romanus Papa Benedictus nos literarum suarum significatione monuerat. Quæ tamen non in scriptis suis annotare curavit, sed homini nostro [b] verbo renotanda injunxit, ad quod illi jam eodem anno sufficienter congrueque responsum est. Nos tamen nunc eamdem renotationem hominis nostri studiosius relegentes, invenimus, quod in libro illo Responsionis Fidei nostræ, quem per Petrum Regionarium [c] Romanæ Ecclesiæ miseramus, id primum capitulum jam dicto Papæ incaute visum fuisset a nobis positum, ubi nos secundum Divinam [1] essentiam diximus: *Voluntas genuit voluntatem, sicut et sapientia sapientiam;* quod vir ille incuriosa lectionis transcursione præteriens, existimavit, hæc ipsa nomina, id est, relativum, aut secundum comparationem humanæ mentis nos posuisse. [2] Et ideo ipsa renotatione sua ita nos admonere jussus est, dicens: Naturali ordine cognoscimus, quia Verbum ex mente originem ducit, sicut ratio et voluntas; et converti non possunt, ut dicatur, quia sicut Verbum, et voluntas de mente procedit, ita et mens de Verbo aut voluntate. Et ex ista comparatione visum est Romano Pontifici, voluntatem ex voluntate non posse dici. Nos autem non secundum hanc comparationem humanæ mentis, nec secundum relativum, sed secundum essentiam diximus: *Voluntas ex voluntate, sicut et sapientia ex sapientia*; hoc enim ex Deo esse quod velle, hoc velle quod sapere; quod tamen de homine dici non potest. Aliud quippe est in homine, id quod est sine velle, et aliud velle etiam sine sapere. In Deo autem non est ita, quia simplex ita natura est; et ideo hoc est illi esse quod velle, quod sapere. Quapropter qui potest capere, voluntatem ex voluntate secundum essentiam nos dixisse, non de hujusmodi laborabit proposita quæstione; quod etiam in jam dicto Responsionis et Fidei nostræ opusculo solicite legentibus et intelligentibus claret. Ubi et apposita illic beati Athanasii sententia id ipsum

1 *Al.* existentiam dicimus.

2 *Al.* Et ideo in ipsa.

a Benedictus II. e vivis excessit 7. Maii an. 685. et concilium istud celebratum est 11. Maii an. 688. hoc igitur intervallum temporis quod intercedere potuit inter Pontificis monitum, et Synodi celebrationem, biennium dicitur large sumtum; vel vir ille qui a Benedicto P. antequam e vita migraret, literas accepit, nonnisi anno sequenti 686. in Hispanias advenit; vel potius Julianus an. 687. hanc efformaverat Apologiam, quæ dein in hoc concilio recitata fuit. *b* Viro nempe, quem Julianus Romam miserat cum epistola *Responsionis* una cum Petro Regionario, qui quidem ille fortassis erat, per quem missa sunt a Pontifice Romano Concilii Acta. *c* Romanæ Ecclesiæ Regionarii in Notariorum et Subdiaconorum cœtu constituti, mittebantur nonnumquam ad dissitas Regiones, ideo dicti sunt fortassis Regionarii. Epistola, quæ missa dicitur ab eodem Benedicto ad *Petrum Notarium Regionarium*, inter apocryphas computatur.

ipsum nos debere sentire pronuntiat, dicens: *Hanc de Deo religiosæ opinationis sententiam retinemus, ut non aliud ejus voluntatem, aliud credamus esse naturam.* Si enim secundum quod hic Doctor dicit, id debemus sentire, ut non aliud Dei voluntatem, aliud credamus ejus esse naturam; hoc ergo est ejus voluntas, quod et natura; hoc natura, quod substantia vel essentia.

Filius igitur Dei de essentia Patris natus est, essentia de essentia, sicut natura de natura, et substantia de substantia: et tamen nec duæ essentiæ, nec duæ naturæ, nec duæ substantiæ possunt dici, sed una essentia, natura, atque substantia; sicut et lumen de lumine, non duo lumina, sed unum lumen; sicut essentia de essentia, non duæ essentiæ, sed una essentia, sicut natura de natura, non duæ naturæ, sed una natura; sic et voluntas de voluntate, non duæ voluntates, sed una voluntas; quia non est aliud Dei voluntas, aliud ejus natura, quod jam superius Athanasio Doctore firmatum est. Ac proinde quicquid de Deo secundum essentiam dicitur communiter, in singulis Personis convenire videtur, sicut sapientia, et fortitudo, vel cetera; quia et Pater sapientia, et Filius sapientia potest dici. Fortitudo quoque et Pater potest, et Filius appellari. Quod secundum illam comparationem humanæ mentis nullo modo potest dici, quia verbi gratia, mens si in Persona Patris ponatur, Verbum [1] jam ex mente prodiens Filius intelligitur, et voluntas procedens ex mente et verbo, Spiritus significatur. Nec tamen recurrit, ut possit dici, ut aut mens quæ in significatione Patris est posita, Filio vel Spiritui Sancto conveniat, aut Verbum quod solum Filius intelligitur, Patri vel Spiritui Sancto comparetur; aut voluntas quæ in Persona Spiritus Sancti accipitur, aut Patris, aut Filii Personæ convenire dicatur; sed sic singula singulis secundum comparationem humanæ mentis conveniunt, ut unumquodque, quod ex eis unus dicitur alius penitus non dicatur; sicut et relativo vocabulo Pater nominatus, non est ipse qui Filius, vel Filius quum dicitur, non est ipse qui Spiritus Sanctus; nec Spiritus Sanctus ipse est qui Pater aut Filius. Ac per hoc illa nomina, quæ comparative ex homine assumuntur; ideo secundum comparationem humanæ mentis dicuntur, ut quoquo modo ad contuendum illud Divinæ Trinitatis ineffabile Sacramentum humana infirmitas excitetur.

[1] *Al.* quasi ex mente.

Secundum hanc igitur comparationem putati sumus dixisse: *Voluntas ex voluntate*, quod utique dici vel sentiri ab-

absurdissimum est. Ac proinde longe alia est regula, quæ de Deo aliquid secundum essentiam dicitur, aliud quum secundum comparationem humanæ mentis aliquid de illo pronunciatur. Nos proinde consentientes, et sequentes Doctoris egregii Augustini sententiam, diximus secundum Divinæ Trinitatis essentiam: *Voluntas de voluntate*, sicut et ipse in quintodecimo libro Trinitatis Dei pronunciat, ita dicens: *Melius, quantum existimo, dicitur consilium de consilio, et voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia.* Hic jam quisquis sapiens manifeste intelligit, non nos hic errasse, sed illos forsitan incuriosæ lectionis intuitu fefellisse; quia quod a nobis est secundum essentiam dictum, illi secundum comparationem humanæ mentis positum putaverunt. *Quæ sequuntur, in cap. 15. de Incarnat. Verbi.*

Cap. 20. Vide Magist. Sent. lib. 1. dist. 5. n. 6.

TIT. III.

DE INCARNATIONE VERBI DEI.

CAP. I.

Ex regula Fidei Catholicæ Concilio Toletano I. anno 400. canone 5.

SI QUIS dixerit vel crediderit, carnem tantum sine anima a Filio Dei fuisse susceptam [a], anathema sit.

CAP. II.

Ex eadem, canone 6.

Si quis dixerit vel crediderit, Christum innascibilem esse [b], anathema sit.

CAP. III.

Ex eadem, canone 7.

Si quis dixerit vel crediderit, Deitatem [1] Christi convertibilem esse vel passibilem [c], anathema sit.

1 *Al.* Christi nascibilem esse, anathema sit.

a Error a Priscillianistis de Eunomianis desumtus. *b* Eorumdem error e Manichæis receptus. Vide August. contra *Faustum* lib. 2. *c* Hujus hæresis meminit Augustinus de *Hæresibus* cap. 75.

CAP. IV.

Ex eadem, *canone* 13.

Si quis dixerit vel crediderit, Deitatis et carnis unam esse in Christo naturam [a], anathema sit.

CAP. V.

Leo Magnus in Epistola ad Turibium Asturicensem anno 447. *cap.* 3.

Adversus id quod dicunt, ideo Unigenitum dici Christum, quia solus de Virgine natus.

Tertii vero capituli sermo designat, quod iidem impii asserant, ideo Unigenitum dici Filium Dei, quia solus sit natus ex Virgine. Quod utique non auderent dicere, nisi Pauli Samosateni, et Photini virus hausissent, qui [1] dixerunt, Dominum nostrum Jesum Christum, antequam nasceretur ex Virgine Maria, non fuisse. Si autem isti aliud de suo sensu intelligi volunt, [2] neque principium de Matre dant Christo, asserant necesse est, non unum esse Filium Dei, sed alios quoque ex summo [3] Patre progenitos, quorum hic unus sit natus ex femina, [4] et ob hoc appelletur Unigenitus, quia hanc nascendi conditionem alius Filiorum Dei nemo susceperit. Quaquaversum igitur se contulerint, in magnæ tendunt impietatis abruptum, si Christum Dominum vel ex Matre volunt habere principium, vel Patris Dei Unigenitum diffitentur, quum et de Matre is natus sit, qui erat Deus Verbum, et de Patre nemo sit genitus præter Verbum.

1 *Al.* dixere.

2 *Al.* ne principium de Matre dent.

3 *Al.* Patre genitos.

4 *Al.* et hic ob hoc.

CAP. VI.

Ex eadem, *cap.* 4.

De Natali [5] *Domini, quod in eo Priscillianistæ jejunia celebrent*, quia non credunt, Verbum Dei veram hominis naturam assumsisse.

5 Al. *Domini in eo quod Priscillianistæ.*

Quarto autem capitulo continetur, quod Natalem Christi, quem

a Photini et Apollinaris error, quem Priscillianistæ adoptarunt.

quem secundum susceptionem veri hominis catholica ecclesia veneratur, quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, non vere isti honorent, sed honorare se simulent, jejunantes eodem die, sicut et die Dominico[a] qui est dies Resurrectionis Christi. Quod utique ideo faciunt, quia Christum Dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quamdam illusionem [1] ostentata videri volunt, quæ vera non fuerint, sequentes dogmata Cerdonis atque Marcionis, et cognatis suis Manichæis per [2] omnia concordantes. Qui, sicut in nostro examine detecti atque convicti sunt, Dominicum diem, quem nobis Salvatoris nostri resurrectio consecravit, exigunt in mœrore jejunii, [3] solis [b], ut proditum est, reverentiæ hanc continentiam devoventes, ut per omnia sint a nostræ Fidei unitate discordes; et dies, qui a nobis in lætitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Unde dignum est, ut inimici crucis Christi et Resurrectionis [4] talem excipiant sententiam, qualem elegerunt doctrinam. *Idem vide in cap. 5. de Festis dieb. et cap. 4. de Jejuniis.*

Joan. 1. v. 14.

1 Al. ostentatam videri volunt, quia vera non fuerit, sequentes dogma.
2 Al. omnia consonantes.
3 Al. soli, ut proditum.
4 Al. talem accipiant qualem elegere.

CAP. VII.

Caro Christi vere mortua, vere sepulta, minime corrupta, et vere tertia die resuscitata est.

Ex eadem epistola, cap. 17.

In eo vero, [5] quod extrema familiaris epistolæ tuæ parte posuisti, [6] miror cujusdam catholici intelligentiam laborare, tamquam incertum sit, an descendente ad inferna Christo, caro ejus requieverit in sepulcro, quæ sicut vere mortua est et sepulta, ita vere est [7] die tertio resuscitata. Hoc enim et ipse Dominus denuntiaverat, dicens ad Judæos: *Solvite Templum hoc, et in [8] triduo suscitabo illud.* Ubi Evangelista subjungit: *Hoc autem dicebat de Templo corporis sui.* Cujus rei veritatem etiam David Propheta prædixerat, loquens sub persona Domini Salvatoris, et dicens: *Insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Quibus utique verbis manifestum est, quod [9] caro Domini et vere sepulta requievit, et corruptionem non

Nn 2

5 Al. quod in extrema.
6 Al. miror cujusquam.
7 Al. die tertia.
Joan. 2. v. 19.
Ibid. v. 21.
8 Al. triduo resuscitabo.
Psalm. 15. v. 9.
9 Al. caro Christi et in sepulcro requievit.

a Falso ducti, ut ajunt, exemplo Apostolorum. Act. 20. 7. August. ad Casulanum de Jejun. Sabbati. b Uti Manichæi, qui solem quaquaversum circumiret, instantes adorabant. August. de Hæresibus cap. 46. et Cont. Faustum cap. 11.

non subiit, quia celeriter vivificata reddita animæ resurrexit [a]; quod non credere satis impium est, et ad Manichæi Priscillianique doctrinam pertinere non dubium est, qui sacrilego sensu ita se Christum simulant confiteri, ut Incarnationis, et mortis, et resurrectionis auferant veritatem. *Quæ sequuntur in cap. 1. de Convocat. Concil. habetur.*

CAP. VIII.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. can. 3.

1 *Al.* Si quis dicit.

1 Si quis Filium Dei Dominum nostrum, antequam ex Virgine nasceretur, non fuisse, sicut Paulus Samosatenus, et Photinus, et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

CAP. IX.

Ex eodem, canone 4.

2 *Al.* Natale Christi.

3 *Al.* vera natura.

4 *Al.* Priscilliani dixerunt.

Si quis 2 Natalem Christi secundum carnem non bene honorat, sed honorare se simulat, jejunans in eodem die, et in Dominico, quia Christum in 3 vera hominis natura natum esse non credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus, et 4 Priscillianus, anathema sit. *Eumdem vide in cap. 7. de Jejuniis.*

CAP. X.

Ex Concilio Hispalensi II. anno 619. can. 13.

De duabus in Christo naturis, et una persona.

5 *Al.* Tertia decima prosecutione.

6 *Al.* in una persona.

7 *Al.* ignorantiæ vel sententiæ errore.

5 Tertia decima, id est, ultima prosecutione breviter narrandum putavimus ad refutationem eorumdem hæreticorum [b], qui duas naturas Christi post unionem delirantes confundunt, et passibilem in eo Divinitatis substantiam asserunt, contra quorum blasphemias oportet nos 6 in unam personam Christi geminæ naturæ proprietatem ostendere, passionemque ejus in sola humanitatis susceptione manifestare, ut si forte aliqui stultorum hujus 7 inscitiæ errore decepti sunt, dum ista legerint, resipiscant, rectæque Fidei ve-

[a] Doctrina S. Augustini *Serm.* 193. *et* 5. *de Feria* 4. *Pent. de Miss. Spir. S.*
[b] Acephalorum scilicet, qui ex Eutychetis secta prodierunt, sic vocati, quia neque cum suo conveniebant Episcopo.

veritatem [1] firmiter teneant. Nam proculdubio [2] multi sunt stultorum qui secundum Apostoli vocem, *prurientes auribus, a veritate auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur*. Ergo sicut immaculata Fides, et Sancta Dei Ecclesia docet, confitemur Dominum nostrum Jesum Christum intemporaliter ex Patre [3] Deo natum, temporaliter ex utero gloriosæ Virginis Mariæ hominem editum, et ob hoc in una [4] subsistente persona duas naturas habentem, Deitatis, qua ante sæcula genitus est; [5] humanitatis in qua diebus ultimis editus est: in illa secundum formam Dei, in ista secundum formam servi consistens, in illa Patri manens æqualis; in ista sine peccato similis nostræ [6] conditionis, in illa invisibilis, in ista visibilis, in illa inviolabilis, in ista passibilis, in illa ex qua mori non potuit, in ista in qua mortem suscepit.

Cujus geminæ naturæ distinctio primum ex literis legis, deinde ex propheticis, et evangelicis, atque apostolicis depromenda est paginis, ut ea, quæ asserimus, non argumentis, sed exemplis scripturarum firmemus. Lex in una, eademque Salvatoris nostri persona sic demostrat utramque naturam; Divinam, loquente Domino ad Moysem: [7] *Ecce mitto Angelum meum, qui* [8] *præcedat te, et custodiat te in via, et introducat ad locum, quem* [9] *præparavi; observa eum, et audi vocem ejus, quia est nomen meum in illo*; humanam, loquente eodem Domino ad Abraham: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*, id est, in carne Christi, quæ de Abrahæ stirpe descendit. [10] Propheta in Psalmis sub [11] una eademque persona, sic ostendit utramque naturam; Divinam secundum illud: *Ex utero ante luciferum genui te*; humanam, secundum hoc: *Et* [12] *Homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus*; Divinam, secundum illud: *Eructavit cor meum Verbum bonum*; humanam, secundum hoc: *Speciosus forma præ filiis hominum.*

Prophetia in Proverbiis in una, eademque Christi persona sic declarat utramque naturam; Divinam, secundum illud: *Ante colles genuit me*; humanam, secundum hoc: *Dominus creavit me in initio viarum suarum*; Divinam, secundum illud: *Necdum erant abyssi, et ego* [13] *jam concepta eram:* humanam, secundum hoc: *Sapientia ædificavit sibi domum*, corporis utique sui Templum, in quo Filius Dei inhabitaret, dum [14] *Verbum caro factum est*. Prophetia in Esaia sub una eademque Christi persona sic demon-

1 *Al.* similiter teneant.
2 *Al.* multi sunt, qui.
2. *Timoth.* 4. *v.* 3.
3 *Al.* Deum natum.
4 *Al.* existente Persona.
5 *Al.* et humanitatis.
6 *Al.* conditioni; in illa inviolabilis. *Cetera desunt. Vel*: visibilis, inviolabilis in ista, passibilis in illa, ex qua.
Exod. 23. *v.* 20.
7 *Al.* *Ecce*, inquit.
8 Al. *præcedat te, observa.*
9 Al. deest tantum; *præparavi.*
Genes. 22. *v.* 18.
10 *Al.* Prophetia in Psalmis.
11 *Al.* eademque Christi persona.
Psalm. 109. *v.* 3.
Psalm. 86. *v.* 5.
12 Al. *Homo natus est.*
Psalm. 44. *v.* 1.
Ibid. v. 3.
Prov. 8. *v.* 25.
Ibid. v. 22.
Ibid. v. 24.
13 Al. *jam conceptus eram.*
Proverb. 9. *v.* 1.
Joan. 1. *v.* 14.
14 Al. *Verbum est caro.*

monstrat utramque [1] Naturam, Deitatis, secundum illud: *Numquid qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus*? [2] humanitatis secundum hoc: *Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet Filium*; [3] Divinitatis, secundum illud: *Rorate Cœli desuper, et nubes pluant justum*; [4] humanitatis, secundum hoc: *Aperiatur terra, et germinet Salvatorem, et justitia oriatur simul.* [5] Item alibi, humanitatis, secundum hoc: *Parvulus natus est nobis*, Divinitatis, secundum illud: *Filius datus est nobis*; parvulus [6] enim Christus ad susceptæ humanitatis naturam pertinet, quia [7] homo est, Filius autem datus, [8] ad Divinitatis, quia Dei Filius. Et ut ostenderet, in utraque natura unam esse personam [9] parvuli nati, et Filii dati, adjecit: *Vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus, Deus fortis, Pater futuri sæculi.*

In Evangelio quoque, in uno eodemque Christo, Divinæ naturæ [10] significatio: *Ego et Pater unum sumus*; humanæ naturæ insinuatio: *Pater major me est.* Divinæ naturæ significatio: *Ego sum via, veritas, et vita*: humanæ naturæ insinuatio: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Divinæ naturæ significatio: *Omnia per ipsum facta sunt*; humanæ naturæ insinuatio: *Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit* [11] *me.*

Paulus quoque Apostolus in uno, eodemque Christo naturam Divinitatis exprimit, [12] dum dicit: *Primogenitus* [13] *omni creaturæ, ipse est ante omnes, et omnia in illo constant.* [14] Naturam humanitatis declarat, [15] dum dicit: *Ipse est caput corporis ecclesiæ.* Et alibi: *Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*; per hoc enim [16] quod dixit: *Qui quum in forma Dei esset*, naturam in eo Divinæ majestatis ostendit; per hoc autem quod adjecit: *Formam* [17] *servi accipiens*, [18] naturam in eo humanæ humilitatis significavit. Et iterum inquit: [19] *Quum esset dives, pauper factus est, ut illius inopia* [20] *nos divites essemus*; ubi enim dixit: *Quum esset dives*, Divinæ naturæ gloria panditur; et ubi adjecit; *Pauper factus est*, humanæ infirmitatis [21] susceptio demonstratur.

Item in ipso initio Apostolici Symboli [22] geminæ sic ostenditur in uno eodemque Christo naturæ distinctio, Deitatis ex Patre, dum dicit: [23] *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, [24] *et in Jesum Christum Filium ejus* [25] *unicum, Dominum nostrum*; humanitatis ex Matre, [26] dum dicit: *Natum*

1 *Al.* Naturam Divinam.
Isaiæ 66. *v.* 9.
2 *Al.* Humanam, secundum.
Isaiæ 7. *v.* 14.
3 *Al.* Divinam, secundum.
Isaiæ 45. *v.* 8.
4 *Al.* Humanam, secundum.
5 *Al. deest*: Item alibi.
Isaiæ 9. *v.* 6.
6 *Al.* enim natus ad susceptæ.
7 *Al.* homo est factus, Filius.
8 *Al.* ad Divinitatem, quia.
9 *Al.* per Parvulum natum, et Filium datum.
Ibid.
10 *Al.* significatio est.
Joan. 10. *v.* 30.
Joan. 14. *v.* 18.
Joan. 14. *v.* 6.
Matth. 26. *v.* 38.
Joan. 1. *v.* 3.
Joan. 6. *v.* 38.
11 Al. *Me Patris.*
12 *Al.* cum dicit.
Coloss. 1. *v.* 15.
13 Al. *omnis creaturæ.*
14 *Al. deest*: Naturam.
15 *Al.* cum dicit.
Ibid. v. 24.
Vel Ephes. 1. *v.* 22.
Philip. 2. *v.* 6.
16 *Al.* quod dicit.
17 Al. *servi accepit.*
18 *Al.* Naturam humanitatis significat.
19 Al. *Quum esset, inquit.*
20 Al. *vos divites essetis.*
2. *Corinth.* 8. *v.* 9.
21 *Al.* subjectio demonstratur, atque servilis habitus assumtio.
22 *Al.* geminæ *vel* gemina sic ostenditur in una eademque Christi persona distinctio.
23 Al. *Credo in unum Deum.*
24 Al. *et in Christum Jesum.*
25 *Al. unicum, Deum, et hominem nostrum.*
26 *Al.* dum adjecit.

tum de Spiritu Sancto ex utero Mariæ Virginis. Ecce ex utroque Testamento duæ naturæ in Christo, Divinitatis una, altera humanitatis. Quæ quidem gemina unam fecit personam, quia unus idemque mediator Dei et hominum, [1] homo Christus Jesus. Jam vero de passione ejusdem Salvatoris nostri, et Domini Jesu Christi, quam in sola humanitate, non in Deitate sustinuit, sicut superius legis, et prophetarum auctoritas, evangeliorum quoque, et apostolorum prædicatio adhibenda est. Lex de passione corporis Christi sic dicit: *Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum.* Quid hic pallium, quid stola, nisi caro Christi, passionis sanguine decorata? Hæc enim sola contumelias crucis sustinuit, Divinæ vero naturæ majestas nihil injuriæ sensit.

1 *Al.* et homo Christus.

Genes. 49. *v.* 11.

[2] Prophetia quoque in Psalmis passionem Christi in carne sola sic asserit: *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea*: ubi non Deitatis, sed tantum crucifixi corporis injuria intelligitur; [3] ibi enim in membrorum significatione sola caro clavis suspensa in ligno, [4] atque suffixa pronunciatur. [5] Sicut, et apud Hieremiam legitur, *Venite, mittamus lignum* [6] *in pane ejus*, id est, crucem in corpore ejus; neque enim Divinitas ligno suspendi potuit, [7] sed sola utique humanitas cruce suffixa pependit. Cujus etiam caro tolerantiam [8] mortis passa sic ostenditur alibi, [9] dum dicit: *Caro mea requiescit in spe;* utique quia sola in Christo carnis materia mortis fragilitate defuncta, spem resurrectionis suæ [10] expectabat etiam sine corruptione receptura, dum dicit: *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

2 *Al.* Propheta quoque.

Psalm. 21. *v.* 17.

3 *Al.* ibi enim membrorum.

4 *Al.* atque fixa.

5 *Al.* Sicut et in Hieremia.

Hier. 11. *v.* 19.

6 Al. *in panem ejus.*

7 *Al.* sed sola humanitas.

8 *Al.* mortis perpessa.

9 *Al.* dum dicitur: *Caro mea requiescet.*

Psalm. 15. *v.* 9.

10 *Al.* expectabat et sine corruptione recepturam.

Ibid. v. 10.

Salomon autem in Canticis Canticorum passionem carnis [11] Christi prædicat, dicens: *Manus meæ*, inquit, *destillaverunt myrrham*, [12] *digiti mei guttam*, ubi specialiter ostenditur, in manibus, ac digitis solam carnem [13] Christi suffixam stipite; sicut in Psalmo 118. legitur: *Configе clavis timoris tui carnes meas.* Esaias autem Christum in sola humanitate, quæ apparuit, passionis injuriam suscepisse, ita prædixit: *Homo*, inquit, *in* [14] *plaga, et sciens ferre infirmitates. Vere* [15] *languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit.* Quis ipse, nisi utique homo? nam pati et deficere in illo natura Dei non potuit; sed homo portavit in eo passionem et mortem, in quo et ipsa mors habet conditionem.

11 *Al.* Christi sic prædicans, dicit:

Cap. 5. *v.* 5.

12 *Al.* et digiti.

13 *Al.* Christi fixam.

V. 120.

Cap. 53. *v.* 3.

14 Al. *plaga existens et sciens.*

15 Al. *langores nostros ipse portavit.*

Nam [16] et quum de eo ipse Propheta dixisset: *Quis iste,*

16 *Al.* et quum eumdem dicit, venire de Edom tinctis vestibus de Bosra, adjecit: *Quis iste.*

Cap. 63. *v.* 1.

iste, *qui venit de Edon*, *tinctis vestibus de Bosra*? Et adjecit: *Quare rubrum est vestimentum*[1] *tuum*, *tamquam calcantium in torculari*? Quid hic per indumentum et vestimentum rubrum voluit ostendere, nisi solam carnis Christi passionem, crucis infectam cruore? Unde[2] et ipsa passione chlamyde coccinea Christus induitur, ut imago sanguinis in carne tantum[3] demonstraretur. Esaias quoque corpus solum obtulisse Christum[4] passioni, sic loquitur: *Non sum*, inquit, *contumax*, *neque contradico*, *corpus meum dedi percutientibus*. Non dixit Divinitatem, quæ passionem nescit perferre. Et iterum: *Posui scapulas meas ad*[5] *flagella*, *et maxillas ad palmas*; quod et ipsum ad carnis patientiam, non ad Deitatis refertur injuriam. Et Zacharias: *Videbunt*, inquit,[6] *quem confixerunt*; quem alium, nisi indubitanter hominem, quem Judæi crucifixerunt, et in carne judicantem videbunt? Ecce pronunciata est passio corporis Christi ex lege et prophetis.[7]

Transeamus inde ad evangelia, ibi quæramus, Christum Filium Dei in sola carne portasse valetudines passionis et injuriam crucis, loquente ipso discipulis: *Ecce ascendimus Hierosolymam*, *et consummabuntur omnia*, *quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis*; *tradetur enim gentibus*, *et illudetur*, *et flagellabitur*, *et conspuetur*, *et postquam flagellaverint*, *occident eum*, *et die tertia resurget*. Quod totum in Christo secundum hominem dictum, non ad substantiam Deitatis, sed ad naturam pertinet carnis. Quod etiam in sequentibus docetur, Judæis dicentibus Christo: *Quod signum ostendis nobis*, *quia hæc facis*? Et dixit Jesus: *Solvite hoc templum*, *et post triduum suscitabo illud*; *hoc autem dixit de templo corporis sui*. Nam et in passione sua, dum corripiens proditorem, diceret: *Juda*, *osculo Filium hominis tradis*?[8] quem interrogat, tradere proditorem, nisi hominem? Et comprehenderunt, non Deitatem quam cœcati[9] perfidia nec agnoscere potuerunt. Beatus autem Apostolus Paulus, Christum in homine solo pertulisse crucem, sic asserit: *Ut homo*, inquit, *humiliavit semetipsum*, *factus obediens usque ad mortem*, *mortem autem Crucis*; qui proinde dixit, *ut homo*, ut nuncupatione hominis, distinctio naturæ insinuaretur passibilis; quod confirmans alias, ait: *An experimentum quæritis ejus*, *qui in me*[10] *loquitur*? *Christus non infirmatur*, *sed potens est in vobis*, *nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra*, *sed vivit ex virtute Dei*.[11] Passus ergo Christus, et mortuus, sed ex nostra infirmitate; vivit

1 Al. *tuum et indumentum tuum.*

2 *Al.* et in ipsa.

3 *Al.* demonstretur.

Cap. 50. *v.* 5.

4 *Al.* in passione.

5 Al. *flagella*, *maxillas.*

Zach. 12. *v.* 2.

6 Al. *in quem.*

7 *Al. progreditur post*: Prophetis; cujus quidem Fidei veritas est tam efficax, ut eam nec tyranni sua potuerint crudelitate confundere, nec hæreticorum subdola circumventione pessumdare, nec hypocritarum diminuere fallax simulatio.

Matth. 20. *v.* 18.

Joan. 2. *v.* 18.

Lucæ 22. *v.* 48.

8 *Al.* quem significat tradere proditorem, nisi hominem, quem et comprehenderunt.

9 *Al.* perfidia agnoscere non.

Philip. 2. *v.* 8.

2. *Cor.* 13. *v.* 3.

10 Al. *loquitur Christus? qui in vobis non infirmatur*, *sed potens est verbum ejus in vos*, *nam et si.*

11 *Al.* Passus est ergo.

vit autem impassibilis et immortalis, sed ex sua virtute, quæ tanta est, ut in se nec passionem recipiat, nec mortem admittat.

Petrus [1] quoque Apostolorum Princeps, crucis Christi supplicium sic prædicat, in solo corpore consummatum: *Qui peccata, inquit, nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, [2] justitiæ viveremus, cujus livore sanati sumus.* Et paulo post: *Christo igitur passo in carne.* Ergo si Christus in carne est passus, non est secundum Deum, sed secundum hominem [3] crucifixus. Ecce perpatuit de Filio Dei, quod passus est, quod mortuus est, corporis hoc tantum fuisse, non Deitatis. [4] Aliena sunt ista a Deo, testante Propheta de illo: *Deus sempiternus, Dominus creans fines terræ, non laborabit, neque deficiet.* [5] Et Psalmus: *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.* Omnes enim in Christo infirmitates humanitas sola portavit; caro enim habuit vagitus infantiæ, non Divinitas; caro est pannis involuta, non Deitas; caro habuit alimenta, caro portavit ætatum commercia; nam et quod fatigatus est, quod esuriit, quod dormivit, quod flevit, quod passioni proximus tristis fuit, quod postremo ipsam passionem, et mortis conditionem sustinuit, totum hoc ad infirmitatem pertinet humanitatis, non ad incomprehensibilem substantiam Deitatis. Unus est enim Christus, Deus et homo, caro et Verbum; sed unde Deus, inde habet immortalitatem, unde homo, inde pertulit passionem: et unde caro, inde mortuus, et unde Verbum, inde æternus. [6] Nec enim potest esse Deitate passibilis, qui est virtute Paternæ gloriæ naturæ æqualis. Unde et Patri derogatur, dum natura Deitatis in Filio passibilis creditur. Nam si una Patris et Filii substantia est, utique sicut Pater, ita et Filius immortalis est. Et si, *Ego et Pater unum sumus*, sicut in Patre non est mors, ita nec in Dei Filio mors. Et si verum est, *Omnia quæ habet Pater, mea sunt*; ergo immortalitas Patris cum Filio communis est. Nam quod ait Apostolus de infidelium ignorantia, *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent*, non quasi Dominus gloriæ sit crucifixus, ut natura Deitatis videatur esse passibilis; sed quia unus in utraque natura est Christus, secundum assumti hominis formam, Dominus gloriæ dicitur passus. Sicut e contrario est illud: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis;* dum de cœlo non descendisset, nisi tantum Dei Filius, nondum idem factus filius hominis. Propter

Oo per-

1 *Al.* quoque Apostolus, Apostolorum Princeps Christi.
1. *Petri* 2. *v.* 24.
2 Al. *justitiæ vivamus.*
Ibid. cap. 4. *v.* 1.
3 *Al.* crucifixus est.
4 *Al.* Alienæ sunt enim.
Isaiæ 40. *v.* 28.
5 *Al.* Et in Psalmo.
Psalm. 101. *v.* 28.
6 *Al.* Neque enim.
Joan. 10. *v.* 30.
Joan. 17. *v.* 10.
1. *Cor.* 2. *v.* 8.
Joan. 3. *v.* 13.

personæ ergo unitatem, et ad hominem referuntur in Christo, quæ Dei propria sunt, et Divinitati adscribuntur, quæ hominis sunt. Et ideo dum pati aut mori dicitur, non est Deitatis, sed carnis proprium; sic tamen propter unitatem personæ, ipse Deus et natus ex Virgine, et passus, et mortuus prædicatur, sed infirmitate carnis nostræ, non virtute Divinitatis suæ. Quod vero idem Apostolus ait, *Si enim quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus*, [1] sic hic dicitur Dei Filius mortuus, sicut dicitur de martyribus passis ac mortuis, quorum tamen non sunt animæ occisæ in corporis passione, ore Veritatis testante: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Ubi agnosci oportet, si animæ martyrum corpore peremto, suppliciis extingui non possunt, Deus qui conditor est animarum, quomodo per crucem carnis pati potuit exitium mortis? Quod etiam alibi apertius declaratur, eodem Filio Dei loquente: *Potestatem habeo ponendi animam meam*, [2] *et potestatem iterum sumendi eam.* Quod si ipsa Deitas mortua extitit, quæro, quis animam ipsius resumsit? Stultum est ergo, crucis passionem Divinæ applicare naturæ, sed tantum creabili et humanæ. Sola enim caro crucis exitium sensit, sola caro lanceam pertulit, [3] sola caro sanguine et aqua manavit, ipsa sola mortua, ipsa sola in sepulcro posita, ipsa sola tertia die resuscitata; quæ etiam glorificata cœlos adiit, in qua et venturus est judicare in gloria Patris, [4] judicaturus de vivis ac mortuis.

Roman. 5. v. 10.

1 *Al.* sic dicitur.

Matth. 10. v. 28.

Joan. 10. v. 18.

2 Al. *et potestatem habeo iterum.*

3 *Al.* sola sanguine.

4 *Al.* judicaturus vivos et mortuos.

5 *Al.* Prolatis igitur.

[5] Prolatis ergo novi ac veteris Testamenti testimoniis, in quibus duæ naturæ Christi patefactæ sunt in una subsistentes persona, in quibus et passio ejus apparuit in homine solo expleta, deinde oportuit sententias subnecti Sanctorum Patrum, qui in sacris Literis ingenti gloria refulserunt, ut etiam eorum traditione perpateat, quia Dominus noster Jesus Christus ex duabus naturis et una persona subsistit, et quia mortem et passionem in sola carne suscepit. Sanctus ergo Hilarius [6] in explicatione epistolæ ad Timotheum sic loquitur: *Nam et quum dicit Scriptura* HOMO CHRISTUS, *et quum dicit*, CHRISTUS MORTUUS EST, *et quum dicit*, VERBUM CARO FACTUM EST, *non est spoliandus per fraudulentiam legentis expositionibus suis sermo. Nam ubi homo Christus est, præcedit mediator Dei atque hominum, ut ex utroque, Deo et homine, unus subsistat, sitque inter hominem et Deum medius, confessione in se utriusque naturæ. Ubi vero Christus mortuus est, subjicitur:* QUI RESUR-

6 *Al.* in explanatione.
Vide sis Fragmen. ejus oper. in edit. S. Mauri.

SURREXIT, QUI EST IN DEXTERA DEI. In morte ejus carnis nostræ infirmitas est, in resurrectione virtus ejus, in consessu Dei dignitas.

Sanctus quoque Ambrosius in expositione Evangelii secundum Lucam, sic asserit: *Non enim suam, sed* [1] *nostram carnem Christus ascendit, nec mors illa Divinitatis,* [2] *sed quasi hominis fuit.* Et paulo post: *Et enim Christus omnia, et in Christo omnia, licet in singulis Christus operetur, caro tamen moritur, ut resurgat.* [3] Item idem in eodem libro exponens, inter alia dicit: *TRISTIS EST* [4] *ANIMA MEA, TURBATA EST VALDE. Non ergo suscipiens, sed suscepta turbatur; anima enim obnoxia passionibus, Divinitas libera.* [5] *Etenim spiritus promtus, caro autem infirma. TRISTIS autem non ipse est, sed anima; non est tristis sapientia, non Divina substantia, sed anima.* [6] *Suscepit corpus meum, non me fefellit, ut aliud esset, et aliud videretur.*

Lib. 10. in Luc. cap. 23. *De Crucis Christi.* &c.

1 Al. *nostram crucem.*

2 Al. *sed hominis.* Ibid. *de Commendat. spiritus.*

3 Al. Item in eodem. Ibid. cap. 22. *de Trist. dolore.* &c.

4 Al. *anima mea.* Et alibi: *Nunc anima mea turbata.*

5 Al. *Denique spiritus.*

6 Al. *quæ suscepit. In corpus.*

Sanctus Athanasius in tractatu, quem scripsit de Christi nativitate, sic dicit: *In hoc sit ergo, fratres carissimi, fides nostra, in hoc tota salus et vita consistat, ut credamus, Deum Dei Filium primum ante omnia sæcula a Deo Patre* [7] *invisibiliter genitum, deinde a Maria Virgine secundum hominem* [8] *natum, et secundum hunc hominem passum, mortuum, sepultum, resurrexisse ab inferis, ascendisse in cœlum.* Item idem in expositione Fidei: *Verbum,* inquit, *nascitur de Maria Virgine, accipiens corpus animale, sed neque sermo comprehensus est carne, sed in carne, et supra carnem, et sicut Deus dicitur, ita Dei virtus, Dei veritas; passus autem humana carne, sed sermo Dei impassibilis est. In passione quidem moritur homo, ut vivificaret protoplastum, qui ceciderat per inobedientiam.*

7 Al. *impassibiliter genitum.*

8 Al. *natum secundum.*

Sanctus Gregorius scribens ad Celidonium, dicit: *Naturæ enim duæ in Christo, Deus et homo; non autem duo Filii, nec Dii duo.* Item idem in sermone de Filio: *Uno autem,* inquit, *capitulo moneo, ut altiora quidem adscribas Divinitati, et illi naturæ, quæ passionibus et corpore probatur esse superior, humiliora autem naturæ humanæ attribuas, quæ ex parte infirmitatis nostræ assumta est.*

Grégor. Nazianz. ad Cledonium, Celdon. vel Celid. Epist. I. ita in vulg. vers. *Quamquam enim Deus et homo, duæ naturæ sunt .... non tamen duo Filii, nec Dei.* Orat. 1. de Filio, quæ est 3. de Theol. *Ut tamen rem in summam contraham, hoc sibi faciendum est; ut excelsiores voces Divinitati, ac præstantiori illi atque incorporeæ naturæ, passionibusque sublimiori attribuas, humiliores autem composito, et tua caussa inanito atque incarnato, et, si ita dicere licet, humanato, ac deinde sublato, et subjecto.*

Item ipse in quarto libro contra Eunomium : *Et ne aliquis incorruptibili naturæ Deitatis crucem passionis applicet , per alia manifestius talem emendat errorem, mediatorem ipsum Dei et hominum , et Deum ipsum nominans , ut* [1] *quum duo de una dicantur , congruum intelligatur circa utrumque ; circa Deitatem quidem impassibilitas , circa humanitatem autem dispensatio passionis.*

Sanctus quoque Basilius in quarto libro contra Eunomium ita scribit : *Quid est , DOMINUS CREAVIT ME, ET ANTE OMNES COLLES GENUIT ME ? ubi intelligendum est hoc* [2] *quod dicit GENUIT , de Dei Filio ; hoc autem quod dicit CREAVIT , de ea parte , qua in forma servi est , ut utramque naturam in una persona ostenderet.*

Sanctus Cyrillus in prima ad Successum epistola dicit : *Ergo quantum quidem ad intellectum pertinet , et ad Fidem , tantumdem oculis animæ , quemadmodum incarnatus est Unigenitus , duas naturas esse dicimus, unum autem Filium et Christum , et Dominum Deum Verbum incarnatum , et hominem factum confitemur.* Item in secunda ad eumdem Successum epistola sic ait : [3] *Quum unus* , inquit , *sit , et solus Filius Christus , idem ipse Deus et homo , sicut in Deitate perfectus , ita et in humanitate perfectus. Non autem ipsum Unigenitum Filium Dei, secundum quod intelligitur et est Filius Dei , passum esse in sua natura dicemus. Oportet enim necessario utraque servari uni et vero Filio , et non pati secundum Deitatem , et dici passum esse eumdem secundum humanitatem , ipsius enim passa est caro.* [4] Idem in expositione Levitici inter alia : *Totum in his iterum circumspice Salvatoris nostri mysterium , et emundationem , quæ per sanctum Baptisma fit. Duas enim aviculas sumi jubetur vivas et mundas , ut intelligas per volatilia cœlestem hominem simul et Deum in duabus naturis , quantum*

Sententia invenitur in Orat 4. de Theol. quæ est 2. de Filio, sed verbis longe diversis: *Unus enim Deus, unus etiam mediator Dei et hominum , homo Jesus Christus. Supplex enim est, nunc quoque ut homo pro mea salute .... quoad me humanitatis assumtæ facultate atque potentia Deum effecerit ; tametsi non jam secundum carnem cognoscatur, hoc est , secundum carnales affectiones.*

1 Al. *quum duo denuo dicantur.*

Basil. cont. Eunom. lib. 4. super illo : *Dominus creavit me* , sed ita in vulg. vers. *Capiendum igitur Verbum GENUIT , de Dea Filia , CREAVIT vera de Dea, qui formam servi accepit. In omnibus autem istis non duo dicimus , Deum seorsum et hominem seorsum , unus enim erat; sed cogitatione ac mente cujuslibet naturam consideramus.*

2 Al. *quod Genuit.*

In vulgatis versionibus ita habetur: *Quantum ergo pertinet ad intelligendum, solummodo id contemplandum oculis animæ, quomodo sit incarnatus Unigenitus : duas naturas adunatas esse perspicimus, sed unum Christum Filium et Dominum , Dei Verbum factum hominem, incarnatumque profitemur.*

3 Al. ex præf. versione ita legitur: *Quod unus et solus existens Filius Christus , ipse sit Deus simul et homo , sicut in Deitate , ita etiam in humanitate perfectus. Rectissime sane nimisque sapienter tua perfectio rationem salutiferæ passionis exposuit , Unigenitum Dei Filium , non juxta quod est et intelligitur Deus , in sua natura sustinuisse contumeliam passionis , affirmans , sed passum potius terrena substantia , oportebat necessaria utraque uni Filio secundum veritatem salva subsistere , id est , ut et non pateretur juxta Deitatem , et juxta humanitatem idem ipse pateretur ; ipsius enim caro perpessa est.*

4 *Al.* Item in expositione. Textus hic non invenitur in exposit. in Levit. S. Cyrilli, sed eadem sententia legitur in Libro : *Scholia de Incarnat. Unigeniti* cap. 22. his verbis : *Reddit quidem nos mundos... purgatio Baptismatis sancti. Ceterum illud aspice... pullis duobus comparat Christum , non quod duo sint Filii , sed quod unus potius ex duobus, ex Divinitate et humanitate in unitatem collatus. Mundi autem pulli ; neque enim fecit peccatum Dominus Jesus Christus , sed erat Verbum sanctum et Divinitate et humanitate. Volucribus vero comparatur , quod quasi in sublimi sit super terram , et a cœlo desuper.*

tum pertinet ad rationem, dividendum, uniquique convenientem [a].

Item Sanctus Augustinus: *Nec enim illa susceptione alterum eorum in alterum conversum atque mutatum est, nec Divinitas quippe in creaturam mutata est, ut desisteret esse Divinitas, nec creatura in Divinitatem ut desisteret esse creatura. Nam si substantia hominis (quod absit credere) in Divinitatem conversa est, augmentabit aliquid Deitatis. Sed absit, ut augmentum recipiat ineffabilis, et incomprehensibilis plenitudo. Manet ergo utraque Filii Dei natura et una persona.* Rursus ipse adversus [1] Maximum: *Si ergo attendas distinctiones naturarum, Filius Dei de cœlo* [2] *descendit, et Filius hominis crucifixus est in terra.* Idem in sequentibus: *Oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis die tertia. Ubi resurgit, nisi in eo quod potuit cadere? Ubi resurrexit, nisi in eo ubi mortuus? Quære mortem in Verbo, numquam esse potuit; quære mortem in anima, numquam ibi fuit; quære mortem in carne, plane ibi fuit, et ideo ibi fuit, quia mors vera fuit.* Et paulo post: *Quid miraris? certe vita est Christus. Quare mortua est vita, nec anima mortua est, nec Verbum mortuum est, caro tantum mortua est? Quare? Ut in ea mors moreretur.* Idem in expositione Joannis Evangelistæ: [3] *Quis ergo est, per quem factus est mundus? Christus Jesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Idem ipse Jesus Christus, sed in forma servi.*

Sententia invenitur in Serm. 187. al. 27. de Temp.

Lib. 3. cont. Maximinum, cap. 20.

1 *Al.* Maximinum.

2 Al. *descendit, Filius hominis crucifixus est. Si unitatem Personæ, et Filius hominis de Cœlo descendit, et Filius hominis crucifixus est in terra.* Idem.

Sententia hæc invenitur in Tract. 12. in Joan.

Tract. 78. in fine.

3 Al. *Quid ergo est.*

Beatus quoque Leo, Apostolicæ Sedis Antistes, in sua epistola [b] quam scripsit ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum, sic ait: *Salva ergo proprietate utriusque naturæ, et in unam coeunte personam, suscepta est a majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas. Et ad resolvendum conditionis nostræ debitum, inviolabilis natura est unita naturæ passibili, ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, et mori posset ex uno, et mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis perfectaque natura verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris.* Et paulo post: *Qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma servi factus est homo. Tenet enim sine defectu proprietatem suam utraque natura. Et sicut forma servi Dei formam non ademit, ita forma Dei for-*

Cap. 3.

Ibid.

a Quasi vellet dicere: dividendum quantum ad rationem, unicuique naturæ convenientem. *b* Quæ recitata est in Conc. Calced. Act. 2.

Ibid. cap. 4. *formam servi non minuit.* Item paulo post: *Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium est; Verbo scilicet operante, quod Verbi est, et carne exequente, quod carnis est. Unum horum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis. Et sicut Verbum ab æqualitate Paternæ gloriæ* [1] *non recessit, ita caro naturam nostri generis* [2] *non reliquit.*

1 Al. *non recedit.*
2 Al. *non relinquit.*

Sanctus quoque Fulgentius in libro, quem de Incarnatione [3] Domini Jesu Christi scripsit, inter alias sic intulit: Cap. 2. *Dico itaque vobis juxta Sanctorum Patrum traditionem, Dominum nostrum Jesum Christum in duabus naturis inconfusis, id est Divinitatis et humanitatis, unam personam* Ibid. *sive substantiam confiteri.* Idem post alia: *Si quis ergo in Domino nostro Jesu Christo aut duas naturas, aut unam noluerit sive dubitaverit credere aut prædicare personam, vel si quis noluerit* [4] *confiteri Deum atque hominem, id est Verbum incarnatum de Maria Virgine, pro nostra salute veraciter natum, tantum a Catholica Fide deprehenditur ac demonstratur extraneus, ut sacramento redemtionis hu-* Cap. 9. *manæ resistat ingratus.* Et paulo post: *Verbum caro factum, unus et plenus est Christus, unus ex utraque et in utraque, id est in humana Divinaque natura, in quo sic utriusque naturæ prorsus unitio gloriosa persistit, ut sive Divinitati Christi humanitatem quis demat, sive humanitati Divinitatem detrahat, Christum sacrilega infidelitate et blasphema prædicatione dissolvat.* [5] Item paulo post: Cap. 10. *Christus pro nobis carne est passus, qui de Deo Patre natus solus impassibilis est Deus. Ipsum itaque Christum Filium Dei pro nobis mortem carne gustasse, salva immortalitate* Cap. 11. *Divinitatis ejus veraciter credimus.* Iterum post hoc: *Quia non est alter Deus, alter homo, sed idem unus est Christus Deus et homo, profecto idem Deus* [6] *Christus est, qui mortem sua carne suscepit, et idem Christus est, qui* [7] *mortem sua Divinitate destruxit. Idem quippe Christus Dei Filius, qui Divinitate mori non potuit, carne mortuus est,* [8] *quia mortalem Deus immortalis accepit,* [9] *et idem Christus Dei Filius carne mortuus resurrexit, quia immortalitatem suæ Divinitatis carne mortuus non amisit. Hinc est quod etiam post resurrectionem suam, sicut in cicatricibus veris, et in vera comestione piscis et mellis soliditatem in se veræ carnis edocuit, ita clausis foribus ingrediens, veram in se virtutem sempiternæ Divinitatis ostendit, ut agnosceretur, et naturalis fuisse Christi morientis infirmitas, et eidem resurgenti naturalis in esse majestas.*

3 *Al.* Domini nostri.
4 Al. *confiteri eumdem Deo.*
5 *Al.* Item post.
6 Al. *Christus, qui.*
7 Al. *mortem suam.*
8 Al. *quam mortalem.*
9 Al. *et ideo Christus.*

Hæc

Hæc quidem, quæ tam Divinæ Scripturæ, quam etiam Sanctorum Patrum eloquia docuerunt, decretis nostris breviter inserta protulimus, demonstrantes geminam carnis et Deitatis naturam in una Domini et Salvatoris nostri persona; passum quoque eumdem in ea natura, quæ corporis est, non passum in ea natura, quæ Deitatis est. His ergo concordi sententia in tribus secretariis [a] definitis, pro confirmatione sui [1] propria subscriptione subjecimus.

1 *Al.* propriam subscriptionem.

CAP. XI.

Ex Concil. Toletano XIV. anno 684. *can.* 8.

Allocutio ad totius compagem ecclesiæ, de duabus Christi naturis, inseparabilibus, et perfectis.

[b] At nunc nos, quibus loqui ad cor Jerusalem Divina voce præcipitur, id nobis deputatum gregem Christi monemus, id etiam omnibus ad æternæ vitæ portum festinantibus prædicamus, brevi admodum definitione collecta, ut in una enim Christi Filii Dei persona duarum naturarum individuas proprietates agnoscant, sicut indivisas atque inseparabiles, ita inconfusas et inconvertibiles permanere, unam Deitatis, alteram hominis, unam, qua ex Deo Patre est genitus, alteram, qua ex Maria Virgine generatus. Utraque ergo ei generatio plena, utraque perfecta, nihil minus ex Deitate habens, nihil imperfectum ex humanitate suscipiens, non naturarum geminatione divisus, non persona geminatus, sed plenus Deus, plenusque homo, absque omni peccato in singularitate personæ unus est Christus. Unus igitur in utraque natura consistens, et Divinitatis signis effulget, et humanitatis passionibus subjacet. Nec enim alter ex Patre, alter ex Matre est genitus; quum tamen aliter de Patre, aliter de Matre sit natus, ipse tamen in utroque naturarum genere non divisus, sed unus idemque, et Dei et hominis Filius. Ipse vivit moriens, ipse moritur vivens: ipse impassibilis patiens, ipse passioni non sub-

Isaiæ 40. v. 2.

a Hoc est, in tribus sessionibus habitis in Secretario Ecclesia Hispalensis, uti dicitur in exordio hujus Concil. *Vide sis cap.*19. *de Exord. et Epil.Concil.* Et ut Isid. Pacen. *in Chron.* refert, *Hispalensis Isidorus... contra Acephalorum hæresim... Hispalim in Secretario Sanctæ Hierusalem Concilium agitat.* Porro Secretarium erat camera Templo adjuncta, in qua sacra ecclesiæ condebantur, et episcopi ac sacerdotes de ecclesiasticis deliberaturi considebant. *b* Pro acceptatione sextæ Synodi generalis Constantinopolitanæ III. contra Monothelitas. Vide cap. 11. *de Summa Trinit.*

subjacens: nec Deitati succumbens, nec humanitate passioni se subtrahens: habens ex Deitatis natura non posse
1 *Al.* et posse mori. mori: habens ex humanitatis substantia et nolle, [1] posse mori: ex una immortalis habetur, ex altera mortalium conditione resolvitur: habens in æterna Divinitatis voluntate, quo susceptum hominem sumeret, habens in suscepti hominis voluntate, ut humana voluntas Deo subdita esset.
Matth. 26. *v.* 42. Unde et ipse dicit ad Patrem: *Pater, non mea voluntas, sed tua fiat.* Alteram videlicet ostendens voluntatem, qua susceptus est homo, alteram hominis, qua obediendum est Deo.

CAP. XII.

Ex eodem, canone 9.

De duarum naturarum Christi voluntatibus, et operibus.

Et ideo secundum harum duarum differentiam naturarum, duarum quoque inseparabilium proprietates prædicandæ sunt voluntatum et operum.

CAP. XIII.

Ex eodem, canone 10.

De hæreticorum contentionibus evitandis, et ut non discutiantur quæ summa sunt, sed credantur, et præsertim Christo nihil Divinitatis, nec humanitatis, excepta lege peccati, deficere.

Scientes igitur, hanc solam esse Fidei confessionem, quæ vincat Infernum, quæ exuperet Tartarum; de hac enim Fi-
Matth. 16. *v.* 18. de a Domino dictum est: *Portæ Inferni non prævalebunt adversus eam*; ideo omnibus dicimus, omnibus inclamamus, ut caveamus hæreticorum muscipulas, effugiamus dogmatis cancerosi venena, verbis illis quibus dispensatio humanitatis Christi adstruitur, non nobis inanium quæstionum tendicula præparemus, quibus inanis gloriæ cupidi discutere audeamus quæ summa sunt. Neque enim quæ sunt Divina discutienda sunt, sed credenda; non enim se Deus discutere jubet, sed credere. Credamus ergo non sensibus nostris, sed indubitatis conciliorum priscorum dogmatibus jam præmissis. Si quis igitur Jesu Christo Dei Filio, ex

ex utero Mariæ Virginis nato, aliquid aut Divinitatis imminuit, aut de suscepta humanitate subducit, excepta sola lege peccati, et non eum verum Deum hominemque perfectum, in una persona subsistentem, sincerissime credit, anathema sit.

CAP. XIV.

Adseritur uti catholica propositio, tres esse in Christo substantias.

Ex Concilio Toletano XV. anno 688.

Ad secundum quoque retractandum capitulum transeuntes, quo idem Papa [a] incaute nos dixisse putavit, tres substantias in Christo Dei Filio profiteri; sicut nos non pudebit, quæ sunt vera defendere, ita forsitan quosdam pudebit, quæ vera sunt, ignorare. Quis enim nesciat, unumquemque hominem duabus constare substantiis, animæ scilicet et corporis? De quibus Apostolus specialiter loquitur, dicens: *Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem.* 2. Corinth. 4. v. 16. Sicut ille sitiens Deum, clamabat in Psalmo: *Sitivit in te*, inquit, *anima mea, quam multipliciter et caro mea.* Psalm. 62. v. 1. Nec non et alia multa, quæ hominem duabus substantiis constare, pronuntiant. Contra quam regulam invenimus item in Scripturis, aut carne plerumque nominata, totum hominem posse intelligi, aut anima sola interdum nominata, totius hominis perfectionem agnosci. Quapropter natura Divina humanæ sociata naturæ, possunt et tres propriæ, et duæ propriæ appellari substantiæ. Sed aliud est, quum per proprietatem totus homo exprimitur, aliud quum a parte totus intelligitur. Est enim quidam modus locutionis qui frequenter in Scripturis Divinis positus invenitur, quo significatur a parte totum; hic etiam tropus apud Grammaticos Synecdoche dicitur. Scribitur enim in libro Genesis, secundum istam tropicam locutionem, significantem a parte totum: Genes. 2. v. 7. *Factus est homo in animam viventem*, quum homo non solum ex anima, sed ex carne constet. Item similiter a parte totum, ubi omissa substantia animæ, sola carnis substantia nominatur; sicut in Psalmo scribitur: *Ad te omnis caro veniet*; Psalm. 64. v. 2. quum omnis homo non solum ex carne, sed ex anima constet: et tamen sola carne nominata, totus homo intelligitur, sicut et sola anima nominata, totus homo ac-

[a] Benedictus II. Vide cap. 11. de Sum. Trinit.

ci-

Exodi 1. v. 5. cipitur. Nam in Exodo volens similiter Scriptura hominem a parte totum intelligi, sic dicit: *Septuaginta animæ ingressæ sunt cum Jacobo in Ægyptum*, quum ipsæ septuaginta animæ non sine suis corporibus illic ingressæ fuissent. Ex carnis quoque nomine totum hominem intelligi voluit, Job 19. v. 26. qui dixit: *Et in carne mea videbo Deum*, quum non sine animabus suis resurgenda sint corpora.

Ecce per consuetudinem Scripturæ Sacræ probavimus, et proprie hominem ipsis, quibus constat, substantiis appellari, et tropice a parte totum hominem posse intelligi. Si quæras culpam, nec ille errasse dicendus est, qui hominem a parte totum nominavit, nec iste culpandus est, qui totum hominem carne et anima nominata expressit, quia utrumque inculpabiliter dici, Scriptura Divina convincit. Et tamen quum jam probatum teneamus, nec illam nec istam partem esse culpandam, quærendum est, quæ pars plus possit esse ad totum hominem intelligendum facilior, atque etiam repulsa omni obscuritate lucidior, utrum ea, quæ solum carnem nominans, et animam tacite ibi vult intelligi, an ea, quæ et animam et carnem exprimens, totum dicit.

Quod ut manifestius innotescat, quædam exempla ponenda sunt. Ecce juxta superiorem tropicæ locutionis modum, qui Synecdoche dicitur, quo aut pars a toto, aut totum a parte intelligitur, scriptum invenimus de flagellatione Ægypti in Psalmis: *Immisit in eis muscam caninam.* Psalm. 77. v. 45. Psalm. 104. v. 34. Necnon et illud: *Dixit, et venit locusta, et bruchus.* Volens Scriptura isto genere locutionis non singularitatem, sed pluralitatem muscarum et locustarum intelligi; [1] non enim musca et locusta, sed multitudo muscarum et locustarum repleverunt Ægyptum [a]. At nunc si aliquis nostrorum modo dicat: *Misit Deus in Ægyptum muscas, et bruchos,* pluralem numerum proferens, quod et utique verum est; numquid in parte ista, quæ pluralitatem confitetur, potest calumnia cadere, ut dicatur non esse verum, quod utique verum est de multitudine locustarum quæ repleverunt Ægyptum? Tale quippe illud est, ubi populus ad Moysem Numer. 21. v. 7. clamavit, dicens: *Ora ad Dominum, ut auferat nobis serpentem*, quum non unius serpentis, sed multorum serpentum molestias ille populus pateretur. Hoc etiam more et Apo-

1 *Al.* non enim una musca.

a Doctrina hæc deducta esse videtur ex Dialogo *Sexaginta quinque Quæstionum* S. Augustin. quæst. 30.

Apostolus loquitur in illo loco, ubi ait: *Quoniam ex operibus Legis non justificabitur omnis caro.* Ac si diceret *omnis homo*; a parte carnis totum hominem intelligi volens. Sic ergo et de Domino nostro Jesu Christo, quum scriptum sit de illo in Evangelio: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, caro sola est nominata, ut illic tacite intelligeretur et anima, secundum supradictum locutionis modum, quo homo a parte totus accipitur. Quæ locutionis regula plerumque et á Patribus est servata.

Roman. 3. v. 20.

Joan. 1. v. 14.

Sic enim ex hoc beatus Cyrillus in libro qui vocatur *Scholia*, dicit: *Quomodo igitur Verbum caro sit factum, videre necesse est. Primum quidem Divina Scriptura carnem plerumque nominat, et quasi ex parte animalis totius significationem facit; necnon etiam a sola anima interdum tantumdem agit. Scriptum est enim*, QUOD VIDEBIT OMNIS CARO SALUTARE DEI. *Et ipse Divinus Paulus*: NON CONSENSI, *inquit*, CARNI ET SANGUINI. *Alloquutus est autem eos qui sunt ex Israel Pontifex Moyses*: IN SEPTUAGINTA QUINQUE ANIMABUS DESCENDERUNT PATRES TUI IN ÆGYPTUM; *sed non iccirco dixeris, quod nudæ et sine carne animæ in Ægyptum descenderunt; nec porro quod inanibus corporibus et solis carnibus salutare suum Deus indulserit. Quotiens igitur audimus, carnem factum esse Verbum, hominem intelligimus, ex anima et corpore factum.*

De Incarnat. Unigeniti cap. 24. paucis verbis in vulgatis versionib. mutatis.

Item et Sanctus Augustinus in libro *Quæstionum contra Apollinaristas* sic dicit: *Si ubicumque caro fuerit nominata, et anima tacita, sic intelligendum est, ut anima* [1] *ibi non esse credatur, non illi habebant animam, de quibus dictum est*, ET VIDEBIT OMNIS CARO SALUTARE DEI. *Et illud in Psalmo*: EXAUDI PRECES MEAS, AD TE OMNIS CARO VENIET. *Et illud in Evangelio*: SICUT DEDISTI EI POTESTATEM OMNIS CARNIS, UT OMNE QUOD DEDISTI EI, NON PEREAT, [2] SED HABEAT VITAM ÆTERNAM. *Unde et intelligitur, solere omnes per nominationem solius carnis significari, ut secundum hanc locutionem etiam illud possit intelligi, ut quod dictum est*: VERBUM CARO FACTUM EST, *nihil dictum sit, nisi Verbum homo factum est. Sicut enim a parte totum, plerumque nominata sola anima, homo intelligitur* (*sicut est illud*: TOT ANIMÆ DESCENDERUNT IN ÆGYPTUM) *sic rursus a parte totum etiam nominata* [3] *sola carne homo intelligitur.* Item ipse in libro *Enchiridion* dicit: *Verbum caro factum est, a Divinitate carne suscepta, non in carnem Divinitate mutata*; *carnem quippe hic hominem de-*

Libro de Diversis quæst. octoginta tribus, quæst. 80.

1 Al. *ibi esse.*

2 Al. *sed det eis vitam æternam.*

3 Al. *sola caro, homo.*

Enchir. ad Laurent. cap. 34.

bemus accipere, a parte totum significante locutione, sicut dictum est: QUONIAM EX OPERIBUS LEGIS NON JUSTIFICABITUR OMNIS CARO, *id est omnis homo.* [1] Qualiter hæc est Patrum plena Scripturarum more libata sententia, ut quum a parte totum unaquælibet hominis assumti in Christo substantia nominatur, illic statim et altera intelligitur. Nam si una secundum hunc tropum taceatur, et alia dicatur, duæ tamen nihilominus intelliguntur. Nemo ergo jam dicat, quum audit, totum hominem a parte posse intelligi, non debere tres in Christo substantias profiteri, quum isto genere locutionis aliud ex altero cogatur intelligi. Nihil ergo diversitatis est, sive tropice una, sive proprie gemina hominis nominata substantia; quum utraque locutio hominem a Deo assumtum non nisi in duabus substantiis, nos intelligere et confiteri permittat. Ac per hoc tres in Christo substantias profiteri, ille non dubitabit, qui [2] hac ratione plena cognitione didicerit. Ceterum ubi non tropice, sed proprie hi Patres hominem totum a Christo susceptum esse fatentur, sic in suis tractatibus posuerunt.

1 *Al.* quapropter hæc *vel* qualiter ex Scripturarum.

2 *Al.* hanc rationem.

Beatus enim Cyrillus in superiori libro, qui vocatur *Scholia*, dicit, ubi veritatem trium substantiarum Christi, figura veteris Testimonii aperte convincit. Sic enim ait: *Quod adunato Deo Verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ permanserunt, erectum est secundum Dei voluntatem sanctum Tabernaculum per desertum, et in eo multis modis formabatur Emmanuel. Ait igitur Deus Omnipotens ad Divinum Moysem:* ET FACIES ARCAM TESTIMONII EX LIGNIS IMPUTRIBILIBUS DUORUM CUBITORUM ET DIMIDII LONGITUDINEM, ET CUBITI ET DIMIDII LATITUDINEM, ET CUBITI ET DIMIDII ALTITUDINEM, ET INAURABIS EAM AURO PURO, EXTRA ET INTRA INAURABIS EAM. *Sed lignum quidem imputribile sit figura corporis incorrupti (imputribilis enim cedrus) aurum vero quasi materies aliis pretiosior, Divinæ nobis indicat substantiæ Majestatem. Attendite igitur, quum Arca tota inaurata sit auro puro extra et intra, adunatum quidem fuerit sanctæ carni Deus Verbum, et id est (ut opinor) arcam fuisse extra inauratam. Quod vere animam rationalem quæ corpori inerat, propriam fecerit, ex hoc apparet, quod et intra præceperit inaurari. Quod autem naturæ sive substantiæ inconfusæ manserunt, hinc scimus; aurum enim superpositum ligno mansit id quod erat, et ornabatur quidem lignum auri decore, tamen lignum esse non desiit.*

De Incarnat. Unigen. cap. 10. Sed priora verba, usque ad *permanserunt*, summarium capitis sunt in vulgatis editionibus.

Item

Item Sanctus Augustinus in libro Trinitatis Dei, id ipsum exprimens, dicit: *Sic Deo conjungi potuit humana natura, ut ex duabus substantiis fieret una persona, ac per hoc jam ex tribus, Deo, anima, et carne.* Hæc igitur Sanctis Patribus nos docentibus, et utramque locutionis regulam nobis insinuantibus, videant jam tandem et sentiant, qui sine favore Patrum judicant, quæ pars plus potest esse tutissima, licet in neutram partem possit cadere culpa; utrum ne illa, quæ in Christo Dei Filio unam Verbi, alteram hominis, a parte totum, substantiam profitetur, an ista quæ proprie totum hominem in duabus substantiis Verbo Dei adunatum fuisse fatetur. In illa enim parte, quæ a parte totum hominem intelligi volet, potest hæreticorum dolus latere, ut unamquamlibet ex his substantiam nominans, aliam supprimat; sicque quod ore non profitetur, nec corde confiteatur, sicut Apollinaris, qui negat, Dominum Jesum humanam animam habuisse, vel Manichæus negans in Christo assumti corporis veritatem: in hac vero nostra professione, ubi præmissa Verbi substantia specialiter duas hominis in una Christi persona substantias profitemur, nullus potest accidere, vel suspicari fraudulentiæ dolus, quando evidenter in Deo assumtus prædicetur homo totus. Tutior ergo pars est, quæ totum dicit, quam quæ aliquid supprimit; et plus claret quod proprie dicitur, quam quod arcta tropice [1] locutione firmatur. Sed forte nos soli hoc dicimus, quod majorum sententia non probamus.

Libro 13. *cap.* 17.

[1] *Al.* locutione formatur.

Judicem jam ergo Augustinum (si complacet) advocemus, ut quam partem contra hæreticos munitiorem esse pronuntiet, audiamus. Sic enim in tractatu *Symboli* dicit: *Temporali dispensationi Dominicæ multis modis insidiantur hæretici: sed quisquis tenuerit Catholicam Fidem, ut totum hominem credat a Verbo Dei esse susceptum, id est corpus, animam et spiritum, satis contra illos munitus est.* Ecce spiritualiter utraque consideramus, judicium protulit, sententiam fixit, munitiorem et tutiorem partem illam esse pronuntians, quæ contra hæreticos totum hominem a Verbo Dei susceptum in duabus substantiis, carnis animæque defenderit.

De Fide et Symbolo cap. 4.

Sed forte aliquis dicat, jam hic tria quædam hominis nominata, id est corpus, anima, et spiritus, tria quidem dicuntur, sed duo sunt, sicut ab eodem Doctore in prædicto *Symboli tractatu* convincitur: *Tria sunt*, ait, *quibus homo constat, spiritus, anima, et corpus, quæ rur-*

De Fide et Symbolo cap. 10.

sus duo dicuntur, quia sæpe anima simul cum spiritu nominatur; pars enim quædam ejusdem rationalis, qua carent bestiæ, spiritus dicitur. Quod etiam in epistola ad Petrum dilucida [1] manifestatione exequitur, quod spiritus et anima, utrumque sint unum, et unius esse substantiæ sentiantur. Dicit enim, duo quædam esse animam, et spiritum, secundum id quod scriptum est: *Absolvisti a spiritu meo animam meam.* Et utramque ad naturam hominis pertinere, ut totus homo sit spiritus, anima et corpus, sed aliquando duo ista simul nomine nuncupari animæ, quale est illud: *Et factus est homo in animam viventem*; ubi quippe et spiritus intelligitur. Itemque aliquando utrumque nomine spiritus dici, sicuti est: *Et inclinato capite tradidit spiritum.* Ubi et anima necesse est intelligatur, et utrumque unum, et unius esse substantiæ [2]: ac per hoc anima et spiritus, et anima et corpus duæ speciales hominis substantiæ sunt, et diversæ dicuntur.

Ex cap. 2. lib. 2. S. Augustini, de Anima, et ejus origine, qui etiam inscribitur *epistola ad Petrum Presbyterum* Hispanum.

1 *Al.* manifestatione assequitur.

Job c. 7. v. 15. secundum versionem LXX. pro quo est in nostra vulg. *Quamobrem elegit suspendium anima mea.*

Genes. 2. v. 7.

Joan. 19. v. 30.

2 *Al.* ac non anima, et spiritus.

Nos proinde in jam dicto Fidei nostræ opusculo Apollinaristarum hæresi respondentes, tres in Christo substantias diximus, quod et Majores nostros docuisse monstravimus, honorantes videlicet et sequentes sententiam Doctoris egregii, Hispalensis sedis episcopi, quam in libris suis, *De differentia naturæ Christi vel nostræ* disseruit, ubi ait: *Nos ex duabus subsistimus substantiis, corporis videlicet atque animæ; ille ex tribus, Verbi, corporis, atque animæ; inde est, quod perfectus homo, perfectus prædicatur et Deus.* Hæc igitur perpauca de Patribus exempla libavimus, ut in brevi ea quæ competunt, monstraremus. Ceterum qui hæc adhuc intentius legendo quæsierit, plurima colligere poterit.

Cap. 6.

Jam vero si impudorata quis fronte, ne his Patribus cedat, et unde ea libaverint, insolens scrutator exquirat, Evangelicis saltim vocibus credat, quibus has tres substantias sibi inesse Christus pronuntiat; interrogatus enim á Judæis: *Tu quis es?* respondit: *Principium, qui et loquor vobis.* Ecce habes unam substantiam Deitatis. Restant duæ substantiæ hominis; ut enim veram carnem hominis suscepisse monstraret, palpandum se Discipulis præbuit, dicens: *Palpate, et videte, quia spiritus carnem [1] et ossa non habent, sicut me videtis habere.* Ecce expressa est substantia carnis humana. Item ut animæ humanæ substantiam suscepisse monstraret, dicit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem iterum sumendi eam.*

Joan. 8. v. 25.

Lucæ 24. v. 39.

1 Al. *et ossa non habet.*

Joan. 10. v. 18.

Ecce

Ecce tres in una Christi persona substantias inconfuse et inseparabiliter adunatas, Deitatis videlicet atque humanitatis, Evangelicis oraculis approbantes, omnes uno ore fatemur, et præfixa sententia prædicamus, confitentes videlicet secundum Chalcedonense Concilium [a], *Eumdem Dominum nostrum Jesum Christum, perfectum in Divinitate, perfectum eumdem in humanitate, Deum verum, et hominem verum, eumdem ex anima rationali et corpore; secundum Divinitatem unius cum Patre naturæ, secundum humanitatem unius naturæ nobiscum, per omnia similem nobis absque peccato; ante sæcula quidem ex Patre natum secundum Divinitatem, in novissimis diebus vero eumdem propter nos et propter nostram salutem ex Maria Virgine Dei Genitrice secundum humanitatem; unum eumdemque Christum Filium Dei Unigenitum in duas naturas inconfuse, immutabiliter, indivise, et inseparabiliter cognoscendum, in nullo naturarum differentias propter unitatem perimendas; magis autem salva utriusque naturæ proprietate, et in una coeunte persona, unoque statu concurrente, non in duabus personis partiendum vel dividendum, sed unum eumdemque Filium Unigenitum Deum Verbum, Dominum Jesum Christum.* Jam vero si quis contra hæc ulterius non instruendum, sed contrarium se huic redditæ rationi præbuerit, damnationem præfati concilii sustinebit.

Tertium sane quartumque capitulum contuentes, non solum sensum, sed et ipsa pene verba ex libris beatorum Ambrosii atque Fulgentii nos prælibasse monstravimus, quibus ea prædictos viros dogmatizasse scimus, quos quia celebres in toto orbe Doctores feriata [b] ecclesiarum Dei vota percenseant, non illis est succensendum, sed potius succumbendum, quia omne quod contra illos sapitur, a rectæ Fidei regula abhorrere sentitur. Has sane quatuor specialitates capitulorum, quæ ut a nobis solida efficerentur, hortati sunt, quid, a quo fuerit Doctore prolatum, congesto in uno Responsionis nostræ libro Catholicorum dogmate Patrum, ante hoc biennium [c] parti illi porreximus dignoscendum. Jam vero si post hæc et ab ipsis dogmatibus Patrum, quibus hæc prolata sunt, in quocumque dissentiant, non jam cum illis est amplius contendendum, sed Majorum directo calle inhærentes vestigiis, erit per Divinum

[a] Actione V. in Retract. symb. Nicæni. Vide cap. 2. de *Heres. abjurat.* [b] Festiva.
[c] Vide sis cap. 11. de *Summa Trinit.*

num judicium amatoribus veritatis responsio nostra sublimis, etiamsi ab ignorantibus æmulis censeatur indocilis. *Quæ sequuntur, in cap. 36. de Exord. et Epil. Concil.* His itaque.

TIT. IV.

DE ANIMA HOMINIS.

CAP. I.

Ex Regula Fidei Catholicæ Concilii Toletani I. canone 11.

Si quis dixerit vel crediderit, animam humanam Dei portionem, vel Dei esse substantiam [a], anathema sit.

CAP. II.

Ex Epistola Leonis Magni ad Turibium Asturicensem anno 447. *cap.* 5.

Adversus id, quod ajunt, animam hominis ex Divina esse substantia.

1 *Al.* Quinto autem.

1 Quinto capitulo refertur, quod animam hominis Divinæ asserant esse substantiæ, nec a natura Creatoris sui conditionis nostræ distare naturam. Quam impietatem ex Philosophorum quorumdam et Manichæorum opinione manantem, Catholica Fides damnat, sciens nullam tam sublimem tamque præcipuam esse facturam, cui Deus ipse natura sit. Quod enim [2] de ipso est, idem est quod ipse, nec id aliud est, quam Filius et Spiritus Sanctus. Præter hanc autem Summæ Trinitatis unam, consubstantialem, et sempiternam, atque incommutabilem Deitatem, nihilomnium creaturarum est, quod non in exordio sui ex nihilo creatum sit. Non autem quicquid inter creaturas eminet, Deus est, nec si quid magnum est atque mirabile, hoc est quod ille, *qui facit mirabilia magna solus.* Nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo justitia est, sed multi participes sunt veritatis, et sapientiæ, atque justitiæ: solus autem Deus nullius participationis [3] indigus est. De quo

2 *Al.* de se ipso est, *vel* hoc est quod ipse.

Psalm. 71. *v.* 18. *et Psalm.* 135. *v.* 4.

3 *Al.* dignus est.

a Errorem hunc ex Manichæis ebiberunt Priscillianistæ.

quo quicquid digne utcumque sentitur, non qualitas est, sed essentia. Incommutabili enim nihil deperit, quia esse illi quod est sempiternum, semper est proprium. Unde in se manens, innovat omnia, et [1] nihil accipit, quod ipse non dedit. Nimium igitur superbi, nimiumque sunt cœci; qui quum dicant, humanam animam Divinæ esse substantiæ, non intelligunt, nihil se aliud dicere, quam Deum esse mutabilem, et ipsum perpeti, quicquid potest naturæ ejus inferri. *Idem vide in cap. 4. de Deo uno et creat.*

1 *Al.* nihil accepit, quod ipse non dederit.

CAP. III.

Ex eadem, *cap.* 10.

Contra id, quod animas in cælestibus peccare dicunt, et secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem vel bonam, vel malam.

Decimo autem capitulo referuntur asserere, animas, quæ humanis corporibus inseruntur, [2] fuisse in corpore, et in cœlesti habitatione peccasse, atque ob hoc a sublimibus ad inferiora delapsas, in diversæ qualitatis principes incidisse [a], et per aereas, ac sidereas potestates, alias duriores, alias mitiores, corporibus [3] esse inclusas, sorte diversa et conditione dissimili, ut quicquid in hac vita varie et inæqualiter provenit, ex præcedentibus caussis videatur accidere. Quam impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texuerunt; sed omnes eos Catholica Fides a corpore suæ unitatis abscidit, constanter prædicans [4] ac veraciter, quod animæ hominum, priusquam suis [5] inspirarentur corporibus, non fuere, nec ab alio incorporentur, nisi ab opifice Deo, qui et ipsarum est creator, et corporum [b]. Et quia per primi hominis prævaricationem tota humani generis propago vitiata sit, neminem posse a conditione veteris hominis liberari, nisi per Sacramentum Baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum; dicente Apostolo: *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus, non est servus*

2 *Al. verosimilius:* fuisse sine corpore.

3 *Al.* esse conclusas.

4 *Al.* atque veraciter.

5 *Al.* inspirentur.

Galat. 3. v. 27.

a Hoc est: Distinctas distinctis animabus astrorum virtutes attigisse. Ita primo opinati sunt Pythagoras, Plato, Origenes, ut ait Hieron. Marcell. et Anapsych. int. opera Aug. epist. 27. Vide quoque August. *Retract.* lib. 1. cap. 1. *De Verbis Apost.* serm. 7. de verb. *Peto non infirmari.* Et de *Hæresib.* cap. 70. *b* Ajebant enim Priscillianistæ, animas a maligno *principe per diversa carnis corpora seminari*, ut scribit August. *Mox laud. loco.*

vus neque liber, non est masculus neque femina, omnes enim unum estis in Christo Jesu. Quid ergo hic agunt cursus siderum, quid figmenta fatorum, quid mundanarum rerum mobilis status, et inquieta diversitas? Ecce tot impares gratia Dei facit æquales, qui inter quoslibet vitæ hujus labores si fideles permanent, miseri esse non possunt, Apostolicum illud in omni tentatione dicentes: *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est: Qui propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus, ut oves occisionis. Sed in his omnibus* [1] *superamus in eo, qui nos dilexit.* Et ideo ecclesia, quæ corpus est Christi, nihil de mundi inæqualitatibus metuit, quia nihil de [2] bonis corporalibus concupiscit. Nec timet inani strepitu fatorum gravari, quæ patientia tribulationum novit augeri. *Idem vide in cap. 3. de Maleficio, et Astrol. et partem in cap. 8. de Baptis.*

Roman. 8. v. 35.

1 Al. *superamus per eum.*

2 *Al.* bonis temporalibus.

CAP. IV.

Ex eadem, cap. 11.

Contra id, quod fatalibus stellis dicunt animas hominum obligatas.

Undecima ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis et animas hominum et corpora opinantur adstringi: per quam amentiam necesse est, ut omnibus Paganorum erroribus implicati, et faventia sibi, ut putant, sidera colere, et adversantia studeant mitigare [a]. Verum ista sectantibus nullus in ecclesia catholica locus est; quoniam qui se talibus persuasionibus dedit, a Christi corpore totus abscessit. *Idem vide in cap. 4. de Maleficio, Astrologia &c.*

[a] Commentum a Philosophis gentilibus inventum, et a Priscillianistis suscitatum, vestigium quoddam adhuc retinet in communi loquendi modo illo: *Tibi bona, vel fatalis stella contigit.* Hujusmodi autem errorem acriter insectatur August. de *Genesi ad liter. lib. 2. cap. 17.* Et *de Civit. Dei lib. 5. cap. 1.*

CAP.

CAP. V.

Ex eadem, cap. 12.

Contra id, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt.

Duodecimum inter hæc illud est, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt, et qualitates interiorum præsulum in Patriarcharum nominibus statuunt, quibus e diverso signa siderea, quorum virtuti corpora subjiciantur, opponunt. Et in his omnibus inextricabili se errore præpediunt, non audientes dicentem Apostolum: *Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis.* Et iterum: *Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum, et constructum, crescit in augmentum Dei.* Quid ergo opus est, in cor admittere, quod Lex non docuit, quod Prophetia non cecinit, quod Evangelii veritas non prædicavit, quod Apostolica doctrina non tradidit? Sed [1] hæc operta sunt eorum mentibus, de quibus Apostolus dicit: *Erit enim tempus, quum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Nihil [2] itaque nobiscum commune habeant, qui talia audent vel docere vel credere, et quibuslibet modis nituntur adstruere, quod substantia carnis ab spe resurrectionis aliena sit, atque ita omne sacramentum Incarnationis Christi resolvunt; quia indignum fuit, integrum hominem suscipi, si indignum erat, integrum liberari. *Idem in cap. 5. de Maleficio, Astrologia, et Divinat.*

Coloss. 2. v. 8.

Ibid. v. 18.

1 Al. hæc apta sunt.

2. Timoth. 4. v. 3.

2 Al. itaque vobiscum.

CAP. VI.

Ex eadem, cap. 13.

Contra id, quod Scripturarum scientiam subvertunt, asserentes, non posse animam ad Divinam, de qua putant prodiisse, substantiam redire, nisi credat, reformationem interioris hominis a duodecim cœlestium signorum virtute, quæ in duodecim Patriarcharum nominibus indicantur, operari.

Tertiodecimo loco positum est, eosdem dicere, quod omne corpus Scripturarum canonicarum sub Patriarcharum nominibus accipiendum sit; quia illæ duodecim virtutes [a], quæ reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis indicentur, sine qua scientia nullam animam posse assequi, ut in eam substantiam, de qua prodiit, reformetur [b]. Sed hanc impiam vanitatem despectui habet Christiana sapientia, quæ novit, veræ Deitatis inviolabilem et inconvertibilem esse naturam; animam autem sive in corpore viventem, sive a corpore separatam, multis passionibus subjacere. Quæ utique, 1 si Divinæ esset essentiæ, nihil adversi posset incidere. Et 2 ideo ineffabiliter aliud Creator est, aliud creatura. Ille enim semper idem est, et nulla varietate mutatur; hæc autem mutabilis est, etiam non mutata, quia ut non mutetur, 3 donatum poterit habere, non proprium. *Idem vide in cap. 2. de Canon. S. Script. lib.*

1 *Al.* si de Divina esset.
2 *Al.* ideo incomparabiliter.
3 *Al.* datum poterit.

CAP. VII.

Ex eadem, cap. 14.

Contra id, quod duodecim signa, quæ Mathematici observant, per corpus 4 *omnia distinguunt*, atque adeo ajunt, corpus pravæ esse naturæ, animam vero Divinæ.

4 Al. *omne distingunt.*

Sub quartodecimo vero capitulo de statu corporis sentire dicuntur, quod sub potestate siderum atque signorum pro terrena qualitate teneatur, et ideo multa in sanctis li-

a Signa, seu astra duodecim, duodecim anni mensibus a Mathematicis adscripta.
b Error de Gnoscis, Valentino, Marco, aliisque superstitiosis hominibus a Priscillianistis desumtus.

libris, quæ ad exteriorem hominem pertineant, reperiri, ut in ipsis Scripturis inter Divinam terrenamque naturam quædam sibi repugnet adversitas, et aliud sit quod sibi vindicent animæ præsules, aliud quod corporis conditores. Quæ fabulæ ideo disseruntur, ut et anima Divinæ affirmetur esse substantiæ, et caro credatur malæ esse naturæ; quoniam et ipsum mundum cum elementis suis non opus Dei boni, sed conditionem mali profitentur auctoris; atque ut hæc mendaciorum suorum sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia pene Divina eloquia sensuum nefandorum [1] immissione violarunt. *Idem vide in cap. 8. de Deo uno et Creat.*

[1] *Al.* immixtione violarunt.

CAP. VIII.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. can. 5.

Si quis animas humanas, vel Angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit. *Eumdem vide in cap. 9. de Deo uno et Creat.*

CAP. IX.

Ex eodem, canone 6.

Si quis animas humanas dicit, prius in cœlesti habitatione peccasse, et pro hoc in corpora humana in terram dejectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

TIT. V.

DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

CAP. I.

Ex regula Fidei Catholicæ Concilii Toletani I. canone 10.

Si quis dixerit vel crediderit, corpora humana non resurgere post mortem [a], anathema sit.

[a] Hoc e Manichæis didicerunt Priscillianistæ.

CAP.

CAP. II.

Ex Epistola Leonis Magni ad Turibium Asturicensem anno 447. cap. 8.

Contra id, quod corpora humana diaboli dicunt esse figmenta, et a dæmonibus in utero formari, atque adeo negant, futuram carnis resurrectionem.

1 *Al.* Octavum eorum.
2 *Al.* diaboli esse.
3 *Al.* opere dœmonum.
4 *Al.* quia concreatio.

[1] Octavum ipsorum est, plasmationem humanorum corporum [2] diaboli dicere esse figmentum, et semina conceptionum [3] opera dœmonum in mulierum uteris figurari, propterea resurrectionem carnis non esse credendam, [4] quia concretio corporis non sit congruens animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est, et talia prodigia opinionum figmenta sunt dœmonum, qui non in feminarum ventribus formant homines, sed in hæreticorum cordibus tales fabricantur errores. Quod immundissimum virus de Manichææ impietatis specialiter fonte procedens, olim Fides Catholica deprehendit atque damnavit. *Idem vide in cap. 6. de Deo uno et Creat.*

CAP. III.

Contra eos, qui plasmationem humani corporis diabolo tribuunt; adeoque negant futuram carnis resurrectionem.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. can. 12.

5 *Al.* figmentum, conceptiones.

Si quis plasmationem humani corporis diaboli dicit esse [5] figmentum, et conceptiones in uteris matrum, operibus dicit dœmonum figurari, propter quod et resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit. *Eumdem vide cap. 12. de Deo uno, et Creat.*

TIT. VI.

DE FIDEI CATHOLICÆ SYMBOLIS.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano I. anno 400.

Regula Fidei Catholicæ.

1 [a] INCIPIT regula Fidei Catholicæ contra omnes hæreses, et quam maxime contra Priscillianos, quam Episcopi Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitani, et Bætici fecerunt [b], et cum præcepto Papæ urbis Romæ Leonis ad Balconium Episcopum [c] Galliciæ transmiserunt [d]. Ipsi etiam et supra scripta viginti canonum capitula statuerunt in Concilio Toletano.

Credimus in 2 unum Deum, Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, visibilium, et invisibilium factorem; 3 per quem creata sunt omnia in cœlo et in terra: hunc unum Deum, et hanc unam esse Divinæ substantiæ Trinitatem: Patrem autem non esse ipsum Filium, sed habere Filium qui Pater non sit; Filium non esse Patrem, sed Filium Dei de Patris esse natura: Spiritum quoque Paracletum esse, qui nec Pater sit ipse, nec Filius, sed a Patre Filioque procedens. Est ergo ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus Paracletus, sed a Patre Filioque procedens. Pater est, cujus vox hæc est audita de Cœlis: *Hic est Filius* 4 *meus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Filius est, qui ait: *Ego a Patre exivi, et a Deo veni in hunc mundum.* Paracletus Spiritus est, de quo Filius ait: *Nisi abiero ego ad Patrem, Paracletus non* 5 *veniet ad vos.* Hanc Trinitatem, Personis distinctam, substantia unitam, virtute, et potestate, et majestate indivisibilem, indifferentem: præter hanc nullam credimus Divinam esse naturam, vel Angeli, vel spiritus, vel virtutis alicujus, 6 quæ Deus esse credatur. Hunc igitur Filium Dei, Deum natum a Patre ante omne omnino principium, san-

1 *Al. incipit*: Regulæ Fidei contra omnes hæreses, quam maxime contra Priscillianistas, quas episcopi... et ex præcepto PAPÆ LEONIS, et ad Balconium.

2 *Al.* unum verum Deum Patrem Omnipotentem.

3 *Al.* per quem omnia facta sunt in cœlo, et in terra: hunc Deum. *Al.* in terra: unum Deum, et unam.

Marci 1. *v.* 11.

4 Al. *meus dilectus.*

Joan. 16. *v.* 28.

Joan. ibid. v. 7.

5 Al. *veniet.* Hanc Trinitatem.

6 *Al.* quæ Deus credatur. Hunc ergo.

a Exordium hoc, ut ex ipsius verbis colligitur, ab aliquo posteriori Collectore huic Symbolo præjactum fuit. *b* In Conc.Tolet. I. *c* Bracharensem scilicet. Vide sis cap.10. de *Exord. et Epil. Concil.* *d* In Conc. Hispanico anno 447. in quo recitatum est hoc Symbolum, aut Regula Fidei.

sanctificasse uterum Mariæ Virginis, atque ex ea verum hominem, sine virili generatum semine suscepisse; duabus dumtaxat naturis, id est Deitatis, et carnis in unam convenientibus omnino personam, id est Dominum nostrum Jesum Christum: nec imaginarium corpus aut phantasmatis alicujus in eo fuisse, sed solidum atque verum: hunc et esurisse, et sitisse, et doluisse, et flevisse, et omnes corporis injurias pertulisse: postremo a Judæis crucifixum et sepultum, [1] tertia die resurrexisse; conversatum postmodum cum discipulis suis, et quadragesima post resurrectionem die ad cœlum ascendisse. Hunc Filium hominis, etiam Dei Filium dici; [2] Filium autem Dei Dominum, Filium hominis appellamus. Resurrectionem vero futuram humanæ credimus carnis, animam autem hominis [3] non Divinam esse substantiam, aut Deiparem, sed creaturam dicimus, Divina voluntate creatam.

1 *Al.* et tertia die.

2 *Al.* et Filium Dei, et hominis Filium appellamus *vel* Dei etiam hominis.

3 *Al.* non Divinæ esse substantiæ, aut Dei Patris .... Dei voluntate.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 1.

De evidenti Catholicæ Fidei veritate.

[4] Secundum Divinas Scripturas, et doctrinam quam a Sanctis Patribus accepimus, Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum unius Deitatis atque substantiæ confitemur, in Personarum diversitate Trinitatem credentes, in Divinitate unitatem prædicantes, nec Personas confundimus, nec substantias separamus. Patrem a nullo factum vel genitum dicimus; Filium a Patre non factum, sed genitum asserimus; Spiritum vero Sanctum nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre et Filio profitemur. Ipsum autem [5] Dominum nostrum Jesum Christum, Dei Filium, et creatorem omnium, ex substantia Patris ante sæcula genitum, descendisse ultimo tempore pro redemtione mundi a Patre, qui [6] numquam desiit esse cum Patre. Incarnatus est enim ex Spiritu Sancto, et Sancta Gloriosa Dei Genitrice Virgine Maria, et natus ex ipsa, solus idem Dominus Jesus Christus; [7] unus de Sancta Trinitate, anima et [8] carne perfectum, sine peccato suscipiens hominem [a]; manens quod erat, assumens quod non erat; æqualis Patri secundum Di-

4 *Al.* secundum enim.

5 *Al.* Dominum Jesum.

6 *Al.* numquam desinit esse.

7 *Al.* unus in Sancta.

8 *Al.* carne perfectus.

[a] Ab hac, olim usitata, locutione recentiores abstinent Theologi.

Divinitatem, minor Patre secundum humanitatem [a]; habens in una persona duarum [1] naturarum proprietatem; naturæ enim in illo duæ, Deus et homo; non autem duo Filii [2] et Dei duo, sed idem una persona in utraque natura; perferens passionem et mortem pro nostra salute, non in virtute Divinitatis, [3] sed infirmitate humanitatis. Descendit ad inferos, ut Sanctos, [4] qui ibidem tenebantur, erueret; [5] devictoque mortis imperio, resurrexit; [6] assumtus deinde in cœlum, venturus est in futurum ad judicium vivorum et mortuorum; [7] cujus nos morte et sanguine mundati, remissionem peccatorum consecuti sumus, resuscitandi ab eo in die novissima in ea qua nunc vivimus carne, et in ea qua resurrexit idem Dominus forma, percepturi ab ipso, alii pro justitiæ meritis vitam æternam, alii pro peccatis supplicii æterni sententiam. Hæc est catholicæ ecclesiæ Fides, hanc [8] confessionem conservamus atque tenemus, quam quisquis firmissime custodierit, perpetuam salutem habebit [b].

1 *Al.* naturarum proprietates.

2 *Al.* et Dii duo.

3 *Al.* sed in infirmitate.

4 *Al.* qui ibi.

5 *Al.* et devicto mortis.

6 *Al.* assumtus in cœlum, *vel* in cœlos, *vel* in cœlis.

7 *Al.* cujus morte.

8 *Al.* confessionem servamus.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. canone 1.

De plenitudine Fidei Catholicæ.

Itaque credimus et profitemur, [9] sacratissimam et omnipotentissimam Trinitatem, Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, unum Deum solum, non solitarium, unius essentiæ, virtutis, [10] potestatis, unius naturæ, discretam inseparabiliter personis, indiscretam essentialiter [11] substantiam Deitatis, creatricem omnium creaturarum: Patrem ingenitum, increatum, fontem et originem totius Divinitatis: Filium a Patre [12] intemporaliter et ante omnem creaturam sine initio genitum, non creatum; nam nec Pater umquam sine Filio, nec Filius extitit sine Patre; sed tamen Filius Deus de Patre Deo, non Pater Deus de Filio Deo: Pater Filii, non Deus de [13] Filio: ille autem Filius Patris, et Deus de Patre, per omnia coæqualis Patri: Deus verus de Deo vero: Spiritum vero Sanctum neque genitum, neque creatum, sed de Patre Filioque procedentem, utriusque esse [14] Spiritum; ac per hoc substantialiter unum sunt, quia

9 *Al.* sacratissimam omnipotentissimam.

10 *Al.* potestatis, majestatis, unicuique naturæ.

11 *Al.* substantiæ Deitatis.

12 *Al.* intemporaliter ante.

13 *Al.* Filio Deo, ille autem.

14 *Al.* Spiritum Sanctum.

a Locutiones istæ in symbolo, quod Sancti Athanasii dicitur, habentur.
b Sic fere explicit symbolum, quod Sancti Athanasii nomine circumfertur.

[1] quia et unus ab utroque procedit. In hac autem Trinitate tanta est unitas substantiæ, ut pluritate careat, et æqualitatem teneat, nec minor in singulis quam in omnibus, nec major in omnibus quam [2] in singulis maneat personis. Ex his igitur tribus Divinitatis personis solum Filium [3] fateamur ad redemtionem humani generis propter culparum debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter ex nostro libero [4] arbitrio contraxeramus, resolvenda, a secreto Patris arcanoque [5] prodiisse, et hominem sine peccato de Sancta semper [6] Virgine assumsisse, ut idem Filius Dei Patris, esset Filius [7] hominis; Deus perfectus, et homo perfectus, ut homo Deus esset unus Christus, naturis in duabus, [8] in persona unus, ne quaternitas Trinitati accederet, si in Christo persona geminata esset. Ergo a Patre et Spiritu [9] Sancto inseparabiliter discretus est persona, ab homine autem assumto natura. [10] Item cum eodem homine unus extat persona, cum Patre, et Spiritu Sancto natura: ac sicut diximus, ex duabus naturis et una persona unus est Dominus noster Jesus Christus, in forma Divinitatis æqualis Patri, in forma servi minor Patre; hinc enim est vox ejus in Psalmo: *De ventre matris meæ Deus meus es tu.* Natus itaque a Deo sine matre, natus a Virgine sine patre, solum *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Et quum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis (quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis) solus [11] tamen accepit hominem in singularitate personæ, non in unitate Divinæ naturæ; [12] in id quod est proprium Filii, non quod [13] commune Trinitatis [a]. Nam si naturam hominis, Deique alteram confudisset, tota Trinitas corpus assumsisset; quoniam constat, naturam [14] Trinitatis esse unam, non tamen personam. [15] Hic igitur Dominus Jesus Christus missus a Patre, suscipiens quod non erat, nec amittens quod erat, inviolabilis de suo, mortalis de nostro, venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, et credentes justificare; faciensque mirabilia, traditus est propter delicta nostra, mortuus est propter expiationem nostram, resurrexit propter justificationem nostram; [16] cujus livore sanati, cujus morte Deo Patri reconciliati, cujus resurrectione sumus resuscitati. Quem etiam venturum in fine expectamus [17] sæculorum, et cum resurrectione omnium, æquissimo suo ju-

1 *Al.* qui et unus.
2 *Al.* in singulis personis manet. Ex his.
3 *Al.* fatemur.
4 *Al.* arbitrio contraximus.
5 *Al.* prodiisse, et humanitatem.
6 *Al.* Virgine Maria.
7 *Al.* hominis, et Deus.
8 *Al.* in una persona, ne quaternitas.
9 *Al.* Sancto separabilis creditur persona.
10 *Al.* Idem cum eodem.

Psalm. 21. v. 11.

Joan. 1. v. 14.

11 *Al.* tamen Filius suscepit humanitem.
12 *Al.* in eo quod est.
13 *Al.* commune est Trinitati. Nam si unam nati hominis, Dei alteram confecisset personam, *vel* alteram in altera confecisset.
14 *Al.* Trinitatis esse, non tamen.
15 *Al.* Hic ergo Dominus noster Jesus.

Roman. 4. v. 25.

16 *Al.* hujus libore sanati, hujus morte.... hujus resurrectione.
17 *Al.* sæculorum, cum resurrectione.

a Præfata verba referuntur a Mag. Sent. in III. dist. 5. num. 1. tamquam ex Conc. Tolet. II. desumta. Error hic ex eo forte provenit, quod alia mox referantur verba tamquam ex eod. Tolet. II. quæ in Tolet. XI. inveniuntur. Vide infra cap. 6.

judicio redditurum justis præmia, et impiis pœnas. Ecclesiam quoque catholicam credimus [1] sine macula in opere, et sine ruga in Fide corpus ejus esse, regnumque [2] habiturum cum capite suo omnipotente Christo Jesu, postquam hoc corruptibile induerit incorruptionem, et mortale immortalitatem, ut sit Deus omnia in omnibus. Hac Fide corda purificantur, hac hæreses extirpantur, in hac omnis ecclesia collocata jam [3] in regno cœlesti, et degens in sæculo præsenti gloriatur, [4] et non est in alia Fide salus: *Nec enim nomen aliud est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri*

[1] *Al.* sine macula et ruga corpus ejus.
[2] *Al.* habituram cum capite.
[3] *Al.* in cœlesti regno, deinceps in sæculo.
[4] *Al.* et non alia Fide est salus.
Act. Apost. 4. v. 12.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653. can. 1.

De Catholicæ Fidei plenitudine.

[a] Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, et terræ, [5] visibilium omnium et invisibilium; et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei [6] unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra; qui propter nos et propter nostram salutem [7] descendit, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria [8] Virgine, et homo factus est; passus sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit. Ascendit [9] ad cœlos, sedet ad dexteram Patris, inde venturus est in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. [10] Credimus in Spiritum Sanctum, Dominum vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui loquutus est per [11] Prophetas; in unam Catholicam atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, [12] vitam futuri sæculi. Amen.

Hujus sanctæ Fidei regula iccirco nunc tractatus non recipit aperturam, quia et a sacris Doctoribus abunde constat exposita, et imminentium caussarum negotia nos ad [13] alia pertrahunt peragenda.

[5] *Al.* et invisibilium conditorem.
[6] *Al.* unigenitum ex Patre natum.
[7] *Al.* descendit de cœlo.
[8] *Al.* Virgine homo factus, et passus sub Pontio Pilato, ac sepultus, et tertia.
[9] *Al.* in cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.
[10] *Al.* Credimus et in Spiritum Sanctum vivificatorem.
[11] *Al.* Prophetas, et unam.
[12] *Al.* et vitam.
[13] *Al.* alia trahunt.

[a] Symbolum Conc. Constantinop. I. quod in sequentibus Toletanis Conciliis repetitur, paucis exceptis, nonnullis quandoque verbis mutatis.

CAP. V.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. canone 1.

De Fidei institutione, ejusque ordine.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem; et in unum Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei Unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra; qui propter nos, et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu Sancto, et Maria Virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris; iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem; cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui loquutus est per Prophetas: In unam Catholicam atque Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum; expectamus resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen.

Hæc est Fides nostra, et hæc credulitas sancta: hanc quisquis digne tenet, judicii tempore remunerationem condignam accipiet; qui ab ea discesserit, et in hac Fide esse noluerit, cum diabolo pœnas æternas luet. Oremus ergo omnipotentem Deum, ut hæc credulitas sincera Divina nobis conferat beneficia, ejusque pietas sancta præsenti in sæculo cuncta nobis dimittat peccata; et quum venerit judicare vivos et mortuos, ad dexteram suam nos justificandos statuat. Si quis non crediderit, aut confessus fuerit, Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum unum esse in Trinitate, anathema sit.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675.

Confitemur et credimus, Sanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, unum Deum

Deum naturaliter esse, unius substantiæ, unius naturæ, unius quoque majestatis atque virtutis. Et Patrem quidem, non genitum, non creatum, sed ingenitum profitemur; ipse enim a nullo originem ducit, ex quo et Filius nativitatem, et Spiritus Sanctus processionem accepit; fons ergo ipse, et origo est totius Divinitatis. Ipse quoque [1] Pater est essentia sua qui de ineffabili substantia Filium ineffabiliter genuit; Deus Deum, lux lucem; * ab ipso est ergo omnis paternitas in cœlo et in terra. Filium quoque de substantia Patris sine initio ante sæcula natum, nec tamen factum esse fatemur, quia nec Pater sine Filio, nec Filius aliquando extitit sine Patre, et tamen [2] non sicut Filius de Patre, ita Pater de Filio; quia non Pater a Filio, sed Filius a Patre generationem accepit. Filius ergo Deus de Patre, Pater autem Deus, sed [3] non de Filio; Pater quidem Filii, non Deus de Filio; ille autem Filius Patris, et Deus de Patre; [4] æqualis tamen per omnia Filius Deo Patri, quia nec nasci cœpit aliquando, nec desiit. Hic etiam unius cum Patre substantiæ creditur, propter quod et homousios Patri dicitur, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ [5] creditur; ὁμῶς enim Græce unum, ὀυσία vero substantia dicitur, quod utrumque conjunctum sonat, una substantia. Nec enim de nihilo, neque de aliqua alia substantia, sed de Patris utero, id est, de substantia ejus, idem Filius genitus vel natus esse [6] credendus est. Sempiternus ergo Pater, sempiternus et Filius. Quod si semper Pater fuit, semper habuit Filium, [7] cui Pater esset; et ob hoc Filium de Patre natum sine initio confitemur, nec enim eumdem Filium Dei, pro eo quod de Patre sit genitus, desectæ naturæ portiunculam nominamus; sed perfectum Patrem, perfectum Filium [8] sine diminutione, sine defectione genuisse asserimus, quia solius Divinitatis est inæqualem Filium non habere. Hic etiam Filius Dei, natura est Filius, non adoptione, quem Deus Pater nec voluntate, nec necessitate genuisse credendus est, quia nec ulla in Deo necessitas cadit, nec voluntas sapientiam [9] prævenit.

Spiritum quoque Sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, unum atque æqualem cum Deo Patre et Filio credimus esse Deum, unius substantiæ, unius quoque esse naturæ; non tamen genitum vel creatum, sed ab utrisque procedentem, amborum esse Spiritum. Hic etiam Spiritus Sanctus nec ingenitus, nec genitus creditur, ne aut si ingenitum dixerimus, duos Patres dicamus, aut si genitum, duos

1 *Al.* Pater essentia quidem ineffabilis substantiæ suæ Filium ineffabiliter genuit; nec tamen aliud, quam quod ipse est genuit Deus Deum.

* *Ephes.* 3. *v.* 15.

2 *Al.* non ut Filius.

3 *Al.* non de Filio; ille autem Filius. *Cetera desunt.*

4 *Al.* æqualis Deus per omnia Deo Patri.

5 *Al. deest*: creditur.

6 *Al.* credendus est. Sempiternus quoque est et Filius, quoniam si Pater semper fuit.

7 *Al.* cujus Pater esset.

8 *Al.* sine imminutione.

9 *Al.* prævenit, sed tantum natura.

duos Filios prædicare monstremur: qui tamen nec [1] Patris tantum, sed simul Patris et Filii Spiritus dicitur. Nec enim de Patre procedit in Filium, vel de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul ab utrisque processisse monstratur; [2] quia caritas sive sanctitas amborum cognoscitur. Hic igitur Spiritus Sanctus missus ab [3] utrisque creditur; sed minor a Patre et Filio non habetur, sicut Filius propter assumtam carnem, minorem se Patre et Spiritu Sancto esse testatur. Hæc est Sanctæ Trinitatis relata narratio, quæ non triplex, [4] sed Trinitas et dici et credi debet. Nec recte dici potest, ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas.

In relativis vero personarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Sanctus Spiritus ad utrosque refertur; quæ quum relative tres personæ dicantur, una [5] tamen natura per substantiam creditur. Nec sicut tres personas, ita tres substantias prædicamus: sed unam substantiam, tres autem personas. Quod enim Pater est, non ad se, sed ad Filium est. Et quod Filius est, non ad se, sed ad Patrem est; similiter et Spiritus Sanctus, non ad se, sed ad Patrem et Filium relative refertur; in eo quod Spiritus Patris et Filii prædicatur.

Item quum dicimus, Deus, non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium, vel Filius ad Patrem, vel Spiritus Sanctus ad Patrem et Filium; sed ad se specialiter dicitur Deus. [6] Nam etsi de singulis personis interrogemur, Deum necesse est fateamur. Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus singulariter dicitur [a], nec tamen tres Dii, sed unus est Deus.

Item et Pater omnipotens, et Filius omnipotens, et Spiritus Sanctus omnipotens singulariter dicitur; nec tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens; sicut et unum lumen, unumque principium prædicatur. Singulariter [7] ergo ut unaquæque persona plenus Deus, et totæ tres personæ unus Deus confitetur et creditur, una illis vel indivisa atque æqualis Deitas, majestas, sive potestas, nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus, quia nec minus aliquid habet, quum unaquæque persona Deus singulariter dicitur, nec amplius, quum totæ tres personæ unus [8] Deus enuntiatur. Hæc ergo Sancta Trinitas, quæ unus et verus est Deus, nec recedit a numero, nec capitur numero. In relatione enim per-

1 *Al.* Patris tantum, nec Filii tantum.
2 *Al.* qui caritas.... amborum esse agnoscitur.
3 *Al.* utrisque sicut Filius creditur; sed minor Patre.
4 *Al.* sed trina et dici.
5 *Al.* tamen naturalis substantia creditur.
6 *Al.* Nam si de singulis.
7 *Al.* ergo unaquæque persona unus Deus.
8 *Al.* Deus enuntiantur.

a Sequentes propositiones in Symbolo, vulgo S. Athanasii, leguntur.

personarum numerus cernitur; in Divinitatis vero substantia, [1] quid numeratum sit, non comprehenditur. Ergo hoc solum numerum insinuant, [2] quod ad invicem sunt; et in hoc numero carent, quod ad se sunt. Nam ita huic Sanctæ Trinitati unum naturale convenit nomen, [3] ut in tribus personis non possit esse plurale. Ob hoc ergo credimus, illud in sacris Literis dictum: *Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus, et sapientiæ ejus non est numerus.* Nec quia tres has personas esse diximus unum Deum, eumdem esse Patrem, quem Filium, vel eum esse Filium, qui est Pater, aut eum qui Spiritus Sanctus est, vel Patrem [4] vel Filium dicere poterimus. Non enim ipse est Pater, qui Filius; [5] nec ipse Filius, qui Pater, nec Spiritus Sanctus ipse, qui est vel Pater vel Filius; quum tamen ipsum sit Pater, quod Filius; ipsum Filius, quod Pater, ipsum Pater, et Filius, [6] quod Spiritus Sanctus, id est natura unus Deus. Quum enim dicimus, non ipsum esse Patrem, quem Filium [a], ad personarum distinctionem refertur; quum autem dicimus ipsum esse Patrem, quod Filium, et ipsum Filium, quod Patrem, ipsum Spiritum Sanctum, quod Patrem et Filium, ad naturam qua Deus est, vel substantiam [7] pertinere monstratur, quia substantia unum sunt; personas enim distinguimus, non Deitatem separamus. Trinitatem igitur in personarum distinctione agnoscimus, unitatem propter naturam vel substantiam profitemur. Tria ergo ista unum sunt, natura scilicet, non persona; nec tamen tres istæ personæ, separabiles æstimandæ sunt, quum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia, vel extitisse, vel quippiam [8] operasse aliquando credatur; inseparabiles enim inveniuntur, et in eo quod sunt, et in eo quod faciunt, quia inter generantem Patrem, et generatum Filium, vel procedentem Spiritum Sanctum nullum fuisse credimus temporis intervallum, quo aut Genitor Genitum aliquando præcederet, aut Genitus Genitori deesset, aut procedens Spiritus Patre vel Filio posterior appareret. Ob hoc ergo inseparabilis et inconfusa hæc Trinitas a nobis et prædicatur et creditur. Tres igitur personæ istæ dicuntur, juxta quod [9] Majores definierunt, ut agnoscantur, non ut separentur. Nam si attendamus illud quod Scriptura sancta dicit de Sapientia: *Splendor est lucis æternæ*, sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhærere, sic confitemur Fi-

1 *Al.* quid enumeratum.
2 *Al.* quod in se.
3 *Al.* ut tribus.
Psalm. 146. v. 5.
4 *Al.* et Filium.
5 *Al.* nec ipse Filius qui Spiritus Sanctus, nec Spiritus Sanctus ipse qui est.
6 *Al.* quod est et Spiritus Sanctus.
7 *Al.* pertinere monstramus.
8 *Al.* operata esse aliquando.
9 *Al.* Majores definiunt.
Paulus ad Hebr. 1. v. 3.
Ex Sapient. cap. 7. v. 26.

a Corruptus est hic locus in edit. Card. de Aguirre an. 1753.

Filium a Patre separari non posse. Tres ergo illas unius ac inseparabilis naturæ personas, sicut non confundimus, [1] ita separabiles nullatenus [2] prædicamus. Ita nobis hoc dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere, ut [3] etiam in his nominibus, quibus voluit sigillatim personas agnosci, unam sine altera non permittat intelligi; nec enim Pater absque Filio cognoscitur, nec sine Patre Filius invenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis personas separari [4] vetat; quas etiam, dum non simul nominat, simul insinuat. Nemo autem audire potest unumquodque istorum nominum, in quo non intelligere cogatur et alterum. [5] Quum enim igitur hæc tria sint unum, et unum tria, est tamen unicuique personæ manens sua proprietas; Pater enim æternitatem habet sine nativitate, Filius æternitatem cum nativitate, Spiritus vero Sanctus processionem sine nativitate.

De his tribus personis solam Filii personam pro liberatione humani generis hominem verum sine peccato de sancta et immaculata Maria Virgine credimus assumsisse, de qua novo ordine novaque nativitate est genitus; novo ordine, quia invisibilis Divinitate, visibilis monstratur in carne; nova autem nativitate est genitus, quia intacta virginitas et virilem coitum nescivit, et fœcundata per Spiritum Sanctum carnis materiam ministravit. Qui partus Virginis nec ratione colligitur, nec exemplo monstratur; quod si ratione [6] colligitur, non potest esse mirabile; si exemplo, non erit singulare. Nec tamen Spiritus Sanctus Pater esse credendus est Filii, pro eo quod Maria eodem Sancto Spiritu obumbrante concepit, ne duos Patres Filii videamur asserere, quod utique nefas est dici. In quo mirabili conceptu, ædificante sibi sapientia domum, *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* (*Joan. 1. v. 14.*) Nec tamen Verbum ipsum [7] ita in carne conversum atque mutatum est, ut desisteret Deus esse, qui homo esse voluisset; sed ita Verbum caro factum est, ut non tantum ibi sit Verbum Dei, et hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima; atque hoc totum et Deus dicatur propter Deum, et homo propter hominem. In quo Dei Filio duas credimus esse naturas, unam Divinitatis, alteram humanitatis; [8] quas ita se una Christi persona inivit, ut nec Divinitas ab humanitate, nec humanitas a Divinitate possit aliquando sejungi. Unde perfectus Deus, perfectus et homo in unitate [9] personæ unius est Christus. Nec tamen quia duas diximus Filio esse naturas, [10] duas caussabimus in eo esse personas; ne Trinitati,

1 *Al.* ita inseparabiles.
2 *Al.* prædicamus; quandoquidem hoc nobis dignata.
3 *Al.* etiam in omnibus, quibus.
4 *Al.* vetat, quæ etiam non simul.
5 *Al.* Quum ergo hæc.
6 *Al.* colligitur, non erit mirabile.
7 *Al.* ita in carnem.
8 *Al.* quas ita in se una Christi persona univit, ut nec.
9 *Al.* personæ unius est Christus; *vel* personæ creditur Christus.
10 *Al.* duas caussabimur.

ti, quod absit, [1] accedere videatur quaternitas. Deus enim Verbum non accepit personam hominis, sed naturam, [2] et in æternam personam Divinitatis temporalem accepit substantiam [3] carnis. Ita quum [a] unius substantiæ [4] credamus esse Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, non tamen dicimus, ut hujus Trinitatis unitatem Maria Virgo genuerit, sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitate personæ suæ assumsit. Incarnationem quoque hujus Filii Dei tota Trinitas [5] operasse credenda est, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Solus tamen Filius formam servi accepit in singularitate personæ, non in unitate Divinæ naturæ, in id quod est proprium Filii, non quod commune Trinitati; quæ forma illi ad unitatem personæ coaptata est, id est, ut Filius Dei et Filius hominis unus sit Christus. Item idem Christus [6] in duabus naturis, tribus extat substantiis, Verbi, quod ad solius Dei essentiam referendum est, corporis, et animæ, quod ad verum hominem pertinet. [7] Habet igitur in se geminam substantiam Divinitatis suæ, et humanitatis nostræ. Hic tamen [8] pro eo quod de Deo Patre sine initio prodiit, natus tantum (nam neque factus, neque prædestinatus accipitur) per hoc tamen quod de Maria [9] Virgine natus est, et natus, et factus, et prædestinatus esse credendus est. Ambæ tamen in illo generationes mirabiles, quia et de Patre sine matre ante sæcula est genitus, et in fine sæculorum de matre sine patre est generatus: qui tamen secundum quod Deus est, creavit Mariam; secundum quod homo, [10] creatus est a Maria: ipse et Pater Matris, et Filius. Item et per hoc quod Deus, est æqualis Patri; per hoc quod homo, minor est Patre. Item et major et minor [11] se ipso esse credendus est; in forma enim Dei etiam ipse Filius se ipso major est propter humanitatem assumtam, [12] qua Divinitas major est; in forma autem servi, se ipso [13] minor est, id est humanitate, quæ minor Divinitate accipitur. Nam sicut per assumtam carnem [14] non tantum a Patre, sed a se ipso minor accipitur, ita secundum [15] Divinitatem coæqualis est Patri; et ipse et Pater major est homine, quem sola Filii persona assumsit. Item in eo quod quæritur, [16] utrum posset Filius sic æqualis, et minor esse Spiritu Sancto, sicut Patri nunc [17] æqualis, nunc minor Patre creditur esse, respondemus: secun-

Ss dum

1 *Al.* accidere videatur.
2 *Al.* et in æternum persona Divinitatis.
3 *Al.* carnis. Item unius.
4 *Al.* credimus esse Deum Patrem.
5 *Al.* operata esse.
6 *Al.* in his duabus.
7 *Al.* Habet ergo.
8 *Al.* per hoc quod de Deo.
9 *Al.* Virgine natus est et factus, et prædestinatus.
10 *Al.* creatus est ex Maria; ipse Pater Matiæ Matris, et Filius. Item per hoc.
11 *Al.* se ipso credendus.
12 *Al.* quia Divinitas.
13 *Al.* minor est; idem humanitate.
14 *Al.* non tantum Patre, sed se ipso.
15 *Al.* Divinitatem, qua est æqualis; *vel* quæ est æqualis Patri.
16 *Al.* utrum possit.
17 *Al.* æqualis et Patri, et Spiritui.

a Quæ sequuntur verba referuntur a Mag. Sent. in III. dist. 5. num. 1. tamquam ex Tolet. II. Error hic ex eo forte provenit, quod numerus undecimus Arabicus similis fit numero secundo Romano.

dum formam Dei, æqualis est Patri et Spiritui Sancto; secundum formam servi, minor est Patre et Spiritu Sancto, quia nec Spiritus Sanctus, nec Deus Pater, sed sola Filii persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Item hic Filius a Deo Patre et Spiritu [1] Sancto inseparabiliter discretus creditur esse persona, ab homine autem assumta natura. Item cum homine unus extat persona, cum Patre vero et Spiritu Sancto natura [2] Divinitatis sive substantia. Missus tamen Filius, non solum a Patre, sed ab Spiritu Sancto [3] missus credendus est, in eo quod ipse per Prophetam dicit: *Et nunc Dominus misit me, et* [4] *Spiritus Sanctus*: a se ipso quoque missus accipitur, pro eo quod inseparabilis non solum voluntas, sed operatio totius Trinitatis agnoscitur. [5] Hinc enim qui ante sæcula Unigenitus est vocatus, temporaliter Primogenitus factus est: Unigenitus [6] propter Deitatis substantiam, Primogenitus [7] propter assumtæ carnis naturam., [8] in qua, suscepti hominis forma juxta evangelicam [9] veritatem, sine peccato conceptus, sine peccato mortuus creditur, qui solus pro nobis peccatum est factus, id est, sacrificium pro peccatis nostris. Et tamen passionem ipsam, salva Divinitate sua, pro delictis nostris sustinuit, mortique adjudicatus et cruci, veram carnis [10] mortem excepit, tertio quoque die virtute [11] propria sua suscitatus, e sepulcro surrexit.

Hoc ergo exemplo capitis nostri confitemur, [12] veram fieri resurrectionem carnis omnium mortuorum. [13] Nec in aerea vel qualibet alia carne (ut quidam [a] delirant) surrecturos nos credimus, sed in ista qua vivimus, consistimus, et movemur.

Peracto hujus sanctæ resurrectionis exemplo, idem Dominus noster atque Salvator paternam ascendendo sedem repetiit, de qua numquam per Divinitatem discessit.

Illic ad dexteram Patris sedens, expectatur [14] in finem sæculorum judex omnium vivorum et mortuorum. Inde cum sanctis omnibus veniet [15] ad faciendum judicium, reddere unicuique mercedis propriæ debitum, prout quisque gesserit in corpore positus; sive bonum, sive malum. Ecclesiam sane catholicam pretio sui sanguinis comparatam cum eo credimus in perpetuum regnaturam.

Intra cujus gremium constituti, unum Baptisma credimus

1 *Al.* Sancto separabilis creditur. *Vel* Sancto separabiliter discretus creditur esse.... autem assumto.
2 *Al.* Divinitatis suæ sive.
3 *Al.* missus esse credendus est, in eo quod per Prophetam dicitur.
Isaiæ 48. *v.* 16.
4 *Al.* *Spiritus ejus*, a se ipso.
5 *Al.* Hic enim.
6 *Al.* propter Divinitatis.
7 *Al.* propter assumtam.
8 *Al.* in qua susceptæ.
9 *Al.* veritatem, sine peccato natus, sine.
10 *Al.* mortem accepit.
11 *Al.* propria suscitatus a sepulcro.
12 *Al.* vera fide resurrectionem.
13 *Al.* Nec in aere.
14 *Al.* in fine sæculorum.
15 *Al.* ad ferendum.

[a] Error Origenistarum et Bardesanistarum. Vide Hieron. epist. ad *Pammach. et Ocean.*

mus et [1] confitemur in remissione omnium peccatorum.

Sub qua Fide, [2] et resurrectionem mortuorum et credimus, et futuri sæculi gaudia expectamus.

Hoc tantum orandum nobis est et petendum, ut quum peracto finitoque judicio, tradiderit Filius Regnum [3] Deo Patri, participes nos efficiat regni sui; ut per hanc Fidem, qua illi inhæsimus, cum illo sine fine regnemus.

Hæc est confessionis nostræ Fides exposita, per quam omnium hæreticorum dogma [4] perimitur, Fidelium corda mundantur, per quam etiam ad Deum gloriose acceditur, cujus sacrosanctum saporem sub triduano dierum jejunio continua relationum collatione ructantes, ad ea quæ subnexa sunt, sequenti die discernenda transivimus.

1 *Al.* confitemur remissionem.
2 *Al.* et veraciter credimus.
3 *Al.* Deo et Patri.
4 *Al.* perimitur, per quam omnium fidelium... etiam et ad Deum... sacrosancto sapore, sub triduano jejunio... collatione orantes... die decernenda transivimus.

CAP. VII.

Ex Concilio Bracharensi III. anno 675. can. 1.

De Fide.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem; [5] in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei Unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri (hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ) per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra: qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu [6] Sancto, et ex Maria Virgine homó factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, et sedet ad [7] dexteram Patris, inde venturus judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus et in Spiritum Sanctum, [8] Dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui loquutus est per [9] Prophetas; in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem [10] peccatorum, carnis resurrectionem mortuorum, et vitam futuri sæculi. Amen.

5 *Al.* et in unum Dominum.
6 *Al.* Sancto, natus ex Maria Virgine. Homo factus, passus est sub Pontio.
7 *Al.* dexteram Dei Patris, iterum venturus in gloria judicare.
8 *Al.* Dominum vivificatorem.
9 *Al.* Prophetas, et unam sanctam catholicam, et apostolicam.
10 *Al.* peccatorum, expectamus resurrectionem.

CAP. VIII.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, [1] visibilium et invisibilium conditorem; et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei Unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra; qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine homo [2] factus, passus sub Pontio Pilato, et sepultus, tertia die resurrexit; ascendit in cœlos, sedet ad [3] dextram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. [4] Credimus et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui loquutus est per Prophetas; [5] in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, et vitam futuri sæculi. Amen.

1 *Al.* visibilium omnium et invisibilium.
2 *Al.* factus est.
3 *Al.* dexteram.
4 *Al.* credimus in Spiritum.
5 *Al.* et unam sanctam catholicam, et apostolicam.

CAP. IX.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683.

Symbolum Concilii Nicæni [a].

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri (id est [6] ejusdem cum Patre substantiæ) per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra. Qui [7] propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine homo factus, [8] passus sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judica-

6 *Al.* hoc est, ejusdem.
7 *Al.* propter nos et propter.
8 *Al.* passus est sub.

[a] Sed a Constantinopolitano I. additum.

care vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. [1] Credimus et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, [2] cum Patre et Filio adorandum, et glorificandum, qui loquutus est per [3] Prophetas; in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. [4] Confiteor unum baptisma in remissionem [5] peccatorum, et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen.

[1] *Al.* Credimus in Spiritum.

[2] *Al.* cum Patre adorandum.

[3] *Al.* Prophetas. Unam.

[4] *Al.* Confitemur unum.

[5] *Al.* peccatorum, expectamus resurrectionem.

CAP. X.

Ex Concilio Toletano XV. anno 688.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine homo factus, passus sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui loquutus est per Prophetas; in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, vitam venturi sæculi. Amen. *Quæ sequuntur in cap. 11. de Summa Trinitate.*

CAP. XI.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693.

Credimus et confitemur omnium creaturarum, quæ trinis [a] rerum machinis continentur, auctricem atque conservatricem individuam Trinitatem, id est, Patrem, qui est totius fons et origo Divinitatis, Filium, qui est plena imago

[a] Creaturarum scilicet, quæ suprà terram, quæ in terra, et quæ infra terram extant.

go Dei, propter expressam in se Paternæ claritudinis unionem, ante omnium sæculorum eventum ex Patris intimo ineffabiliter genitus; Spiritum vero Sanctum ex Patre Filioque absque aliquo initio procedentem; qui tres, quamquam personarum secernuntur distinctione, numquam tamen separantur potentiæ majestate; inseparabilis nempe æqualitatis eorum insinuatur Divinitas; et tamen quamvis Pater genuerit Filium, nec ideo Filius sit idem qui Pater, neque Pater sit ipse qui Filius, sed nec Spiritus Sanctus Pater sit Filiusque, sed tantum Patris Filiique Spiritus, et idem Patri et Filio etiam ipse coæqualis, nequaquam in hac Sancta Trinitate quicquam creatum, servum, famulumque convenit credi, neque adventitium vel subintroductum, tamquam ei aliquando acciderit, quod constet eam aliquando minime habuisse, condecet autumari.

Unde catholice confitemur, Patrem Deum esse omnipotentem, Filium similiter Deum omnipotentem, nec non et Spiritum Sanctum Deum omnipotentem; non tamen tres Deos credimus, aut tres omnipotentes, sed unum tantummodo Deum sumus inconcussa Fidei veritate credentes, unius naturæ, unius essentiæ, unius omnipotentiæ, unius majestatis, uniusque virtutis. Quarum tamen personarum, quamvis in hoc quod ad se sunt, nulla possit separabilitas inveniri, in hoc vero quod ad distinctionem attinet, sunt quædam, quæ specialius unicuique possint pertinere personæ, scilicet quod Pater a nullo originem sumsit, Filius Patre generante existit, Spiritus quoque Sanctus ex Patris Filiique unione procedit. Sed numquid quia Filius ex Patris est omnipotentia generatus, aut Spiritus Sanctus ex Patre Filioque procedens, putandus est aliquando Pater fuisse sine Filio, aut Genitor Genitusque sine Sancti Spiritus extitisse substantia? Absit; sed sicut Pater sine initio creditur, ita Filius veneratur, ita etiam Sanctus Spiritus veridice profitetur. Nec tamen sicut Pater creditur a quolibet nequaquam existendi originem ducere, ita Filius aut Spiritus Sanctus autumandi sunt ex semetipsis existere; sed Filius Deus de Patre Deo, non Deus Pater a Filio Deo, neque Pater aut Filius a Spiritu Sancto absque noxa sumsisse putabuntur originem, quum ipse a Patre et Filio sine cujusquam infidelitatis nævo credatur sine initio processisse. Et ideo in hujus sanctæ Trinitatis sacramento nihil anterius posteriusve credendum est, quia numquam fuit tempus, quando Pater sine Filio, aut Spiritu Sancto subsisteret, neque

que Filius sine Spiritu Sancto subsisteret, neque Filius sine Sancto Spiritu cum Patre aliquando regnaret. Et ista dicentes, non personarum confundimus proprietates, nec unionem substantiæ separamus. Nihil etiam in eadem Sancta Trinitate majus aut minus credere oportet, nihilque etiam imperfectum atque mutabile; nam perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus Sanctus; immutabilis Pater, immutabilis Filius, immutabilis Spiritus Sanctus: nam de immutabili et perfecto Patre, mutabilem imperfectumque Filium nec decuit nasci, nec convenit credere. Iccirco sunt quædam, quæ in hac Sancta Trinitate indiscrete oporteat confiteri; in hoc etenim quod ad se est Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, indiscrete unus Deus credendus est Pater cum Filio et Spiritu Sancto; quod vero ad relativum attinet, discrete personarum trium est prædicanda proprietas, Evangelista prædicante: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*; relativum etenim dicitur, quod una ad aliam personam referatur; nam quando dicitur Pater, Filii nihilominus persona signatur, et quum dicitur Filius, Pater ei sine dubio inesse monstratur. At nunc quoniam Spiritus Sancti vocabulum, quo non tota Trinitas significatur, sed tertia quæ est in Trinitate persona, quomodo secundum relativum ad Patris Filiique referatur personam, nequaquam apertissime pateat, pro eo scilicet, quia sicut dicimus Spiritum Sanctum Patris, non consequenter dicimus Patrem Spiritus, ne Filius Spiritus Sanctus intelligatur; in aliis tamen vocabulis, quibus ejusdem Spiritus Sancti signatur persona, ad relativum pertinere dignoscitur. Igitur donum specialiter Spiritum Sanctum accepimus, qui in sancta prænoscitur Trinitate tertia esse persona, pro eo quod a Patre Filioque, cum quibus unius essentiæ per omnia creditur, fidelibus condonetur. Quapropter quum dicitur donum donatoris et donator doni, relativum haud dubie declaratur, quod etiam de ipso vocabulo Spiritus Sancti inculpabiliter est credendum.

Matth. 28. v. 19.

Denique quia sanctæ Trinitatis, etsi non ut debuit, tamen quantum ipse donavit, hucusque mysterium confitendo digessimus, exinde, quæ de ipsa Trinitate persona susceperit carnem, pie et orthodoxe subsequiva serie pandimus. Unde licet inseparabilia sint opera Trinitatis, tamen fideliter profitemur, non tantum Fide cordis, sed et oris professione, quod non tota Trinitas susceperit carnem, sed solus Filius Dei, qui est ante sæcula, ex Dei Patris substantia

Joan. 1. v. 14. tia genitus, in fine sæculorum de Virgine Maria, Evangelio teste, enixus, qui ait: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Nam Gabriel Archangelus ad Mariam *Luca 1. v. 28.* Virginem cœlitus missus, ait: *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieres: ecce in utero concipies et paries filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel.* *Lib. 2. in Luc. Cap. 1. post init.* Cui quum Maria, ut ait S. Ambrosius, non [1] fidem renuens, non officium recusans, sed potius [2] accommodans effectum, spondens obsequium, neque de effectu dubitans, sed qualitatem ipsius quærens effectus, dixisset, *Luca ibid. 34.* *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognovi?* ab Angelo illi responsum est: *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Cujus nempe Angeli oraculum, dum Spiritum Sanctum superventurum in ea dicit, et virtutem Altissimi, qui est Dei Patris Filius, obumbraturum eam præmonuit, ejusdem Filii carni totam Trinitatem cooperatricem esse monstravit. Quæ scilicet Virgo sicut ante conceptionem obtinuit virginitatis pudorem, ita post partum nullam sensit integritatis corruptionem; nam virgo concepit, virgo peperit, et post partum incorruptelæ pudorem sine interceptione obtinuit. Cujus videlicet conceptionis aut partus mysterium, quia secundum pro- *Jerem. 31. v. 22.* phetale vaticinium, *Novum creatum est super terram*, ut femina illa singulariter absque virili coitu circumdaret virum, nulla potest ratione comprehendi, nullius oris affatu valet enuntiari. Ob hoc etenim Joannes Baptista cernue *Joan. 1. v. 27.* profitetur: *Ecce post me venturus est, qui ante me factus est, cujus non sum dignus, ut solvam corrigiam calceamenti.* Ac si diceret, corrigiam calceamenti Divinitatis calceatæ, quæ est ligatura mysterii, nequeo solvere, quia quomodo in virginali utero corporatum est Verbum, quomodo etiam idem Verbum caro factum animatum existat, nequaquam investigare sufficio. Pro qua re præcellentissimus *August.* fassus est Augustinus: Hic si ratio quæritur, non est mirabile, si exemplum poscitur, non est singulare. Ipse vero Dei Filius ab ingenito Patre genitus a vero verus, a perfecto perfectus, ab uno unus, a toto totus, Deus sine initio perfectum hominem de sancta et inviolata Maria semper Virgine assumsisse est manifestus. Cui etiam homini sicut perfectionem adscribimus, ita duas ei voluntates inesse, unam Divinitatis suæ, aliam humanitatis nostræ nihilominus credimus. Quod etiam per quatuor Evangelistarum ora-

[1] *Al.* fidem refutans.
[2] *Al.* accommodans affectum.

oracula ejusdem Redemtoris nostri affatu evidentissime declaratur: sic enim fassus est, dicens: *Mi Pater, si possibile est, transeat a me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Et iterum: *Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem ejus, qui misit me*: et reliqua. Quæ si de omnibus sanctarum Scripturarum codicibus maluerimus colligere, enormis voluminis telam nostri oris videbimur compaginare textrinio [a]. Quibus etiam allocutionibus demonstrat, suam voluntatem ad hominem retulisse se assumtum Patris ad Divinitatem [b], in qua est idem unus et æqualis cum Patre; quippe quantum ad Divinitatis attinet unitatem, non est alia voluntas Patris, alia Filii; una enim est voluntas, ubi una persistit Divinitas; quantum autem ad hominis naturam assumti, alia est voluntas Deitatis suæ, alia etiam humanitatis nostræ. Proinde in hoc quod ait: *Non sicut ego volo, sed sicut tu*, patule ostendit, non velle id fieri, quod voluntatis humanæ loquebatur affectus, sed propter quod ad terras Paterna voluntate descenderet. Cujus tamen Patris voluntas nequaquam contraria Filii voluntati existit, quia quibus est Divinitas una, non potest esse voluntas diversa, et ubi in natura nihil potest diversitatis accidere, ibi nihilominus enumerantur generaliter aliqua numerosa [c]. Igitur hujus voluntatis sanctæ vocabulum, quamvis per comparativam similitudinem Trinitatis, qua dicitur memoria, intelligentia, et voluntas, ad personam Sancti referatur Spiritus, secundum hoc autem quod ad se dicitur, substantialiter prædicatur. Nam voluntas Pater, voluntas Filius, voluntas Spiritus Sanctus, quemadmodum Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus, et multa alia similia, quæ secundum substantiam dici ab his, qui catholicæ Fidei cultores existunt, nulla ratione ambigitur. Et sicut est catholicum dici, Deum de Deo, lumen de lumine, lucem de luce, ita veræ Fidei est proba assertio, voluntatem dici de voluntate, sicut sapientiam de sapientia, essentiam de essentia; et veluti Deus Pater genuit Filium Deum, ita Pater voluntas genuit Filium voluntatem. Itaque quamquam secundum essentiam Pater voluntas, Filius voluntas, et

a Id est: *In immensum excresceret hic discursus.* Metaphora, a textura desumta.

b Hoc est: *Hominem a se assumtum retulisse suam voluntatem ad Divinitatem Patris.* Forte, antequam ab aliquo stupido antiquario corrumperetur, ita legebatur: *suam voluntatem retulisse hominem a se assumtum Patris ad Divinitatem.*

c Scilicet pluralitas personarum.

Spiritus Sanctus voluntas, non tamen secundum relativum unus esse credendus est; quoniam alius est Pater, qui refertur ad Filium, alius Filius, qui refertur ad Patrem, alius Spiritus Sanctus, qui pro eo quod de Patre Filioque procedit, ad Patrem Filiumque refertur, non aliud, sed alius; quia quibus est unum esse in Deitatis natura, his est in personarum distinctione specialis proprietas.

Philip. 2. v. 7. Quo circa idem Dei Filius, qui dum esset dives, *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*, in impassibilitate Deitatis consistente natura, spontanee in hominis suscepti est passus substantia, et pro nobis primæ [a] mortis sustinuit dura exitia, et qui nullius peccati noxæ obnoxius mansit, pro nostris peccatis crucis patibulum sponte moriturus ascendit: quique carnis et sanguinis nullum contagium habuit, in carne sua flagra pro nobis, colaphos, sputamenta, coronamque spineam sustulit, et effusione sui cruoris totum mundum a pædoribus abluit; ac ne potestatem mors secunda in Dei haberet electis, eam usquequaque impassibilis Divinitatis suæ jaculo perculit ac premit, dicente Propheta: *O mors! ero mors tua.* (*Osea 13. v. 14.*) Tartara penetravit in anima, et sanctorum animas, quas illic hostis vinctas tenebat, morsu potentiæ suæ exemit, ut prophetale vaticinium inquit: *O inferne! ero morsus tuus*: (*Ibid.*) qui etiam tertii diei diluculo ejusdem carnis, qua occubuerat, veritate resumta, discipulorum obtutibus claruit, eorumque corda nimio pavore concussa, præsentiæ suæ [1] exhibitione solavit, et coram Angelorum credentiumque frequentia sedem patriam repetivit, in qua nunc, sicut in veritate surrexit a mortuis, ad ejus dexteram sedens, sic exinde in fine sæculi venturus est judiciariæ potestatis diremtione a peccatoribus justos secernere, sanctis restituens pro bene gestis coronam, iniquis vero infinitæ damnationis [2] ignivomam pœnam: exemplum nobis sua resurrectione impendens, sicut ille vivificans nos, post duos dies die tertia vivus resurrexit a mortuis, sic nos etiam in hujus sæculi fine resurrecturos usquequaque credamus, non in aerea vel in fantasticæ visionis umbra, ut quorumdam improbanda opinio perstruit, sed in veridicæ carnis substantia, in qua nunc sumus et vivimus. Ac tempore judicii coram Christo et sanctis Angelis suis unusquisque referet corporis sui propria, prout gessit, sive bonum sive malum, recepturus ab eo

1 *Al.* exhibitione solidavit.

2 *Al.* ignominiosam pœnam.

[a] Ut excludat secundam, quæ est mors animæ.

eo aut pro piis actibus interminabilis beatitudinis regnum, aut pro suis sceleribus perpetuæ damnationis interitum.

Hujus etenim Fidei ecclesia sancta catholica, baptismatis aqua abluta, Christi sanguine pretioso redemta, quæ neque in Fide habet rugam, neque maculosi præfert operis notam, insignibus pollet, virtutibus claret, Sanctique Spiritus donis referta coruscat, quæ etiam cum Jesu Christo Domino nostro, capite suo, cujus corpus esse nequaquam ambigitur, est perenniter regnatura, atque omnes qui nunc in ea minime consistunt, sive constiterint, aut ab ea recesserunt, seu recesserint, aut peccata in ea relaxari diffidentiæ malo negaverint, nisi pœnitudinis ope ad eam redierint, et quæque Nicæna Synodo servanda decrevit, Constantinopolitanus conventus venerari instituit, Ephesini primi [a] concilii amplecti auctoritas sanxit, atque Chalcedonæ sanctorum Unanimitas, vel reliquorum conciliorum sive etiam omnium venerabilium Patrum in Fide sana recte viventium edicta custodire præcipiunt, absque aliquo dubietatis nævo non crediderit, perpetuæ damnationis sententia ulciscetur, atque in fine sæculi cum diabolo ejusque sociis ignivomis rogis cremabitur. *Quæ sequuntur, in cap. 37. de Exord. et epil. concil.* Sanctæ etenim.

CAP. XII.

In Concilio Toletano XVII. anno 694.

De regula Sanctæ Fidei.

Credimus in unum Deum, Patrem Omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine homo factus est: passus sub Pontio Pilato, et sepultus, tertia die resurrexit, [1] ascendit in coe-

[1] *Al.* ascendit ad cœlos.

[a] *Primi*; ut scilicet excludat Latrocinium Ephesinum contra S. Joannem Chrysostomum, habitum an. 449.

cœlos, sedet ad dexteram Patris, inde venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per Prophetas: in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, et vitam futuri sæculi. Amen. *Quæ sequuntur, in cap. 39. de Exord. et epil. concil.* Qua nostra.

CAP. XIII.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. cap. 3.

1 *Al.* Ex omnibus christianis de minimis usque ad maximos, omnes symbolum.

[1] Et omnes Christiani de minimis usque ad maximum, symbolum, et orationem Dominicam memoriter teneant. *Quæ sequuntur, in cap. 3. de Pœnitent. et Remiss.*

TIT. VII.

DE CANONICIS SACRÆ SCRIPTURÆ LIBRIS.

CAP. I.

Ex regula Fidei catholicæ Concilii Toletani I. canone 12.

Si quis dixerit vel crediderit, alias Scripturas [a] præter quas ecclesia catholica recipit, in auctoritate habendas, vel esse venerandas, anathema sit.

CAP. II.

Ex Epistola Leonis I. ad Turibium Asturicensem anno 447. cap. 13.

Contra id, quod Scripturarum scientiam subvertunt.

Tertiodecimo loco positum est, eosdem dicere, quod omne

[a] Priscillianus simul cum canonicis Scripturæ sanctæ libris, quos *in suos sensus allegorizando* vertebat, ut ait August. *de Hæres.* num. 70. omnes etiam apocryphas Scripturas admittebat.

omne corpus Scripturarum canonicarum sub Patriarcharum nominibus accipiendum sit; quia illæ duodecim virtutes, quæ reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis indicentur, sine qua scientia nullam animam posse assequi, ut in eam substantiam de qua prodiit, reformetur. Sed hanc impiam vanitatem despectui habet christiana sapientia, quæ novit veræ Deitatis inviolabilem, et inconvertibilem esse naturam, animam autem sive in corpore viventem, sive a corpore separatam, multis passionibus subjacere. Quæ utique, [1] si Divinæ esset essentiæ, nihil adversi posset incidere. [2] Et ideo ineffabiliter aliud creator est, aliud creatum. Ille enim semper idem est, et nulla varietate mutatur; hæc autem mutabilis est, etiam non mutata, quia ut non mutetur, [3] donatum poterit habere, non proprium. *Idem vide in cap. 6. de Anima hominis.*

1 *Al.* si de Divina esset essentia.
2 *Al.* ideo incomparabiliter.
3 *Al.* datum poterit.

CAP. III.

Ex eadem, cap. 15.

De apocryphis eorumdem [4] *Priscillianistarum* libris damnandis.

De qua re quintidecimi capituli sermo conqueritur, et præsumtionem diabolicam merito detestatur; quia et nos istud veracium testium relatione comperimus, et multos corruptissimos eorum codices [a], qui [5] canonici titularentur invenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne usquequaque sentirentur insuavia, quæ essent futura mortifera? Curandum ergo est, et sacerdotali diligentia maxime providendum, ut falsati codices et a sincera veritate discordes, in nullo usu lectionis habeantur. Apocryphæ autem Scripturæ [b], quæ sub nominibus Apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non [6] solum interdicendæ, sed etiam penitus auferendæ sunt, atque ignibus concremandæ. Quamvis enim sint in illis quædam, quæ videantur

4 Al. *Priscillianorum.*
5 *Al.* canonici titularum.
6 *Al.* solum intercidendæ.

a Inter impios a Priscilliano, vel ejus discipulis confictos codices, alter eorum dicebatur *Libra*, eo quod duodecim quæstionibus, quasi unciis constaret. Augustin. *contra mendac. ad Consent. cap.* 3. In quarum altera affirmabant, *occultandæ Religionis caussa esse mentiendum.* August. *ibid.* cap. 21. Unde sollemne erat apud eos, *Jura, perjura, secretum pandere noli.* August. *de Hæres.* cap. 70. Alter vero confictorum codicum erat: *Hymnus Domini, quem dixit secrete Sanctis Apostolis, discipulis suis, quia scriptum est in Evangelio*: Hymno dicto, ascendit in montem. August. *epist. ad Ceret. Episc.* *b* Vide Gelasii Decr. *de Canon. S. Script. libris.*

tur speciem habere pietatis, numquam tamen vacua sunt [1] venenis, et per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cujuscumque erroris involvant. Unde siquis episcoporum, vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt [2] emendatione corrupti, hæreticum se noverit judicandum; quoniam [3] qui alios ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat.

CAP. IV.

Ex eadem, cap. 16.

De Libro [4] *Dictinii*, tamquam conficto, damnato.

Postremo autem capitulo hoc prodidit justa querimonia, quod [5] Dictinii tractatus, quos secundum Priscilliani dogma conscripsit, a multis cum veneratione legerentur; quum si aliquid memoriæ [6] Dictinii tribuendum putant, reparationem [a] ejus magis debeant amare, quam lapsum. Non ergo [7] Dictinium, sed Priscillianum legunt, et illud probant, quod errans docuit, non quod [8] correctus elegit. Sed nemo hoc impune præsumat, nec inter catholicos censeatur, quisquis [9] utitur Scripturis, non ab ecclesia solummodo catholica, sed etiam a suo auctore damnatis. Non sit perversis liberum simulare, quod fingunt, [10] nec sub velamine nominis Christiani decretorum imperialium [b] statuta declinent. Ideo enim ad ecclesiam catholicam cum tanta cordis diversitate conveniunt, ut quos possunt, suos faciant, et legum severitatem, dum se nostros mentiuntur, effugiant. Faciunt hoc Priscillianistæ, faciunt hoc Manichæi, quorum cum istis tam fœderata sunt corda, ut solis nominibus discreti, sacrilegiis autem suis inveniantur uniti. Quia etsi vetus Testamentum, quod isti se suscipere simulant, Manichæi refutant, ad unum tamen finem utrorumque tendit intentio, quum quod isti recipiendo corrumpunt, illi abdicando impugnant. *Quæ sequuntur, in cap.* 2. *de Hæresi.* Inexecrabilibus.

1 *Al.* venenis, sed per.

2 *Al.* emendatione vitiati.

3 *Al.* qui alium ab

4 Al. *Dicticinii.*

5 *Al.* Dicticinii.

6 *Al.* Dicticinii.

7 *Al.* Dicticinium.

8 *Al.* correptus elegit.

9 *Al.* utitur scriptis.

10 *Al.* nec suo velamine.

[a] Dictinius Episcopus Asturicensis Priscillani hæresim quondam sequutus est, et libros in hæresis confirmationem edidit, dein tamen hæresim ejuravit et libros a se conscriptos damnavit. Vide cap. 1. *de Hæres. abjurat.* [b] Arcadii, Honorii, Theodosii, et Valentiniani *Leg.* 48. 59. *et* 65. *de Hæret. et Novel. un. Theod. et Valent. de Judæis, Samarit. Cod. Theodos.*

CAP.

CAP. V.

Damnantur confictæ a Priscilliano, et ejusdem discipulis, Scripturæ.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *can.* 17.

Si quis Scripturas, quas Priscillianus secundum suum depravavit errorem, vel tractatus Dictinii, quos ipse Dictinius, antequam converteretur, [1] scripsit, vel quæcumque hæreticorum scripta sub nomine Patriarcharum, Prophetarum, vel Apostolorum [2] suo errori [3] consona confixerunt, legit, et impia eorum figmenta sequitur, aut defendit, anathema sit.

1 *Al.* scripsit sub nomine.

2 *Al.* et suo errori.

3 *Al.* consona confixit.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 17.

4 *De Apocalypsin libro, in omnibus recipiendo*, sub excommunicationis pœna.

4 Al. *De Apocalypsis libro, ut teneatur, et quando legatur.*

Apocalypsis librum multorum conciliorum [a] auctoritas, et synodica sanctorum Præsulum Romanorum decreta [b] Joannis Evangelistæ esse perscribunt, et inter divinos libros 5 recipendum atque in ecclesia Dei prædicare contendunt. Si quis eum deinceps aut non receperit [c], aut a Pascha ad Pentecostem Missarum tempore in ecclesia non prædicaverit, excommunicationis sententiam habebit. *Eumdem vide in cap.30. de Missæ, et Offic. Eccles. celebr. rat.*

5 *Al.* recipiendum constituerunt, et quia plurimi sunt, qui ejus auctoritatem non recipiunt, eumque in ecclesia Dei prædicare contemnunt. Siquis.

a Præsertim Carthag. III. *can.* 2. *b* Innocent. I. in epist. ad Exuper. *cap.* 7. et Gelasii P. in decr. *de Canon. Sacr. Script. lib.* *c* Extiterunt nonnulli, qui Apocalypsin rejecerunt, ut testatur Eusebius lib 3. *Hist. Eccles.* lib. 3. cap. 24. et 25. lib. 7. cap. 25. edit. Vales. et inter hos, Græci præsertim, ut colligitur ex Syn. Laodic. *can.* 59. Gregor. Nazianz. *de Genuin. Script. divinit. inspir. libr.* et Cyrillo Hieros. *Catech.* 4.

LIBER II.

DE SACRAMENTIS.

TIT. I.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 37.

1 Al. *non baptizandis.*

De energumenis [1] *baptizandis*, et reconciliandis in vitæ exitu.

2 *Al. deest*: vero.

3 *Al.* hi publice.
4 *Al.* abstineantur.
5 *Al. deest* : a communione.

Eos, qui a spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet. Si [2] vero fideles fuerint, dandam eis esse communionem [a]. Prohibendum etiam ne lucernas [3] publice accendant [b]. Si facere contra interdictum voluerint, [4] abstineant [5] a communione.

CAP. II.

Ex eodem, *canone* 38.

Ut in necessitate et fideles baptizent.

6 *Al.* Loco peregre.

7 *Al.* proficere possit.

[6] Peregre navigantes, aut si ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita ut si supervixerit, ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem [7] perfici possit [c].

Eum-

a Energumeni, qui dum viverent, ab ecclesiæ communione arcebantur in *can.*29. Vide in cap. 2. *de Excommunicat.* in exitu tamen vitæ baptizabantur, si essent Gentiles; reconciliabantur, si baptizati. *b* Quum catechumeni lampadem accensam ad baptismum deferrent, energumeni prohibebantur; ne forte immundus spiritus lampadis illuminatione commotus, energumenum perturbaret. Persuasum est enim Patribus Illiberitanis (fateri cogimur) spiritus rebus sensibilibus moveri. Vide cap. 1. *de Eccles. et sanct. venerat.* *c* En totius canonis paraphrasin: *Decernimus, posse quemlibet fidelem, quamvis sit bigamus* (vel, uti fortassis legebatur: *Et si sit bigamus*) *qui balneum sive lavacrum suum domesticum integrum aut idoneum, hoc est, non effractum, habuerit, baptizare in domo sua, si ecclesia in proximo non fuerit, peregrinum catechumenum in periculo mortis constitutum, ita ut si post baptismum convaluerit, ad Episcopum mittat, Confirmationis sacramento perficiendum.* Huic obscurissimo canoni interpretando nonnihil lucis confert epitome a Dominico Mansi edita, quam post vulgatos Illiberitanos canones subjicit in *Collect. Max.* Card. de Aguirre; ubi ita legitur hic canon: *In necessitate bigamus, aut quilibet fidelis baptizet, et ab Episcopis confirmetur.*

Eumdem vide in cap. 2. de Peculiar. episcop. minister. et cap. 1. de Sacr. Confirm.

CAP. III.

Ex eodem, canone 39.

[1] *Ut Gentilibus desiderantibus manus imponatur.*

Gentiles [a], si in infirmitate desideraverint sibi [2] manus imponi [b], si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita [c], placuit eis manum imponi, et fieri christianos.

1 Al. *De Gentibus, si in discrimine baptizari expetunt.*
2 *Al.* manum imponi.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 48.

[3] *De baptizandis, ut nihil accipiant clerici*, neque hi baptizatorum pedes lavent.

3 Al. *De baptizatis, ut nihil accipiat clericus.*

Emendari placuit, ut hi qui baptizantur, ut fieri solebat, nummos in concham non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt [d] a sacerdotibus, [4] vel clericis. *Eumdem vide in cap. 1. de Simonia.*

4 *Al.* sed clericis.

CAP. V.

Ex eodem, canone 77.

De baptizatis a Diacono, *qui nondum* ab episcopo *confirmati moriuntur.*

Si quis diaconus regens plebem [e] sine episcopo vel presbytero, aliquos baptizaverit, episcopus eos per benedictionem [f] perficere debebit. Quod si ante [g] de sæculo [5] recesserit, sub fide, qua quis crediderit, poterit esse justus [h]. *Eumdem vide in cap. 3. de Pecul. episc. minist. cap. 1. de Diacon. et cap. 2. de Sacr. Confirmat.*

5 *Al.* recesserint.

a Hoc est: qui ex Gentilitate venerant ad Catechesim. *b Id est:* baptizari et confirmari. *c* Quo scilicet pateat, verum fuisse baptismi recipiendi desiderium. *d* Solebant baptizatorum pedes ablui, eo quod conspurcarentur, quum e balneo sive lavacro egrediebantur. *e* Parochi vices agens. *f* Sacramentum Confirmationis. *g* Inter Baptismum et Confirmationem. *h Hoc est:* Poterit sine confirmatione decedens, in diptycas defunctorum referri.

CAP. VI.

Ex regula Fidei catholicæ Concilii Toletani I. canone 18.

1 *Al.* Si quis in errore.
2 *Al.* aut aliud.
3 *Al.* in salubri.
4 *Al.* contra Fidem.

1 Si quis in his erroribus Priscilliani sectam sequitur, 2 vel profitetur aliud 3 in salutari baptismo 4 contra Sedem [a] S. Petri faciat, anathema sit.

CAP. VII.

Ex Epistola Leonis I. ad Turibium Asturicensem anno 447. cap. 9.

Contra id, quod filios repromissionis ex Spiritu Sancto dicunt esse conceptos, et non ex carnis semine cum peccati macula, quæ regenerationis lavacro diluitur.

5 *Al.* dicant esse.

6 *Al.* substantia *vel* subsistentia.

Nona autem annotatio manifestat, quod filios promissionis ex mulieribus quidem natos, sed ex Spiritu Sancto 5 dicunt esse conceptos, ne illa soboles, quæ de carnis semine nascitur, ad Dei conditionem pertinere videatur. Quod catholicæ Fidei repugnans atque contrarium est, quæ omnem hominem in corporis animæque 6 substantiam a conditore universitatis formari atque animari intra materna viscera confitetur, manente quidem illo peccati mortalitatisque contagio, quod in prolem a primo parente transcurrit, sed regenerationis sacramento subveniente, quo per Spiritum Sanctum promissionis filii renascuntur, non in utero carnis, sed in virtute baptismatis. Unde et David, qui utique erat promissionis filius, dicit ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me*. Et ad Hieremiam Dominus ait: *Priusquam te formarem in utero, novi te, et in vulva matris tuæ sanctificavi te*. Eumdem vide in cap. 7. de Deo uno, et creatore.

Psalm. 118. *v.* 76.
Jerem. 1. *v.* 5.

a Id est: Si in conferendo baptismo Priscilliani errores involvit, contra id quod tenet Ecclesia Romana.

CAP.

CAP. VIII.

Nemo nisi per baptismum ab originalis peccati labe purgatur.

Ex eadem, cap. 10.

Et quia per primi hominis prævaricationem tota humani generis propago vitiata sit, neminem posse a conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum, dicente Apostolo: *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus, non est servus, neque liber, non est masculus, neque femina: omnes enim unum estis in Christo Jesu.* Integrum vide in cap. 3. de Anima homin. et cap. 3. de Maleficio, Astrol. *Ad Galat. 3. v. 27.*

CAP. IX.

In baptismate necessaria est distincta trium Divinarum personarum enuntiatio.

Ex Epistola VIGILII PAPÆ *ad Profuturum Episcopum Bracharensem anno* 538. *cap.* 2.

De baptismo quoque sollemniter adimplendo, similiter quid apostolica vel sanxerit vel observet auctoritas, in subjectis tua caritas evidenter agnoscet. Illud autem novelli esse judicamus erroris, quod quum in fine Psalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur: *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto*, aliqui, sicut indicas, subducta una syllaba conjunctiva, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, dicendo: *Gloria Patri, et Filio, Spiritui Sancto*: quamvis ergo ipsa nos ratio evidenter edoceat, quia subducta una syllaba, personam Filii et Spiritus Sancti unam quodammodo esse designent, tamen ad errorem talium convincendum sufficit, quod Dominus Jesus Christus designans, in invocatione Trinitatis credentium debere baptisma celebrari, dixit: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* *Matth. ult. v. 19.* Ergo quum non dixerit: *In nomine Patris, et Filii, Spiritus Sancti*, sed æqualibus distinctionibus Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum jusserit nominari, constat,

 illos

illos omnino a doctrina Dominica deviare, qui aliquid huic voluerint confessioni derogare. Qui, si in errore permanserint, socii nobis esse non possunt. *Idem vide in cap. 7. de Summa Trinit. et in cap. 4. de Missæ, et Offic.*

CAP. X.

Ex eadem, cap. 6.

Baptismus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti conferendus est.

Si quis episcopus aut presbyter juxta præceptum Domini [a] non baptizaverit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, sed in una persona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus Patribus, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis, projiciatur de ecclesia Dei. *Idem vide in cap. 8. de Summa Trinit.*

CAP. XI.

Ex eadem, cap. 7.

Quod non debeat una mersio in baptismate, quasi in morte Domini, provenire.

[b] Si quis episcopus aut presbyter non trinam mersionem [c] unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit Dominus: *In morte mea baptizate*, sed, *Euntes, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.*

CAP. XII.

Ut antiquus baptizandi ritus, quem Bracharensis Ecclesia ab Apostolica Sede accepit, retineatur.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. cap. 5.

Item placuit, ut nullus eum baptizandi ordinem [1] præter-

[1] *Al.* prætermittant usum, quem.

[a] In Evangel. Matth. cap. ult. v. 19. [b] Caput hoc non extat in Collect. Card. de Aguirre, sed in Baluziana, uti notat Florez tom. 15. tract. 55. cap. 8. n. 24. *Hisp. Sacr.* [c] Quippe quæ generatim vigebat in ecclesia. *Can.* 49. Apost. Tertullian. *de Cor. Milit.* cap. 3. Auct. *de Cælesti Hierarch.* cap. *de Baptismo*, et Martinus Brach. epist. ad Bonif. apud Florez tom. 15. *Append.* qui hujus Vigilii epistolæ meminit. De utriusque tamen epistolæ, tam Vigilii, quam Martini identitate valde dubito.

termittat, quem et antea tenuit Metropolitana Bracharensis Ecclesia, et pro amputanda aliquorum dubietate, prædictus Profuturus Episcopus scriptum sibi et [1] directum a Sede beatissimi Apostoli Petri [a] suscepit.

1 *Al.* et sibi directum.

CAP. XIII.

Decedentibus sine baptismo neque commemoratio, neque sepultura conceditur.

Ex eodem, cap. 17.

Item placuit, ut catechumenis sine redemtione baptismi defunctis, simili modo [2] neque oblationis commemoratio, neque psallendi impendatur officium, nam et hoc per ignorantiam usurpatum est. *Eumdem vide in cap. 10. de Catechumen. et cap. 2. de Funerib.*

2 *Al.* non oblationis sanctæ commemoratio.

CAP. XIV.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 54.

De prægnantibus baptizandis.

Si qua mulier prægnans desideraverit gratiam baptismi percipere, quando voluerit, habeat potestatem; nam nihil in hoc participat mater infanti qui nascitur, propterea quod [3] unicuique propria [4] posse voluntas [b] in confessione [c] monstretur [d].

Can. 116. de Cons. d. 4. ex Neocæs. can. 6.

3 *Al.* uniuscujusque.
4 *Al. deest* posse.

CAP. XV.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 6.

[5] *De trina et simpla in baptismo mersione*, utraque sine piaculo usitanda.

5 Al. *De Baptismi Sacramento.*

De baptismi autem sacramento, propter quod in Hispaniis quidam sacerdotes trinam, quidam simplam mersionem faciunt [e], a nonnullis schisma esse conspicitur, et unitas Fidei scindi videtur; nam [6] dum Patres diverso et qua-

6 *Al.* dum partes diversæ in baptizandis aliqua contrario modo agunt, ab aliis non baptizatos.

a Vide supra cap. 9. 10. et 11. *b* Propositum. *c* In professione. *d* Monstrari possit, et debeat. *e* Etiam post epistolam Vigilii (qualis qualis sit) quæ non plenum effectum sortita fuisse videtur.

quasi contrario modo agunt, alii alios non baptizatos esse contendunt. Proinde quid a nobis [1] hac sacramenti [2] diversitate finiendum sit, apostolicæ Sedis informemur præceptis, non nostram, sed paternam institutionem sequentes. [3] Beatæ igitur memoriæ Gregorius Romanæ Ecclesiæ Pontifex, qui non solum partes Italiæ illustravit, sed et longe existentes ecclesias sua doctrina perdocuit, efflagitante sanctissimo Leandro Episcopo, de hac Hispaniæ diversitate quid potius esset sequendum, inter cetera rescribens ei [a], sic ait: *De trina vero mersione baptismatis nihil responderi verius potest, quam ipsi sensistis; quia in una Fide nihil officit sanctæ ecclesiæ consuetudo diversa. Nos autem quod tertio mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, ut dum tertio ab aquis infans educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod siquis forte etiam pro summæ Trinitatis veneratione existimet fieri, neque ad hoc aliquid obsistit baptizandum* [4] *semel in aquis mergere, quia dum in tribus subsistentiis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest, infantem* [5] *in baptismate, vel ter vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum Trinitas, et in una potest Divinitatis singularitas designari. Sed si nunc usque ab hæreticis infans in baptismate tertio mergebatur,* [6] *fiendum apud vos esse non censeo, ne dum mersiones numerant, Divinitatem dividant, dumque quod faciebant, faciunt, morem vestrum* [7] *se vicisse glorientur.* Quapropter quia de utroque sacramento, quod fit in sancto baptismo, a tanto viro reddita est ratio, quod utrumque rectum, utrumque irreprehensibile in sancta Dei ecclesia habeatur, propter vitandum autem schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis usum, simplam teneamus baptismi mersionem, ne videantur apud nos, qui tertio mergunt, hæreticorum [8] probare assertionem, dum sequuntur et morem. Et ne forte cuiquam sit dubium hujus simpli mysterium sacramenti, videat in eo [b] mortem et resurrectionem Christi significari, nam in aquis mersio, quasi in infernum descensio est, et rursus ab aquis emersio resurrectio est. Item videat, in eo unitatem Divinitatis et Trinitatem personarum ostendi: unitatem, dum semel [9] immer-

1 *Al. ante* sacramenti *deest*: hac.
2 *Al.* diversitate faciendum *vel* fiendum.
3 *Al.* Beatæ ergo.
Lib. 1. *epist.* 41. *Regest.*

De Cons. dist. 4. can. 80. *De trina.*

4 *Al.* semel in aquas.

5 *Al.* in baptismate in aquam.

6 *Al.* faciendum.

7 *Al.* se fecisse glorientur.

8 *Al.* approbare.

9 *Al.* mergimus... dum in nomine.

[a] Alcuinus, qui in epistola de *Baptisterio 70 apud Quercitanum*, quasi pro aris et focis pro sustinenda trina mersione, sed futilibus momentis ductus, decertat, non minus futili argumento fisus dubitat, an hujusmodi epistola Gregorii sit, an vero ab aliquo unicæ mersionis *sectæ auctore sub ejus nomine scripta sit.* In epist. præced. 69. apud Quercit. *ad Frat. Lugd.* [b] Rationes allegoricæ, quæ tunc temporis plurimum vigebant.

mergimus, Trinitatem, dum nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti baptizamus. Panditur hujus singularis [1] baptismatis mysterium etiam sacrarum [2] Scripturarum exemplis, Paulo Apostolo attestante: *Nolo, vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in* [3] *Mose baptizati sunt in nube et* [4] *mari.* Mare quippe rubrum significat baptismum, Christi sanguine consecratum, [5] per quem populus Dei semel transiit. Ubi tamen tota erat Trinitas, præcedente populum columna ignis et nubis. In igne quippe significatur Pater, in columna Filius, in nube Spiritus Sanctus. Jordanis quoque fluenta cum arca populus Dei semel transiit, per quod significatur simpla mersio baptismatis, cujus sacramento ecclesia abluitur, et de sæculi hujus laboribus per baptismum, quasi per Jordanem ad terram cœlestis repromissionis ingreditur [a].

1 *Al.* Baptismi.

2 *Al.* scripturarum sanctarum.
1. *Cor.* 10. *v.* 1.

3 Al. *Moyse.*
4 Al. *in mari.*

5 *Al.* per quod populus Dei sub columna ignis et nubis semel transiit.

TIT. II.

DE CATECHUMENIS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 4.

De eisdem sacerdotibus gentilium, *si catechumeni* [6] *adhuc immolant, quando baptizabuntur.*

6 Al. *adhuc mœchaverint, quando baptizentur.*

ITEM flamines, si fuerint catechumeni, et [7] se a sacrificiis [8] abstinuerunt, post triennii tempora placuit ad baptismum admitti debere.

7 *Al. deest:* se.

8 *Al.* abstinuerint.

CAP. II.

Ex eodem, canone 10.

De relicta catechumeni, si alterum duxerit, ut baptizari possit.

SI ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti. Hoc et circa feminas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit fidelis, quæ du-

a Totus pene canon eisdem verbis transcriptus est a Conc. Wormat. anno 668. *can.* 5. *de Baptismi Sacramento.*

1 *Al.* inculpatam reliquit, et scierit, eum habere uxorem, quam sine caussa.
2 *Al.* huic nec in fine dari communionem.

ducitur ab eo qui uxorem [1] inculpatam reliquit, et quum cluerit illum ab uxore, quam sine caussa reliquit, placuit, [2] hujusmodi in fine dari communionem [a]. *Eumdem vide in cap. 3. de Impedimento matrim.*

CAP. III.

Ex eodem, canone 11.

3 Al. *De catechumena, si graviter ægrotaverit.*

[3] *De relicta catechumeni, si graviter ægrotaverit.*

Intra quinquennii autem tempora catechumena [b], si graviter fuerit infirmata, dandum ei baptismum, placuit non denegari.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 42.

4 Al. *quando.*

De his qui ad Fidem veniunt, [4] *quomodo baptizentur.*

5 *Al.* temporum. *Vel deest utrumque.*

Eos qui ad primam credulitatis Fidem accedunt, si bonæ fuerint conversationis, intra biennium [5] temporis placuit ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente, coegerit ratio vel socio subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti.

CAP. V.

Ex eodem, canone 44.

6 Al. *convertantur.*

De meretricibus paganis illico admittendis, *si* postea conjugatæ [6] *convertuntur.*

Meretrix, quæ aliquando fuerit, et postea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter [c] placuit esse recipiendam.

a Subobscuri hujus canonis hæc videtur esse sententia: Si catechumeni utriusque sexus conjugem repudiaverint, et cum aliis contraxerint, illi baptizari possunt. Si fideles sint qui conjugem jam cognitam reliquerint, ambo in exitu vitæ reconcilientur. *b* Fortassis quæ maritum repudiaverit; catechumenis quippe biennium catechesis præscribitur in hoc concilio. Vide caput prox. seq. *c Hoc est*: Non est protrahenda catechesis ultra constitutum biennium; conjugium enim signum fuisse videtur conversionis.

CAP.

CAP. VI.

Ex eodem, canone 45.

De catechumenis, qui [1] *ecclesiam non frequentant*, ut baptizentur, si aliquis id eos desiderasse, testetur.

Qui aliquando fuerit catechumenus, per infinita tempora [a] et numquam ad ecclesiam accesserit, si eum de clero [2] quisquam agnoverit, voluisse esse christianum, aut testes aliqui extiterint fideles, placuit baptismum ei non negari [b], eo [3] quod in vetere homine deliquisse videatur.

1 *Al.* si ad ecclesiam.

2 *Al.* quisque cognoverit esse christianum.

3 *Al.* quod veterem hominem, vel in veterem hominem.

CAP. VII.

Ex eodem, canone 67.

De prohibendo sub excommunicationis pœna *conjugio catechumenæ feminæ* cum comicis.

Prohibendum, nequa fidelis, vel qua catechumena aut [4] comicos, aut viros scenicos habeat; quæcumque hoc [5] fecerit, a communione arceatur. *Eumdem vide in cap. 9. de Impedim. matrim.*

4 *Al.* comatos aut viros cinerarios.

5 *Al.* fecerint... arceantur.

CAP. VIII.

Ex eodem, canone 68.

De catechumena adultera, quæ filium necat, ut in fine vitæ baptizetur.

Catechumena, si per adulterium conceperit, et [6] conceptum necaverit, placuit, eam in fine baptizari [c]. *Eumdem vide in cap. 6. de Homicidio. et cap. 7. de Mœchia et Leno.*

6 *Al.* conceptum præfocaverit.

a Id est: Per plures annos ad ecclesiam minime accesserit. *b Hoc est*: Computandum esse ei peractæ prius catechesis tempus. *c Humanius autem* decrevit Syn. Ancyr. can. 21. *ut eis decem annorum tempus tribuatur.*

CAP. IX.

Ex eodem, canone 73.

De delatoribus, ut quorum caussa aliquis fuerit punitus, si fuerint catechumeni, post quinquennium ad baptismum admittantur.

* Can. 6. c. 5. q. 6.
1 Al. aliquis fidelium.
2 Al. placuit, nonnisi in fine.
3 Al. post quinquennium.

* Delator [a] si quis extiterit fidelis, et per delationem ejus 1 aliquis fuerit proscriptus [b] vel interfectus, 2 placuit, eum nec in fine accipere communionem. Si levior caussa fuerit [c], intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus, 3 post quinquennii tempora admittatur ad baptismum. *Eumdem vide in cap. 1. de Testib. et accusat.*

CAP. X.

Defunctis catechumenis oblationis commemoratio denegatur.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. cap. 17.

4 Al. non oblationis sanctæ commemoratio.

Item placuit, ut catechumenis sine redemtione baptismi defunctis, simili modo 4 neque oblationis commemoratio, neque psallendi impendatur officium, nam et hoc per ignorantiam usurpatum est [d]. *Eumdem vide in cap. 13. de Baptismo. et cap. 2. de Funerib.*

CAP. XI.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. can. 1.

Ut episcopus ambulet per Diœcesim suam, et ante viginti dies Paschæ catechumeni doceantur Symbolum.

* Can. 12. c. 10. q. 1.
5 Al. Diœceses euntes.
6 Al. et qualiter quæcumque... peragant.

* Placuit omnibus episcopis atque convenit, ut per singulas ecclesias episcopi per 5 Diœceses ambulantes, primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant, vel Missarum, 6 et quæcumque officia in ecclesia peragantur. Et si recte quidem invenerint, Deo gratias agant: si

a Falsus accusator. b Ad necem designatus vel descriptus. c Quæ scilicet leviorem pœnam meruerit. d Vide sis Chrysostom. homil. 3. in epist. ad Philip.

si autem minime, [1] docere debeant ignaros, et hoc modis omnibus præcipere, ut sicut antiqui canones [a] jubent, * ante viginti dies baptismi ad purgationem exorcismi [b] [2] catechumeni currant, in quibus viginti diebus omnino catechumeni symbolum, quod est *Credo in Deum, Patrem omnipotentem*, specialiter doceantur. *Integr. vide in cap. 2. de Visit. Episcop.*

1 *Al.* docere debent.

* De Cons. dist. 4. can. *Ante viginti.* 52.

2 *Al.* Catechumeni concurrant... quibus omnes catechumeni.

TIT. III

DE TEMPORE CELEBRANDI BAPTISMA.

CAP. I.

Ex Epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 2.

3 *Ut præterquam in Pascha, et Pentecoste, nisi in necessitate et periculo, baptismum non celebretur.*

3 *Al. Ut præter quam in Pascha et Pentecoste, baptismum non celebretur.* Cetera desunt.

Sequitur de diversis baptizandorum temporibus, prout unicuique libitum fuerit, improbabilis et emendanda confusio, quæ a nostris consacerdotibus (quod commoti dicimus) non * ratione auctoritatis alicujus, sed sola temeritate præsumitur, ut passim ac libere natalitiis Christi, seu apparitionis, necnon et Apostolorum, seu Martyrum festivitatibus innumeræ (ut asseris) plebes baptismi mysterium consequantur, quum hoc sibi privilegium et apud nos et apud omnes ecclesias Dominicum specialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat [c], quibus solis per annum diebus ad Fidem confluentibus generalia baptismatis tradi convenit sacramenta; [4] his dumtaxat electis, qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint, et exorcismis quotidianisque orationibus atque jejuniis fuerint expiati; quatenus apostolica illa impleatur præceptio: Ut *expurgato fermento veteri, nova incipiat esse conspersio.* Sicut sacram ergo Paschalem reverentiam in nullo dicimus esse minuendam, ita infantibus, [5] qui necdum loqui poterunt per ætatem, vel his quibus in qualibet necessitate opus fuerit, sacri unda baptismatis omni volumus celeritate succurri, ne ad nostrarum perniciem tendat animarum, si negato desiderantibus fonte salu-

* De Cons. dist. 4. can. *Non ratione.* 11.

4 *Al.* dumtaxat exceptis, qui.

1. *Cor.* 5. *v.* 7.

5 *Al* qui nondum loqui potuerint.

a Vide infra tit. prox. cap. 1. et 4. *b* Ut exorcismis expiet a dœmone catechumenum. *c* *Hoc est:* Reservet sibi hoc privilegium Dominicum Pascha, et Pentecostes.

lutari, exiens unusquisque de sæculo, et regnum perdat et vitam. Quicumque etiam discrimen naufragii, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguum, vel cujuslibet corporalis [1] ægritudinis desperationem inciderint, et sibi unico credulitatis auxilio poposcerint subveniri, eodem quo poscunt momento temporis, expetitæ regenerationis præmia consequantur. Hactenus erratum in hac parte, sufficiat; nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ Petræ, super quam Christus universalem construxit ecclesiam, soliditate divelli.

1 *Al.* ægritudinem desperationis.

Matth. 16. *v.* 18.

CAP. II.

Ex Concilio Gerundensi anno 517. canone 4.

Ut [2] in Pascha tantum, et Pentecoste [3] baptismus detur, exceptis his qui in langore consistunt.

2 Al. deest: *in.*
3 Al. *Baptismum.*

* De catechumenis baptizandis id statutum est, ut in Paschæ [4] sollemnitate vel Pentecostes, quanto majoris celebritatis major celebritas est, tanto magis ad baptizandum veniant [a]: ceteris sollemnitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari, quibus quocumque tempore convenit baptismum non negari.

* *Can.* 15. *de Cons. dist.* 4.
4 *Al.* sollemnitate vel Natalis Domini, quanto.

CAP. III.

Ex eodem, canone 5.

Ut unius diei infans, si in discrimine est, baptizetur.

De parvulis [5] vero, qui nuper [6] materno utero editi sunt, placuit constitui, ut si infirmi, ut assolet, fuerint, et lac maternum non appetunt, etiam eadem die qua nati sunt, [7] si oblati fuerint, baptizentur.

5 *Al. deest*: vero.
6 *Al.* e materno.
7 *Al.* si allati fuerint.

a Id est: Quia si quanto major festivitas est, major debeat esse sollemnitas, sive publicus festivitatis apparatus, eo magis ad baptismum ipso die suscipiendum convenire debent fideles.

CAP.

CAP. IV.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 49.

[1] *Non suscipi debere infantes ad baptismum, nisi ante tres septimanas Paschæ.*

[1] Al. *Non suscipi debere ante duas hebdomadas, sed ante tres, infantes ad baptismum.*

[*] Non liceat ante duas septimanas Paschæ, sed ante tres ad baptismum suscipere aliquem. Oportet autem in ipsis diebus, ut hi qui baptizandi sunt, symbolum discant, et quinta feria novissimæ septimanæ episcopo vel presbytero reddant [a].

[*] *Can. 59. de Cons. dist. 4. ex Laodic. can. 45. et 46.*

CAP. V.

Ex Concil. Toletano XVII. anno 694. can. 2.

[2] *De servandis*, sive obserandis annulo pontificio *ostiis baptisterii in initio Quadragesimæ* usque ad diem Cœnæ Domini, quod eo tempore, excepto gravissimo casu, usque ad Dominicam Resurrectionem conferri non possit baptismus.

[2] Al. *De observandis.*

Licet in initio quadragesimæ baptizandi generaliter claudatur mysterium, tamen ecclesiasticæ consuetudinis ordo deposcit, et necesse est, ut ostia baptisterii in eodem die pontificali manu annulo assignata claudantur, et usque in Cœnæ Domini sollemnitatem nullatenus reserentur, ob id videlicet, ut et per signaculum pontificum (excepto gravissimæ necessitatis obventu) in his diebus monstretur per totum orbem non licere fieri baptismum et sanctificationem; iterum episcopali ad eam observatione reserata [b], signetur Dominicæ patere mysterium resurrectionis, in quo ad vitam factus est aditus homini, ut quia per baptismum consepultus est in morte Christi, resurgat cum eo in gloria Dei. Quod quia in aliquibus ecclesiis minime hæc sancta consuetudo ab episcopis custoditur atque peragitur, ideo per hanc nostram sententiam sancimus atque decernimus, ut ita a totius Hispaniæ et Galliarum pontificibus custodiatur, quatenus in prædicto die, initii videlicet quadra-

[a] *Scilicet*: Coram episcopo vel presbytero symbolum quod didicerint, recitent.
[b] *Hoc est*: Iterum ad eam sanctificationem, per baptismum conferendam, reserata obseratione antea facta per episcopum, &c.

dragesimæ, et ostia sancti baptisterii cum laudum consummatione [a] claudantur, et ab episcopis suorum signaculo obsignentur, ita ut nisi in Cœnæ Domini celebritate, quando more solito Altaria debent devestiri [b], eadem debeant ostia reserari. Inconveniens etenim res est, ut illic in præmemoratis quadragesimæ diebus cunctis aditus pateat adeundi, ubi non licet debitum mysterium exerceri.

TIT. IV.

DE BAPTISMO NON ITERANDO.

CAP. I.

Ex Epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 1.

De Arianis non rebaptizandis.

PRIMA itaque paginæ tuæ fronte signasti, baptizatos ab impiis Arianis, plurimos ad Fidem catholicam festinare, et quosdam de fratribus nostris eosdem denuo baptizare *Ephes. 4. v. 5.* velle [c], quod non licet, quum hoc fieri et Apostolus vetet, et canones [d] contradicant, et post cassatum Ariminense concilium, missa ad provincias a venerandæ memoriæ prædecessore meo Liberio [e] generalia decreta prohibeant, quos nos cum Novatianis aliisque hæreticis, sicut est in Synodo [f] constitutum, per invocationem solam septiformis Spiritus, episcopalis manus impositione catholicorum conventui sociamus. Quod etiam totus oriens, occidensque custodit; a quo tramite vos quoque post hac minime convenit deviare, si non vultis a nostro Collegio Synodali separari sententia.

a Cum actione laudum; hac voce *consummatione* usurpata, quoniam laudes et gratiæ consummatis vel finitis rebus, agebantur. *b* Nudari; scilicet, ut lavari possent, cujus ritus meminit Isidorus de *Offic. Eccles.* lib. 1. cap. 28. *c* A Catholicis rebaptizandos esse hæreticos nonnulli quondam tradiderunt, veluti Agrippinus et Cyprianus Carthaginenses episcopi, et Firmilianus Cæsareæ in Cappadocia episcopus, et quamvis decreto Stephani, uti extat in epistola Cypriani ad Pompejum, multi paruerint, non defuerunt qui eamdem sententiam perficere propugnarint, inter quos S. Basilius in epistola canonica. *d* Carthag. I. *can.* 1. Arelat. I. *can.* 8.
e In epistola Liberii ad omnes episcopos, ut in irritum devocaret Ariminense concilium, a Tauro concilii præside corrupto an. 359. Quæ tamen sub ejus nomine circumfartur, commentitia plane est. *f* Nicæna can. 8. et 19.

CAP.

CAP. II.

Ex Epistola VIGILII PAPÆ *ad Profuturum Episcopum Bracharensem anno* 538. *cap.* 3.

De his, qui ab Arianis iterum baptizantur.

De his etiam, qui baptismatis gratia salutaris accepta, apud Arianos iterum baptizati, profundæ voraginis sunt morte demersi, quid per singulos ordines vel ætates antecessorum nostrorum decreta censuerunt, quæ multiplici sunt digesta ratione, e nostro scrinio [1] revelata capitula his subjecta direximus. In quibus tamen illud speciali caritate etiam convenit observari, ut quia pro peccatis plurimis ingentibus iniquitas ipsa surrexit, in æstimatione fraternitatis tuæ aliorumque pontificum per suas Diœceses relinquatur, ut si qualitas et pœnitentis devotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio sit vicina. Quorum tamen reconciliatio non per illam impositionem manus, quæ per invocationem Sancti Spiritus fit, operatur, sed per illam qua pœnitentiæ fructus acquiritur, et sanctæ communionis [2] restitutio perficitur.

1 *Al.* relevata.

2 *Al.* restitutione.

CAP. III.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. *canone* 9.

De his, qui rebaptizati sunt, quantum pœniteant.

De his qui [3] in prævaricatione [a] rebaptizati, sine aliqua necessitate [b] vel tormento delapsi sunt, placuit, ut circa eos illa Nicænæ synodi statuta [c] serventur, quæ de prævaricatoribus censita esse noscuntur, id est, ut septem annis inter catechumenos orent, et duobus inter catholicos, et postea moderatione et clementia episcopi fidelibus [4] in oblatione, et Eucharistia communicent. *Eumdem vide cap.4. de Hæresi.*

3 *Al.* in prævaricationem rebaptizati sunt.

4 *Al.* in oblatione Eucharistiæ.

a Arianorum. *b* Coactione. *c* Can. 11.

CAP.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 14.

De catholicis, ut cum rebaptizatis non conversentur.

Cum rebaptizatis fideles religiosi [a] nec in cibo participent. *Eumdem vide in cap. 6. de Haeresi.*

TIT. V.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 38.

Ut in necessitate et fideles baptizent; sed confirmationis sacramentum episcopus ministret.

1 *Al.* Loco peregre.

2 *Al.* proficere possit.

1 Peregre navigantes, aut si ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum; ita ut si supervixerit, ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem 2 perfici possit [b]. *Eumdem vide in cap. 2. de Pecul. Episc. minist. et cap. 2. de Sacrament. Baptism.*

CAP. II.

Ex eodem, canone 77.

De baptizatis a diacono, *qui nondum* ab episcopo *confirmati, moriuntur.*

3 *Al.* recesserint.

Si quis diaconus, regens plebem sine episcopo vel presbytero, aliquos baptizaverit; episcopus eos per benedictionem [c] perficere debebit. Quod si ante de saeculo 3 recesserit, sub fide qua quis crediderit, poterit esse justus. *Eumdem vi-*

a Scilicet: Fideles, qui veram religionem et pietatem sectantur. *b* Sacramento scilicet confirmationis. *c Hoc est*: Orationem quae impositioni manuum in sacramento confirmationis comitabatur.

vide in cap. 3. de Pecul. episc. minist. cap. 1. de Diacon. et cap. 5. de Sacram. Baptism.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. canone 20.

Neque diaconus chrismare præsumat, sed nec presbyter, nisi absente episcopo.

Statutum vero est, diaconum non chrismare, sed presbyterum, absente episcopo, præsente [1] vero, si ab ipso fuerit præceptum. *Eumdem vide in cap. 2. de Presbyt. et integrum in cap. 4. de Pecul. episc. minist. et cap. 2. de Diac.*

[1] *Al.* vero non nisi ab.

CAP. IV.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 52.

Non liceat presbyteros, præsente episcopo, nisi eo jubente, *chrismare.*

• Presbyter, præsente episcopo, non signet infantes, nisi forte ab episcopo fuerit illi præceptum. *Idem vide in cap. 8. de Pecul. episc. minist. et in cap. 6. de Presbyt.*

• *Can. 11. dist. 95. et can. 124 de Consi dist. 4. ex Tolet. I. ut supra.*

TIT. VI.

DE SACROSANCTO EUCHARISTIÆ SACRAMENTO.

CAP. I.

Ex Concilio Cæsaraugustano anno 380. can. 3.

Ut qui Eucharistiam in ecclesia accipit, et ibi eam [2] non sumit, anathematizetur.

[2] Al. *consumit.*

Item legit: Eucharistiæ gratiam, si quis probatur acceptam in ecclesia, non [3] sumsisse, anathema sit in perpetuum [a]. Ab universis episcopis dictum est: placet.

[3] *Al.* consumsisse.

[a] Propter Priscillianistas, qui ea fortassis abutebantur.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 13.

De his, qui in ecclesiam intrant, et non communicant, ut excommunicentur.

* *Can. 20. de Cons. dist. 2.*
1 *Al.* quod si non.
2 *Al.* non semper abstineant.

* De his qui intrant in ecclesiam, et deprehenduntur nunquam communicare [a], admoneantur; ut [1] si non communicant, ad pœnitentiam accedant; si communicant, [2] non super abstineantur [b]; si non fecerint, abstineantur [c].

CAP. III.

Ex eodem, canone 14.

De eo, qui acceperit Eucharistiam, et non sumserit, ut sacrilegus repellatur.

Si quis autem acceptam a sacerdote Eucharistiam non sumserit, velut sacrilegus propellatur.

CAP. IV.

Ut liceat clericis dumtaxat, intra sanctuarium communicare.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *cap.* 13.

Item placuit, ut intra Sanctuarium altaris ingredi ad communicandum non liceat laicis viris, vel mulieribus, nisi tantum clericis, sicut et antiquis canonibus [d] statutum est.

a Eucharistia participare. *b* A communicatione. *c* Omnino abstineant a communicatione. *d* Laodiceno can. 19.

CAP. V.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 55.

[1] *Quid in Altario offerre oportet*, scilicet panis, vinum, et aqua, et nihil aliud.

• Non oportet aliquid aliud [2] in Sanctuario offerri, præter panem, et vinum, et aquam, quæ in typo Christi benedicuntur, quia dum in cruce penderet, de corpore ejus effluxit sanguis et aqua; hæc tria unum sunt in Christo Jesu, hæc hostia et oblatio Dei in odorem suavitatis.

1 Al. *Quæ in Altari offerri oportet.*

• *Can.* 4. *de Cons. dist.*2. *ex Carthag.III. c.* 24.

2 *Al.* in sacramento offerri.

CAP. VI.

Ex eadem, cap. 83.

De his, qui intrantes ecclesiam, [3] *per nimiam luxuriam sacramento se abstinent*, ut excommunicentur.

• Si quis intrat [4] ecclesiam Dei, et sacras [5] Scripturas non audit, et pro luxuria [a] sua avertit se a communione sacramenti, et in observandis mysteriis declinat constitutam regulam disciplinæ, [6] istum talem projiciendum de ecclesia catholica esse, decernimus, donec pœnitentiam agat, et ostendat fructum pœnitentiæ suæ, ut possit [7] communionem, percepta indulgentia, promereri.

3 Al. *propter luxuriam.*

• *Can.*8.*de Cons. d.*2. *ex Antioch. can.* 2.

4 *Al.* in ecclesia.

5 *Al.* Scripturas audit.

6 *Al.* illum talem.

7 *Al.* communione percepta indulgentiam.

CAP. VII.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 18.

Quod post benedictionem populo datam, sic communicare debeant sacerdotes, in choro clerici, et populus extra chorum.

Nonnulli sacerdotes, post dictam orationem Dominicam, statim communicant, et postea benedictionem in populo dant, quod deinceps interdicimus; sed post oratio-

 nem

a In canone 2. Antiocheno ita legitur: *Pro quadam intemperantia.* Alias: *Secundum propriam disciplinam*; id est: ob aliquem errorem, mente conceptum.

1 *Al.* Dominicam, benedictio in populum.

2 *Al.* sacerdotes, et levitæ.

nem [1] Dominicam, et conjunctionem [a] panis et calicis, benedictio in populum sequatur, et tunc demum corporis et sanguinis Domini sacramentum sumatur [b]: eo videlicet ordine, ut [2] sacerdos, et levita ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus. *Eumdem vide in cap. 31. de Miss. et Offic.*

CAP. VIII.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. can. 11.

De elucidatione antiqui canonis, quo præcipitur, ut si quis acceptam a sacerdote Eucharistiam non sumserit, velut sacrilegus propellatur.

3 *Al.* relectus *vel* delectus est canon.

4 *Al.* et fidelis fideliter.

5 *Al.* infidelitate hæc.

Quum nihil in divino canone debeat esse confusum, nihil dubium, nihil etiam indiscretum, in collatione nostri cœtus [3] relatus est canon Toletani concilii primi [c], in quo præceptum est, ut si quis acceptam a sacerdote Eucharistiam non sumserit, velut sacrilegus propellatur, nec adjecta est ibi discretio voluntatum [d], quum et infidelis hæc et talia infideliter agat, [4] et fidelis fidenter accipiat, quod naturalis illum necessitas deglutire non sinat. Solet enim humanæ naturæ infirmitas in ipso mortis exitu prægravata, tanto siccitatis pondere deprimi, ut nullis ciborum illationibus refici, sed vix tantumdem illati delectetur poculi [e] gratia sustentari. Quod etiam in multorum exitu vidimus, quia optatum suis votis sacræ communionis expetentes viaticum, collatam sibi a sacerdote Eucharistiam rejecerunt, non quod [5] infidelitate hoc agerent, sed quod præter Dominici calicis haustum, traditam sibi non possent Eucharistiam deglutire. Non ergo hujusmodi a corpore ecclesiæ separandi sunt, qui talia non infidelitate sed necessitate fecerunt, præsertim hi de quibus nihil Fidei sinistræ sentitur. Placuit ergo definire, quod nec fideli officiat, nec infideli inultum existat. Quicumque ergo fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus Eucharistiam perceptam rejecerit, in nullo ecclesiasticæ damnationi subjaceat. Similiter nec illos cujusquam punitionis censura re- dar-

a Post immissionem particulæ panis sacrati in calicem. *b* Ita præscribitur in Ordinario Mozarabico. *c* Vide supra cap.3. *d* Intentionum. *e* Sub utraque enim specie Hispanus populus communicabat.

darguet, qui talia [1] tempore infantiæ [a] faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, [2] quid fecerint, ignorare videntur. Jam vero quicumque [3] aut de fidelium aut infidelium [b] numero, corpus Domini absque inevitabili, ut dictum est, infirmitate projecerit, si fidelis est, perpetua communione privetur; si infidelis, et verberibus subdatur, et perpetuo exilio relegetur. Quod si horum quilibet hujusmodi excessus digna pœnitentiæ satisfactione defleverit, post quinquennium [4] licitum erit, illum communioni pristinæ reformari.

1 *Al.* aut tempore.
2 *Al.* qui quod fecerint.
3 *Al.* aut infidelium.
4 *Al.* licebit illum.

TIT. VII.

DE MISSÆ ET OFFICII ECCLESIASTICI CELEBRANDI RATIONE.

CAP. I.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. canon. 7.

Ut Diœcesani clerici septimanas teneant, et die sabbato omnes in unum conveniant.

De diœcesanis ecclesiis vel clero id placuit definiri, ut presbyteri, vel diaconi, qui inibi constituti sunt, cum clericis septimanas observent; id est, ut presbyter unam faciat hebdomadam, qua expleta, succedat ei diaconus similiter; ea scilicet conditione servata, ut omnis clerus [5] die sabbato ad vesperam sit paratus, quo facilius die Dominico sollemnitas cum omnium præsentia celebretur; ita tamen, ut omnibus diebus Vesperas, et Matutinas celebrent [c], quia desistente clero [d], quod est pessimum, comperimus, in Basilicis nec luminaria ministrari [e]. Si qui sane negligentiæ vitio hæc implere noluerint, noverint se secundum statuta canonum [f] pro modo personarum canonicæ disciplinæ [6] subdendos. *Eumdem vide in cap. 4. de Resid. Cleric.*

5 *Al.* die sabbati.
6 *Al.* subeundos.

a Videtur tunc temporis traditam fuisse infantibus Eucharistiam. *b* Judæorum videlicet ficte conversorum ad Fidem, ex his fortasse, qui ex præscripto Reccesvinthi Leg. 16. tit. 12. lib. 12. *For. Jud.* Judaismum ejurarunt. *c Hæc videtur esse canonis sententia*: Quotidianum munus officii ecclesiastici recitandi, inter presbyteros et diaconos per hebdomadas, in omnibus Diœcesanis et urbanis ecclesiis dividatur; adsistente quoque clero Vesperis et Matutinis. Omnis tamen clerus integris Dominici diei officiis intersit, a Vesperis. *d* Absente. *e* Nec oblationes colligi, quæ ad lumina ecclesiarum sustinenda sufficiant. *f* Cap. 2. *de Resid. Cleric.*

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Gerundensi anno 517. *canone* 1.

1 Al. *officio ecclesiæ.*

Ut unaquæque provincia in [1] *officio ecclesiastico unum ordinem teneat.*

* Can. 31. de Cons. dist. 2.
2 *Al.* Ut institutio Missarum, sicut in Metropolitana Ecclesia agitur, ita &c.
3 *Al.* psallendo vel ministrando,

* 2 De institutione Missarum, ut quomodo in Metropolitana ecclesia fuerit, ita in Dei nomine [a] in omni Tarraconensi provincia, tam ipsius Missæ ordo, quam 3 psallendi vel ministrandi consuetudo servetur. *Eumdem vide in cap.* 6. *de Metropol.*

CAP. III.

Ex eodem, *canone* 10.

4 Al. *horis vespertinis.*

Ut omnibus diebus, 4 *Vespertinis et Matutinis* absolutis, *oratio Dominica dicatur.*

* Can. 14. de Cons. dist. 5.
5 *Al.* Ita nobis id semper placuit.
6 *Al.* Matutinas et Vesperas.

* 5 Ita nobis placuit, ut omnibus diebus post 6 Matutinas, et Vespertinas oratio Dominica [b] a sacerdote proferatur.

CAP. IV.

Ex Epistola VIGILII PAPÆ *ad Profuturum Episcopum Bracharensem anno* 538. *cap.* 2.

In fine cujuslibet psalmi dicendum : Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

De baptismo quoque sollemniter adimplendo, similiter quid apostolica vel sanxerit, vel observet auctoritas, in subjectis tua Caritas evidenter agnoscet. Illud autem novelli esse judicamus erroris, quod quum in fine psalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto* [c], aliqui, sicut indicas, subducta una syllaba conjunctiva, perfectum connantur minue-

a Hoc fortassis adjectum, quia Missarum sollemnia ab his vocibus inchoarent; uti reipsa incipiunt in Missali Mozarabico. *b* Ita fit in Officio Romano; at in Gothico prope finem Vesperarum et Laudum recitatur. *c* Hæc psalmorum conclusio nonnihil mutata est a Synod. Tolet. IV. Vide infra cap. 28.

nuere vocabulum Trinitatis, dicendo: *Gloria Patri, et Filio, Spiritui Sancto.* Quamvis ergo ipsa nos ratio evidenter edoceat, quia subducta una syllaba, personam Filii et Spiritus Sancti unam quodammodo esse designent, tamen ad errorem talium convincendum sufficit, quod Dominus Jesus Christus designans in invocatione Trinitatis credentium debere baptisma celebrari, dixit: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* (Matth. ult. v. 19.) Ergo quum non dixerit: *In nomine Patris, et Filii, Spiritus Sancti*, sed æqualibus distinctionibus Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum jusserit nominari, constat, illos omnino a doctrina Dominica deviare, qui aliquid huic voluerint confessioni [a] derogare. Qui si in errore permanserint, socii nobis esse non possunt. *Idem vide in cap. 7. de Sum. Trinit. et cap. 9. de Sacram. Baptismi.*

CAP. IV.

Ex eadem, cap. 5.

De Paschæ festivitate, precum ordine, ac Missarum sollemniis.

Pascha vero futurum nos, si Deus voluerit, [1] XI. Kalendarum Majarum [b] die celebraturos esse cognoscite. Ordinem quoque precum in celebritate Missarum nullo nos tempore, nulla festivitate significamus habere [2] divisum [c], sed semper eodem tenore oblata Deo munera consecrare. Quoties vero Paschalis, aut Ascensionis Domini, vel Pentecostes, et Epiphaniæ, Sanctorumque Dei fuerit agenda festivitas, singula capitula diebus apta subjungimus, quibus commemorationem sanctæ sollemnitatis, aut [3] eorum facimus, quorum natalitia celebramus [d]; cetera vero ordine consueto prosequimur [e]. Quapropter et ipsius canonicæ precis textum [f] direximus subter adjectum, quem Deo propitio ex apostolica traditione suscepimus [g]. Et ut Caritas tua cognoscat, quibus locis aliqua festivitatibus apta conne-

1 *Al.* X. Kalend.

2 *Al.* diversum, sed semper esse.

3 *Al.* eorum faciamus.

a Confesioni Fidei, seu glorificationi. *b* Juxta quod in syn. Nicæna constitutum fuerat, Pascha anno 538 non debuit incidere in diem 21. nec 22. Aprilis, sed in diem 4. ejusd. Aprilis. Vide cap. 8. *de Festis dieb.* *c* *Hoc est*: Nec ullo occurrente festo, diversus esse debet Rei Divinæ peragendæ modus. *d* *Hoc est*: Quoties Paschatis &c. aut Sanctorum festa celebrari contigerit, ordinario Missæ capitula, quæ ipsorum sunt propria festorum, mittimus inserenda. *e* *Id est*: Reliqua quæ hic notata non sint, consueto ordine celebrantur. *f* *Quasi diceret*: Ordinarium Missæ et Officii. *g* Uti dicitur cap. 13.

1 *Al.* simul *vel* sic adjecimus.

2 *Al.* Significamus.

nectes [a], Paschalis diei preces [1] similiter adjecimus. His igitur Fraternitatis tuæ inquisitionis responsis, Deum nostrum, quantum possumus, exoramus, ut omnibus catholicæ religionis ecclesiis circa universos, quos fideles sibi efficit, gratiæ suæ dona multiplicet, et ab omnibus insidiis spiritualis hostis atque carnalis cunctos populos suos redigere dignetur immunes. [2] Significatur etiam beatorum Apostolorum vel Martyrum, sicut speramus, sancto nos affectui tuo direxisse reliquias [b]; præsumentes, fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adjuvandam. *Partem vide in cap. 8. de Festis diebus.*

CAP. VI.

Ex Concilio Barcinonensi anno circiter 540. *canone* 1.

Ut psalmus quinquagesimus ante canticum dicatur [c].

CAP. VII.

Ex eodem, canone 2.

Ut benedictio in Matutinis fidelibus, sicut in Vespera, tribuatur [d].

CAP. VIII.

Ex Concilio Valentino anno 546. *canone* 1.

Ut Evangelium post Apostolum legatur.

3 *Al.* Dum ecclesiasticas regulas.
4 *Al.* hoc esse censuimus.

[3] Quum de ecclesiastica regula tractaremus, antiquos canones relegentes, inter cetera [4] hæc censuimus observandum, ut sacrosancta evangelia ante munerum illatio-

a Hoc est: Quibus in locis adnectenda sint, quæ aliquorum festorum sunt propria. *b Hoc est*: Speramus, te pio animi affectu accepturum esse reliquias Sanct. Apostolorum et Martyrum, quas tibi dirigimus. *c Hoc est*: Ut *Miserere* recitetur ante cantica; et ita tunc fieri consuevisse, colligitur ex Gregor. Turon. in *Vit. Patr.* cap. 5. Hodie, juxta Roman. Ritum, in feriali Offic. *Miserere* dicitur ad Laudum principium, canticum in medio. Secundum Ritum Gothicum, Laudes ab altero ex canticis incipiunt in pluribus per annum diebus, præsertim Dominicis; *Miserere* ad Matutinum recitatur; semper tamen ante canticum. *d* In Vesperis et Laudibus Officii Gothici dicitur precatio quædam, quæ Benedictio appellatur.

tionem [a], [1] vel Missam catechumenorum [b] in ordine lectionum [c] post [2] Apostolum legantur [d], quatenus salutaria præcepta Domini nostri Jesu Christi, vel [3] sermonem sacerdotis, non solum fideles, sed etiam catechumeni, ac pœnitentes, et omnes [4] qui ex diverso [e] sunt, audire licitum habeant. Sic enim Pontificum prædicatione audita, nonnullos ad Fidem adtractos evidenter scimus.

1 *Al.* vel in Missa.
2 *Al. deest*: Apostolum.
3 *Al.* sermones.
4 *Al.* qui e diverso.

CAP. IX.

Non licet feria quinta in Cœna Domini, Missam post cibum celebrare.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *can.* 16.

Si quis quinta feria Paschali, [5] quæ est Cœna Domini, hora legitima, post Noniam jejunus [6] in ecclesia Missas non tenet, sed secundum sectam Priscilliani, festivitatem ipsius [7] diei ab hora tertia per Missas defunctorum soluto jejunio colit [f], anathema sit.

5 *Al.* quæ vocatur Cœna.
6 *Al.* in ecclesiis.
7 *Al. deest*: diei.

CAP. X.

Unus oportet esse Officii Divini ordo.

Ex eodem, *cap.* 1.

[*] Placuit omnibus communi consensu, ut unus atque idem psallendi ordo in Matutinis vel Vespertinis Officiis teneatur, et non diversæ ac privatæ; [8] neque Monasteriorum consuetudines cum [9] ecclesiastica regula sint permixtæ [g].

* *Can.* 14. *dist.* 12.
8 *Al. deest*: neque.
9 *Al.* contra ecclesiasticas regulas.

a Exhibitionem oblationum: unde in Missali Mozarabico oratio illa, quæ dicitur *Illatio*; et respondet *Præfationi* Romani Ritus. *b Hoc est*: Antequam dimittantur catechumeni, vel finiatur Missa catechumenorum. *c* Inter ea quæ leguntur tamquam lectiones, seu institutiones. *d Hoc est*: Post epistolam secundam, ut communi more loquamur; ex novo Testamento, et ut plurimum ex epistolis S. Paulli deductam, uti fit in Officio Gothico. *e Id est*: Diversæ Religionis. *f* Præter Priscillianistas, qui quum verum Christi corpus, veramque fuisse ejus passionem et mortem negarent, diem, qua ecclesia ipsam Christi passionem et mortem colit, jejunio celebrandam esse, detrectabant: alii etiam pietatis et religionis colore, uti ipsius Christi exemplum imitantes, hac sola die post cibum Eucharistiam sumendam esse, dictitabant. August. *ad Januar.* cap. 7. quod quidem probasse videtur Syn. Carthag. III. can. 29. et Matiscon. II. can. 6. at reprobavit Syn. Trullana can. 29. *g* Distinct. Vide infra cap. 34.

CAP. XI.

Ex eodem, cap. 2.

Item placuit, ut per solemnium dierum vigilias vel Missas, omnes easdem et non diversas lectiones in ecclesia legant.

CAP. XII.

Ut eodem modo presbyteri, ac episcopi populum salutent.

Ex eodem, cap. 3.

Item placuit, ut non aliter episcopi, et aliter presbyteri populum, sed uno modo salutent [a], dicentes: *Dominus sit* [b] *vobiscum*, sicut in libro Ruth legitur; et ut [1] respondeatur: *Et cum spiritu tuo*, sicut et ab ipsis Apostolis [c] traditum, omnis retinet Oriens [d], et non sicut [2] Priscilliana pravitas permutavit. *Idem vide in cap. 4. de Presbyt.*

Ruth. 2. v. 4. et II. Paralip. 15. v. 2.
1 *Al.* respondeatur a populo.
2 *Al.* Priscilliana hæresis.

CAP. XIII.

Ut unus sit Rei Divinæ conficiendæ ritus in omnibus provinciæ ecclesiis.

Ex eodem, cap. 4.

Item placuit, ut eodem ordine Missæ celebrentur ab omnibus, [3] quem Profuturus [e], quondam hujus Metropolitanæ Ecclesiæ episcopus, ab ipsa apostolicæ Sedis auctoritate suscepit scriptum.

3 *Al.* quo *vel* quomodo Profuturus.

a Episcopi tamen nunc in prima ad populum conversione salutant his verbis: *Pax vobis*, quod Christus post resurrectionem discipulos hoc modo salutaverit. *Joan. 20. v. 19.* idem tamen significant hæc verba ac *Dominus vobiscum.* *b* Hic additur *semper* in Offic. Isidoriano. *c* De hac quippe salutatione loquitur auctor *de Cælest. Hierarch.* *d* Legendum aliqui putant: *Occidens*, quum in Oriente usitata esset hæc salutatio: *Pax vobis.* Bona lib. 2. cap. 5. n. 1. *e* Refertur ad epistolam VIGILII PAPÆ uti supra cap. 5. Cave tamen ne inferas, Romanum Ritum Bracharenses recepisse; id tantum Vigilium dixisse credendum est, quod non esset diversus pro sacerdotum arbitrio agendæ Rei Divinæ modus, sed omnes uno eodemque ordine sacra ecclesiæ celebrarent; sicuti in ecclesia Romana ex apostolica traditione usitabatur. Neque enim verosimile est, Patres Bracharenses acceptum a Romana ecclesia ritum transformare voluisse in Syn. Tolet. IV. Vide infra cap. 19.

CAP.

CAP. XIV.

Extra Scripturam sacram, nihil poëtice compositum in ecclesia legendum.

Ex eodem, cap. 12.

1 Item placuit, ut extra psalmos, vel canonicarum Scripturarum [a] novi et veteris Testamenti, nihil poëtice compositum in ecclesia psallatur, sicut et sancti præcipiunt canones [b].

1 *Al.* Item placuit, ut veteris Testamenti nihil... psallant.

CAP. XV.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. *can.* 10.

Ut presbyter post cibum non teneat Missam pro mortuis.

Placuit, ut quia per stultitiam præsumti nuper erroris, aut certe ex veteris Priscillianæ adhuc hæresis fœtore 2 corruptos cognovimus, quosdam presbyteros in hujus præsumtionis audacia 3 detineri, ut in Missa mortuorum, etiam post acceptum merum, 4 oblationem ausi sunt consecrare [c]. Ideoque hoc præfixæ evidentis sententiæ admonitione servetur, ut si quis presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac vesania fuerit 5 deprehensus, id est, ut non jejunus, sed quocumque jam cibo præsumto, oblationem 6 consecraverit, continuo ab officio suo privatus, a proprio deponatur episcopo.

2 *Al.* corrupto.

3 *Al.* retineri, ut Missas mortuorum.
4 *Al.* vel oblationem ausi.

5 *Al.* deprehensus, hoc est, non jejunus, sed quocumque cibo.
6 *Al.* consecraverit in Altari.

CAP. XVI.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 67.

De eo quod non liceat psalmos poeticos in ecclesia dicere, 7 vel libros apocryphos legere.

7 *Al.* et libros.

* Non oportet psalmos [d] compositos, et vulgares [e] in ecclesia dicere, neque libros, qui sunt extra canonem [f], legere, nisi solos canonicos novi et veteris Testamenti.

* *Ex Laodic. can.* 59.

a *Adde*: Libros. *b* Can. 59. Laodic. *c* Vide supra cap. 9. *d* Poemata. *e* A privatis hominibus compositos, et vulgo communes. *f* Catalogum ab ecclesia receptum.

CAP. XVII.

Ex eadem, cap. 68.

De eo, quod non liceat, super monumenta mortuorum [1] Missam tenere.

* Non oportet, clericos ignaros [2] et præsumtores super monumenta [3] in campo ministeria portare, aut distribuere sacramenta, sed aut in ecclesia, aut in basilica, ubi Martyrum reliquiæ sunt [4] depositæ, ibi pro defunctis oblationem offerre.

1 Al. *Missas.*

* *Can. 29. de Cons. dist. 1. Cap. Reg. Franc. lib. 6. num. 194.*
2 *Al. deest* : et.
3 *Al.* in campum mysteria.
4 *Al.* positæ... offerri.

CAP. XVIII.

Ex Concilio Toletano III. anno 589 canone 2.

[5] *De symbolo proferendo a populis in ecclesia.*

[6] Pro reverentia sanctissimæ Fidei, et propter corroborandas hominum invalidas mentes, consulto piissimi et gloriosissimi domini nostri Reccaredi Regis, sancta constituit Synodus, ut per omnes ecclesias Hispaniæ vel Gallæciæ, secundum formam Orientalium ecclesiarum [a], concilii Constantinopolitani, hoc est, centum quinquaginta episcoporum, symbolum Fidei recitetur, ut priusquam Dominica dicatur oratio, voce clara a populo decantetur [b]; quo et Fides vera manifestum testimonium habeat, et ad Christi corpus et sanguinem prælibandum pectora populorum Fide purificata accedant.

a Ab Imperatore Justino juniore instituta fuit consuetudo hæc, uti refert Chronic. Biclar. *b* Ex Officio Mozarabico bini et bini fideles ante Dominicam orationem idem symbolum recitare debeant.

5 Al. *Ut in omnibus ecclesiis die Dominica symbolum recitetur.*
6 *Al.* Pro reverentia et exaltatione sanctissimæ atque intemeratissimæ Christi Fidei, propter corroborandas et fulciendas hominum invalidas mentes, quæ frequenter, partim ignorantiæ vitio, quo naturaliter ab ipsis vitæ auspiciis nascimur obtenebrati, a via veritatis aberrare solent, partim educationis infelici corruptela depravatæ, nonnumquam quod recta ratio monet, et naturalis docet instinctus, et sequi veritatis puritas exhortatur, non sine gravi animæ dispendio despicantur. Hinc ubi anima rationalis nobile Dei plasma et egregium artificium Sanctissimæ Trinitatis habens in se vestigia, ad sui Creatoris amorem per veram intelligentiam deberet elevari, ignorantiæ tenebris obvoluta, ad hæresis pravitatem deflexa, sui Creatoris verum cultum deserit, diis alienis inserviens. His igitur incommodis occurrendi caussa, ut erroris nubes longe repellantur, et veritatis ac unicæ Fidei splendor illuceat, hominumque mentibus puritatis et viæ infallibilis pulchritudo inseratur, per quam totus animæ affectus in Deum suum elevetur, et illius rapta desiderio prudenti indagine oculorum acies ad lumen veritatis inextinguibile, quod Deus est, prorsus se convertat, sine cujus obtentu nihil aliud agit mens, quam cæcutire, quam aberrare, quam a felicitatis scopo dimoveri, consultu &c.

CAP.

CAP. XIX.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. canone 2.

Ut in fine cujusque psalmi, et per intervalla majorum GLORIA *dicatur.*

Hoc itaque definitum est, ut in psallendis ordinibus [a] per [b] quemque psalmum *Gloria* dicatur omnipotenti Deo; per [c] majores vero psalmos, prout fuerint prolixius [d], pausationes [e] fiant, et per quamque pausationem *Gloria* Trinitatis Domino decantetur.

CAP. XX.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 2.

De eodem *ordine in ministeriis vel officiis, in cunctis ecclesiis celebrando.*

Post rectæ Fidei confessionem, quæ in sancta Dei ecclesia prædicatur, placuit, [1] ut omnes sacerdotes, qui catholicæ Fidei unitate complectimur, [2] nihil ultra diversum aut dissonum in ecclesiasticis sacramentis agamus, ne quælibet nostra diversitas apud ignotos seu carnales [3] schismatis errorem videatur ostendere, et [4] multis existat in scandalum varietas ecclesiarum. [5] Unus igitur ordo orandi atque psallendi nobis per omnem Hispaniam atque [6] Galliam [f] conservetur, unus modus in Missarum sollemnitatibus, unus in Vespertinis, [7] Matutinisque officiis, nec diversa sit ultra in nobis ecclesiastica consuetudo, [8] qui in una Fide continemur, et regno; hoc enim et antiqui canones [g] decreverunt, ut unaquæque provincia et psallendi et ministrandi parem [9] consuetudinem contineat.

1 *Al. deest*: ut.
2 *Al.* ut nihil.
3 *Al.* schismaticis.
4 *Al.* multis extet.
5 *Al.* Unus ergo ... a nobis.
6 *Al.* Galliciam.
7 *Al. deest*: Matutinisque.
8 *Al.* quia in una.
9 *Al.* consuetudinem teneat.

a In psallendi ordine; in psalterio. *b* Post. *c* Inter. *d* Prolixiores. *e* Id etiam præscribitur in Officio Isidoriano; qui quidem ritus ab Orientali ecclesia desumtus proculdubio est, sicuti et recitatio symboli ante Dominicam orationem, ut supra cap. 18. Hymnorum prohibitio cap. 13. et 16 Inde colligas necesse est, ab Orientalibus potius quam a Romanis Hispanos nostros ritus ecclesiæ mutuasse. *f* Narbonensem, quæ Gallia Gothica dicebatur. *g* Vide sis supra cap. 2. 10. 13.

CAP.

CAP. XXI.

Ex eodem, canone. 7.

De celebrando officio in sexta feria ante festum *Paschæ.*

Comperimus, quod per nonnullas ecclesias in die sextæ feriæ passionis Domini, clausis basilicarum foribus, [1] nec celebratur officium [a], nec passio Domini populis prædicatur, dum idem Salvator noster Apostolis suis [2] præceperit, dicens: *Passionem, et mortem, et resurrectionem meam omnibus prædicate.* [3] Ideo oportet, eodem die mysterium crucis, quod ipse Dominus cunctis [4] nuntiandum voluit, prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce omnem [5] populum postulare [b], ut pœnitentiæ compunctione mundati, [6] venerabilem diem Dominicæ resurrectionis remissis iniquitatibus suscipere mereamur, corporisque ejus et sanguinis sacramentum [7] mundi a peccatis sumamus.

[1] *Al.* non celebratur.

Matth. 16. *v.* 15.

[2] *Al.* præcepit.

[3] *Al.* Ideoque.

[4] *Al.* anuntiandum

[5] *Al.* populum præstolari.

[6] *Al.* venerabile festum Dominicæ.

[7] *Al.* mundati a peccato.

CAP. XXII.

Ex eodem, canone 9.

De benedicendo Cereo, et Lucerna in vigiliis Paschæ.

Lucerna, et Cereus [8] in prævigiliis Paschæ apud quasdam ecclesias [9] non benedicuntur, et cur a nobis benedicantur, inquirunt [c]. Propter [10] gloriosum enim noctis ipsius sacramentum solemniter hæc benedicimus, ut sacræ resurrectionis [11] Christi mysterium, quod tempore hujus votivæ noctis [12] advenit, in benedictione sanctificati luminis suscipiamus. Et quia hæc observatio per multarum loca terrarum regionesque Hispaniæ in ecclesiis commendatur, [13] dignum est, ut propter unitatem pacis [14] in Gallicanis [d] ecclesiis conservetur. Nulli autem impune erit, qui hæc [15] statuta contemserit, sed Patrum regulis [e] subjacebit.

[8] *Al.* infra vigilias apud quasdam.

[9] *Al.* non benedicitur.

[10] *Al.* gloriosissimum.

[11] *Al.* Christi ministerium.

[12] *Al.* advenit benedictione.

[13] *Al.* dignum est, propter.

[14] *Al.* in Gallæcianis.

[15] *Al. deest*: statuta.

[a] Idem mos obtinuerat in Gallia; unde in libris Liturgicis Gallicis nullæ ad Missam preces pro hac die assignantur. Eadem quoque consuetudo in ecclesia Romana viguit, ut ait Innocent. I. *Epist. ad Decent.* cap. 4.

[b] Quo circa in Breviario Gothico Card. Ximenii, pro hac die hæc inscribitur rubrica: *Ad Nonam pro Indulgentia*; et diaconus jubetur primo trecentis vicibus, dein ducentis, inde non plus quam centum, et postremo item non plus quam centum vicibus indulgentiam postulare. Eadem præter propter indulgentiæ postulatio præscribitur in Missali ejusdem Card. [c] In Missali Gothico præscribitur quoque Lucernæ et Cerei benedictio, cujus quidem lucernæ benedictionis preces eædem sunt, quas tamquam a S. Isidoro concinnatas, refert Eligandus in epist. ad Alcuinum. [d] Ecclesiis Galliæ Narbonensis. [e] Pœnis a Patribus in canonibus statutis.

CAP. XXIII.

Ex eodem, canone 10.

De Dominica oratione quotidie a clericis, sub depositionis pœna, *patenter pronuntianda.*

Nonnulli [1] sacerdotes per Hispanias reperiuntur, qui Dominicam orationem, quam Salvator noster docuit et præcepit, non quotidie, sed tantum die Dominica dicunt. Et quia, ut sine intermissione oremus, Apostolus docuit; qualiter autem oremus, Christus præcipit, dicens: [2] *Quum oratis dicite*: *Pater noster qui es in cœlis.* Quomodo ergo quotidie non dicitur, quod sine intermissione dici jubetur? Nam in tantum quotidie hæc oratio [3] dicenda est, quantum et ipso titulo utitur, dum vocatur oratio quotidiana; [4] sic enim sancti Patres nuncupaverunt. Quod etiam apud Doctores, [5] quorum doctrina illustris est, invenitur. Sanctus quippe Cyprianus dicit: Itaque in oratione Dominica panem nostrum, id est, Christum dari nobis, quotidie petimus; ut qui in Christo manemus et vivimus, a sanctificatione et corpore ejus non recedamus. Sanctus Hilarius dicit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Quid enim tam vult Deus, quam ut quotidie Christus habitet in nobis, qui est panis vitæ et panis e cœlo? Et quia quotidiana oratio est, quotidie quoque, ut detur, oratur. Sanctus Augustinus dicit: *De quotidianis autem [6] brevibus peccatis, sine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit*; *eorum est enim dicere*: Pater noster qui es in cœlis, *qui jam Patri tali regenerati sunt ex aqua*, [7] *et spiritu. Delet igitur hæc quotidiana oratio [8] minima quotidiana peccata*; *delet et illa, a quibus vita fidelium etiam scelerate gesta, pœnitendo in melius [9] redacta discedit.* Ergo sicut Christus præcepit, sicut [10] Apostolus admonuit, et quemadmodum Doctores ecclesiastici instituerunt, quia quotidie vel cogitatione, vel verbo, [11] vel opere delinquimus, quotidie hanc orationem effundere in conspectu Dei debemus [a]. Quisquis ergo sacerdotum vel subjacentium [b] clericorum hanc orationem Dominicam quotidie aut in publico, aut in privato officio

1 *Al.* sacerdotum in Hispaniis.

2 Al. *Quum autem.* 1. *Thess.* 5. *v.* 17. *Matth.* 6. *v.* 9.

3 *Al.* dicenda est, ut etiam ipso titulo utatur.

4 *Al.* sic eam Sancti Patres.

5 *Al.* quorum in sacris doctrina.

Serm. de Orat. Dom.

In Enchir. ad Laur. cap. 70.

6 Al. *brevibus levibusque peccatis.*

7 Al. *et Spiritu Sancto. Delet ergo.* Vel: *Delet omnino hæc.*

8 Al. *minima, et quotidiana.*

9 Al. *mutata discedit.*

10 *Al.* Apostolus monuit.

11 *Al. deest* vel opere.

a Vide sis supra cap. 3. b Clericorum, qui subjacent vel subsunt, aut inferiores sunt presbyteris.

cio præterierit [a], propter superbiam judicatus, ordinis sui [1] honore multetur [b].

1 *Al.* honore privetur.

CAP. XXIV.

Ex eodem canone 11.

De non cantando in Quadragesima ALLELUJA a clericis, sub depositionis pœna, et privationis a communione ejusdem Paschæ.

Item cognovimus, quosdam Hispaniæ sacerdotes, qui [2] in Quadragesimæ diebus *Alleluja* [c] decantant [d], præter in ultima hebdomada Paschæ, quod deinceps interdicimus fieri; statuentes, ut in omnibus prædictis Quadragesimæ diebus, quia tempus est non gaudii sed mœroris, *Alleluja* [3] non decantetur [e]. Tunc enim opus est, fletibus ac jejuniis insistere, corpus cilicio et cinere inducere, animum mœroribus dejicere, gaudium in tristitiam vertere, [4] quousque veniat tempus resurrectionis Christi, quando [5] oportet *Alleluja* in lætitia canere, et mœrorem in gaudium commutare. Hoc enim ecclesiæ universalis consensio in cunctis terrarum partibus roboravit. Quod et a nobis omnibus, ut conservetur per Hispanias [6] Galliasque provincias, oportebit. In [7] temporibus quoque reliquis, id est, kalendis [8] Januariis, quæ propter errorem Gentilitatis aguntur, omnino *alleluja* [9] non decantetur [f]. In quibus etiam præter piscem et olus, [10] sicuti in aliis quadraginta [11] diebus, a ceteris carnibus abstinetur, et a quibusdam [12] nec vinum bibitur. [13] Si quis igitur episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ex ordine clericorum fuerit repertus, qui arbitrium suum huic constitutioni [14] existimet præferendum, or-

2 *Al.* quod in Quadragesima.
3 *Al.* ideo non decantetur.
4 *Al.* quousque veniet.
5 *Al.* oporteat jam alleluja.
6 *Al.* Galliciasque.
7 *Al.* temporibus vero.
8 *Al.* Januarii.
9 *Al.* non decantabitur.
10 *Al.* sicut et in illis.
11 *Al.* diebus ceteris.
12 *Al.* etiam nec vinum.
13 *Al.* Si quis ergo.
14 *Al.* æstimet.

a Unde in officio Mozarabico omnibus horis oratio Dominica præcedit, et prope finem omnium horarum publica voce recitatur, et ad unamquamque petitionem respondetur: *Amen.* *b* Privetur. *c* *Alleluja* significat: *Laudate Deum*, idque cum animi jubilo, uti est hujus vocis apud Hebræos usurpatio, et in Apocalypsi cap. 19. *d* Ecclesia quippe Romana extra Pentecosten *alleluja* decantabat, uti refert S. Gregor. M. lib. 7. epist. 63. qui quidem mos exinde in nostræ Hispaniæ ecclesias fortassis inductus est. *e* Unde Mozarabes post cantatum in utrisque Vesperis, et Laudibus Dominicæ I. Quadragesimæ Hymnum *Allelujaticum*, et repetito *alleluja* in *Lauda*, cessat prorsus usus *alleluja* usque ad Vesperas Sabbati Sancti, quod ibidem notatur sub hac Rubrica: *Hic clauditur alleluja.* Quadragesima enim vel jejunia quadragesimæ, uti colligitur ex precibus pro Missa in capite jejunii apud hodiernum Missale Gothicum præscriptis, incipiebant a feria secunda post præfatam Dominicam primam, quæ appellabatur tunc: *Dominica ante carnes tollendas.* *f* In tribus diebus jejuniorum, quæ apud Mozarabes ante Epiphaniam celebrantur, et dicuntur *jejunia kalendarum Januarii*, sicut et in aliis jejunii diebus per annum, *alleluja* canitur ad *Lauda.*

ordinis sui officio carere cogatur, [1] et a communione ejusdem Paschæ privetur. *Partem vide in cap. 12. de Jejun.*

[1] *Al.* et communione.

CAP. XXV.

Ex eodem, *canone* 12.

Quod Laudes non mox Apostolum, sed post Evangelium sint dicendæ, idque sub excommunicationis pœna.

In quibusdam quoque Hispaniarum ecclessiis Laudes post Apostolum decantantur, priusquam Evangelium prædicetur, dum canones [a] [2] præcipiunt, post Apostolum, non Laudes, sed Evangelium annuntiari. Præsumtio est enim, ut antea ponantur ea, quæ sequi [3] debent. Nam Laudes ideo Evangelium sequuntur, propter gloriam Christi, quæ per idem Evangelium prædicatur. Circa omnes igitur sacerdotes hic ordo deinceps retineatur [b], excommunicationis pœnam suscepturi, qui hunc ordinem perturbaverint.

[2] *Al.* præcipiant.

[3] *Al.* debeant.

CAP. XXVI.

Ex eodem, *canone* 13.

De non renuendo pronuntiare Hymnos, sub excommunicationis pœna.

* De Hymnis etiam canendis, et Salvatoris et Apostolorum habemus exemplum, nam et ipse Dominus Hymnum dixisse, perhibetur, Matthæo Evangelista testante: *Et Hymno dicto, exierunt in montem Oliveti.* Et Paulus Apostolus ad Ephesios scripsit, dicens: [4] *Implemini spiritu, loquentes vos in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus.* [5] Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei, atque Apostolorum et Martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi quos beatissimi Doctores Hilarius atque Ambrosius [c] ediderunt, quos tamen quidam spe-

* *Can. 54. de Cons. dist. 1.*

Cap. 26. v. 30.
Cap. 5. v. 18.

[4] Al. *Implemini Spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis.*

[5] *Al.* et quia a nonnullis.

[a] Vide sis supra cap. 8. [b] Præter *Lauda*, quo frequenter utitur Breviarium Mozarabicum, in eodem Missali præscribitur recitari *Lauda* post Evangelium, quod quidem ab *alleluja* incipit, et sequitur versiculus, ex Palmis ut plurimum desumtus, festivitati accommodatus, atque altero *alleluja* finitur. Respondet Graduali Officii Romani. [c] S. Ambrosio tribuit hymnum: *Deus creator omnium, polique rector*, S. Augustinus lib. 2. Confess. cap. 12. *Æterne rerum conditor, noctem diemque.* lib. 1. Retract. cap. 21. *Jam surgit hora tertia, qua Christus.* lib. de Natura et gratia cap. 62.

specialiter reprobant [a], pro eo quod de Scripturis sanctorum Canonum, vel apostolica traditione non existunt. Respuant ergo et illum Hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico privatoque officio in fine omnium Psalmorum dicimus: *Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amen.* Nam et ille Hymnus, quem nato in carne Christo, Angeli cecinerunt: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis* [b], [1] reliqua, quæ ibi sequuntur, ecclesiastici Doctores [c] composuerunt. [2] Ergo nec idem in ecclesiis canendus est, quia in Scripturarum sanctarum libris non [3] invenitur. [4] Componuntur ergo hymni, sicut componuntur Missæ, sive preces, vel orationes, sive commendationes [d], seu manus impositiones [e], ex quibus si [5] nulla dicantur in ecclesia, vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Timotheum Apostolus, dicens: [6] *Obsecro igitur, primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, et pro omnibus, qui in sublimitate sunt.* [7] Sicut igitur orationes, ita hymnos in laudem Dei compositos, [8] nullus vestrum ulterius improbet, sed pari modo [9] Gallia Hispaniaque celebret: excommunicatione plectendi, qui hymnos rejicere fuerint ausi.

Lucæ 2. v. 14.

1 *Al.* reliquaque, quæ.
2 *Al.* Ergo nec ipsi in ecclesiis canendi sunt.
3 *Al.* inveniuntur.
4 *Al.* componuntur Missæ, sive preces.
5 *Al.* nulla decantentur in ecclesia.

Epist 1. cap. 2. v. 1.
6 Al. *Obsecro ergo primo omnium fieri orationes, postulationes.*
7 *Al.* Sicut ergo orationes, ita et Hymnos.
8 *Al.* nullus nostrum.
9 *Al.* Gallicia Hispaniaque celebrent.

CAP. XXVII.

Ex eodem, canone 14.

De Hymno trium puerorum, in cunctis Missarum sollemnibus decantando, sub excommunicationis pœna.

Hymnum [f] quoque trium puerorum, in quo universa cœli terræque creatura [10] Dominum collaudat, et quem ecclesia catholica per totum orbem diffusa celebrat, quidam sacerdotes in Missa Dominicorum dierum, et in sollemnitatibus Martyrum [g] canere negligunt. [11] Proinde hoc sanctum concilium instituit, ut per omnes ecclesias Hispaniæ

10 *Al.* Deum.

11 *Al.* Proinde sanctum.

a Reprobavit Syn. Brach. I. cap. 12. uti supra cap. 14. Reprobavit quoque Paullus Somosatenus; atque eos adhuc respuit ecclesia Lugdunensis, atque etiam Viennensis in Gallia; apud Græcos itidem nulli canuntur hymni, neque apud veteres Orientis Monachos auditi sunt. *b* Quem quidem Mozarabes quoque inter Missarum sollemnia canunt. *c* S. Hilario Pictaviensi generatim tribuuntur. *d* Preces pro defunctis. *e* Precationes pro sacramentorum administratione. *f* Hymnus dicitur, eo quod sit canticum, quod ad laudes Dei præcinendas a tribus pueris in Babylonis fornace prolatus fuerit. *g* Juxta Romanum Ritum tantummodo canitur in epitomen redactus, in Sabbatis quatuor Temp. post ultimam prophetiam.

niæ vel [1] Galliæ in omnium Missarum sollemnitate idem [2] in pulpito [a] decantetur [b] communionem amissuri, [3] qui et antiquam hujus hymni consuetudinem, nostramque diffinitionem excesserint.

1 *Al.* Galliciæ.
2 *Al.* in publico decantetur.
3 *Al.* qui antiquam.

CAP. XXVIII.

Ex eodem, canone 15.

Quod in fine Psalmorum Gloria et honor Deo sit dicendum, sub excommunicationis pœna.

In fine Psalmorum [c], non sicut a quibusdam hucusque *Gloria Patri*, [d] *sed Gloria et honor Patri* [e] dicatur; David Propheta dicente: *Afferte Domino gloriam et honorem.* Et Joannes Evangelista in Apocalypsi: *Audivi vocem cœlestis exercitus, dicentem: Honor et gloria Deo nostro, sedenti in throno.* Ac per hoc hæc duo sic oportet in terris dici, sicut in cœlis resonant. [4] Universis igitur ecclesiasticis hanc [5] observantiam damus [f], quam quisquis præterierit, communionis jacturam [g] habebit.

Psalm. 28. *v.* 2.
Cap. 5. *v.* 13.
4 *Al.* Universis ergo.
5 *Al.* observationem.

CAP. XXIX.

Ex eodem, canone 16.

De discretione Gloriæ in fine Responsoriorum in festis, in jejuniis vero per principii repetitionem.

Sunt quidam, qui in fine responsoriorum *Gloria* non dicunt, propter quod interdum [6] inconvenienter consonat. Sed hæc est discretio, ut in lætis sequatur *Gloria*, in tristioribus repetatur principium [h].

6 *Al.* inconvenientes resonat.

a Locus superior, qui *Ambo* etiam dicebatur, unde apud nos *Pulpito* appellatus cathedra concionatoria. *b* Juxta hodiernum Isidorianum Ritum canitur inter veteris et novi Testamenti lectionem, sed in epitomen redactum, et extat cum musicæ notis in Missali Card. Ximenii in: *Omnium offerentium*, quod est veluti Ordinarium Missæ.

c Hujusmodi ratio absolvendi psalmos ex eo forte provenit, quod aliquorum finis sit: *Amen, Amen*, quod latine redditur: *fiat, fiat.* *d* Ita canebatur Romæ, in Oriente, in Africa, et Italia, addito: *Sicut erat* &c. eisdem prorsus verbis, quibus nunc in Officio Romano, testante Conc. Vasensi II. cap. 5. *e* In Officio Mozarabico dicitur: *Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto in secula seculorum. Amen.*; quæ quidem ratio Deum glorificandi audita jam fuerat in Conc. Tolet. III. in ejurat. hæresis ab episcopis et optimatibus prolata. Vide sis cap. 3. de *Heres. ejurat.* *f* Hoc observari præcipimus. *g* Amissionem. *h* Apud Mozarabes in pluribus per annum antiphonis, responsoriis, Sonis, et *Lauda* repetitur in fine secundus versiculus, præcedente *Gloria et honor*; quæ quidem glorificatio omittitur a Nona fer. 2. post Dominicam quartam Quadragesimæ usque ad vesperas Sabbati Sancti, excepto primo sono fer. VI. in Parasceve, in quo dicitur: *Gloria et honor*. In Officio Romano, a Dominica in Passione ad diem Paschæ, loco *Gloriæ*, repetitur principium responsorii.

CAP. XXX.

Ex eodem, canone 17.

1 Al. *De Apocalypsis libro, ut teneatur, et quando legatur.*

[1] *De Apocalypsis libro, in omnibus recipiendo*, et inter Pascha et Pentecosten in ecclesia recitando, sub excommunicationis pœna.

Apocalypsin librum multorum conciliorum auctoritas, et Synodica Sanctorum Præsulum Romanorum Decreta Joannis Evangelistæ esse præscribunt, et inter Divinos libros [2] recipiendum, atque in ecclesia Dei prædicare contendunt. Si quis eum deinceps aut non receperit, aut a Pascha usque ad Pentecosten [a] Missarum [b] tempore in ecclesia non prædicaverit, excommunicationis sententiam habebit. *Eumdem vide in cap. 6. de Canon. Sacræ Script. Lib.*

2 *Al.* recipiendum constituerunt, et quia plurimi sunt, qui ejus auctoritatem non recipiunt; eumque in ecclesia Dei prædicare contemnunt. Si quis.

CAP. XXXI.

Ex eodem, canone 18.

Quod post benedictionem populo datam, sic communicare debeant sacerdotes.

Nonnulli sacerdotes post dictam orationem Dominicam statim communicant, et postea benedictionem in populo dant, quod deinceps interdicimus; sed post orationem [3] Dominicam et conjunctionem [c] panis et calicis, benedictio [d] in populum sequatur, et tunc demum corporis et sanguinis Domini sacramentum sumatur [e], eo videlicet ordine, ut [4] sacerdos et levita ante altare communicent, in choro clerus; extra chorum populus. *Eumdem vide in cap. 7. de Sacros. Eucharistiæ Sacram.*

3. *Al.* Dominicam, benedictio in populum.

4 *Al.* sacerdotes, et levitæ.

a Ita servatur in Officio Gothico, atque etiam in Romano. *b* Missa hic sumitur pro toto Officio ecclesiastico matutino, intra quod Missæ sacrificium celebrabatur.
c In Missali Mozarabico post decantatum *Pater noster*, et orationem: *Liberati a malo*, accepta particula *Regnum*, et ad os calicis adposita, recitatur ter antiphona: *Vicit Leo*; dein dicitur: *Sancta Sanctis, et conjunctio corporis Domini nostri Jesu Christi*, mittendo præfatam particulam in calicem. Hæc sane verba ex Ritibus Græcis hauserunt Hispani nostri. *d* Post præfata recitata verba, illico sequitur benedictio in Missali Mozarabico. *e* Post benedictionem, paucis interjectis verbis, sumitur secunda particula *Gloria* super calicem, deinde reliquas, ordine, quo locatæ fuerant super patenam, et postremo sacer sanguis.

CAP. XXXII.

Ex Concilio Toletano VII. anno 646. can. 2.

De languoris eventu ministrantium clericorum; ita ut si aliquis non possit inchoatum perficere sacrificium, illud quilibet alius sacerdos, etiam non jejunus perficere possit.

* Nihil contra [1] ordinis [a] statum temeritatis ausu præsumatur, neque illa quæ summa veneratione censentur, [2] vel minimo [3] præsumtionis actu solvantur [b]; quum ad hoc tantum fieri [4] quæque jussa sunt [c], [5] interrupta noscantur, [6] ne [d] languoris proventu robore salutis natura privetur: Non ergo solum fragilitati consulitur humanæ, [7] sed etiam honori mysteriorum Dei providetur abunde, dum ab offensionis casu procuratur etiam caveri solicite. Censemus igitur convenire, ut quum a sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis accidat cujuslibet eventus, quo cœptum nequeat consecrationis [8] expleri ministerium, sit liberum episcopo vel [9] presbytero alteri consecrationem exsequi officii cœpti [e]. Non enim aliud ad supplementum [10] sui initiatis ministeriis competit, quam aut incipientis aut subsequentis completa benedictio sacerdotis [f]; quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur; [11] quum enim simus omnes unum in Christo, nihil contrarium [12] diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas Fidei repræsentat [g]. Quod etiam consultum [h] cuncti ordinis clerici [13] indultum esse sibi non ambigant, sed (ut præmissum est) præcedentibus libenter [14] alii [i] pro complemento succedant. Ne tamen quod naturæ languoris caussa consulitur, in præsumtionis perniciem convertatur, nullus [15] post cibi potusve quemlibet minimum sumtum [k], Missas [16] facere, nullus absque [17] patenti proventu molestiæ minister vel sacerdos quum cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc [18] tentare præsumserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

* *Can. 16. c. 7. q. 1.*

1 *Al.* ordinis statutum. *Vel* ordinem statutum.

2 *Al.* vel ulla præsumtione.

3 *Al.* præsumtionis tactu.

4 *Al. deest* : quæque.

5 *Al.* ne interrupta.

6 *Al.* vel languoris.

7 *Al.* sed etiam sacro honori mysteriorum Dei provida cavetur solicitudine. Censuimus ergo.

8 *Al.* expleri mysterium.

9 *Al.* Presbytero, ut aliter consecrationem expleat officii.

10 *Al. deest* : sui.

11 *Al.* dum enim. *Roman.* 12. *v.* 5.

12 *Al.* personarum diversitas.

12 *Al.* individuum esse sibi.

14 *Al.* statim alii.

15 *Al.* post cibum potumque quamlibet minimum.

16 *Al.* facere præsumat.

17 *Al.* patentis proventu molestiæ.

18 *Al.* temerare præsumserit.

a Ordinis statutum, ut in margine. *b* Imperfecta vel interrupta relinquantur. *c* *Puta* : quum hæc ita fieri jussa sint, ne interrupta &c. *d* *Lege* : nec, ut in margine.
e Id quod adjectum est Rubricis Missalis Rom. de *Defectib.* cap. 8. n. 3. *f* *Quasi dicere velit* : Nihil enim interest, quod sacra mysteria ab alio inchoentur, et ab alio absolvantur sacerdote, aut quod ab uno integrum peragatur sacrificium. *g* *Puta* : ubi Fidei unitas repræsentat unitatem actionis ab alio *effectæ*, hoc est, inceptæ, et ab alio *prosperatæ*, id est, finitæ. *h* *Videlicet* : ad honorem sacramenti. *i* *Scilicet* : Presbyteri.
k Vide sis supra cap. 9. et 15.

CAP.

CAP. XXXIII.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. canone 2.

De Vespertini Officii eodem *servando ordine*, quo in aliis ecclesiis.

Sicut in Fide sancta nostra est unanimitas, ita pro [a] sancto Dei officio debet esse intentio [b] summa. Oportet igitur, ut sicut in aliis ecclesiis vespertino tempore, post lumen oblatum [c] prius dicitur Vespertinum [d] quam Sonum [e] in diebus festis, ita et a nobis custodiatur in ecclesiis nostris. Si quis hunc ordinem minime custodierit in sua ecclesia, cunctosque ad se pertinentes non instruxerit, ut bonum hujus operis agant, dum tale ad Metropolitani pervenerit aures, et fuerit res convicta, excommunicationis se noverit feriri sententia. *Eumdem vide in cap. 28. de Metropolitis.*

CAP. XXXIV.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. can. 3.

Ut in una Provincia diversitas Officiorum non teneatur.

Ephes. 4. v. 14.

[*] *Can.* 13. *dist.* 12.

1 *Al.* Provinciæ cives, Rectoresque.

2 *Al.* cujuscumque.

3 *Al.* accipit.

4 *Al.* sit ecclesiasticæ.

De his qui contra Apostoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto [*] concilio, ut Metropolitanæ Sedis auctoritate coacti uniuscujusque [1] Provinciæ Pontifices, Rectoresque Ecclesiarum unum eumdemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana Sede cognoverint institutum, nec aliqua diversitate [2] cujusque ordinis vel officii a Metropolitana se patiantur Sede disjungi. Sic enim justum est, ut inde unusquisque sumat regulas magisterii, unde honoris consecrationem [3] accepit, ut juxta Majorum decreta [f] Sedes quæ unicuique sacerdotalis mater est dignitatis, [4] sit et ecclesiasticæ magistra rationis. Abbati-

[a] *Puta*: pro servanda unitate in officio. [b] Cura. [c] Post oblatam, sive allatam lucernam, diei luce deficiente; quo circa Vesperarum officium dictum olim *Lucernarium*. Vide cap. 3. de *Vita et claus. sanctimon.* et in Breviario Mozarabico, in initio Vesperorum petitur a presbytero lucerna, his verbis: *Lumen cum pace.* [d] Et re ipsa in Breviario Mozarabicu ante Sonum, dicitur Vespertinum, hoc est, versiculus *Lauda: A solis ortu usque ad occasum*, cui sequitur oratio, quæ versiculo respondet.

[e] Apud Mozarabes, præfatæ orationi sequitur quoddam responsorium quod dicitur: *Sono*, ex Psalmo: *Venite exultemus*; forte, quia sonora voce canebatur.

[f] Supra cap. 2.

tibus sane indultis officiis, quæ juxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt; cetera officia publica, id est [1] Vesperam, Matutinum, sive Missam aliter quam in principali ecclesia celebrare non liceat. Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione privatus, apud Metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus; [2] qualiter apud illum et præteritæ transgressionis culpam lacrimis diluat, et necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. Sub ista ergo regula disciplinæ non solum Metropolitanus totius suæ Provinciæ Pontifices vel sacerdotes adstringat, sed etiam ceteri episcopi subjectos sibi ecclesiarum rectores his obtemperare institutionibus cogant. *Eumdem vide in cap. 37. de Metropol. et partem in cap. 6. de Monachis episcop. curæ subject.*

1 *Al.* Vesperas.

2 *Al.* quatenus apud.

CAP. XXXV.

Ex eodem, canone 13.

De sacerdotibus, qui vexati cadere videntur, ut ab officio suspensi maneant, quousque per unius anni experimentum ab incursu dœmonum inveniantur liberi.

Bene quidem Majorum regulis [a] definitum est, ut dœmoniis aliisque [3] similibus passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat, cui præcepto consensu rationis adhibito, id communiter [4] definivimus, ut nulli de his, qui aut in terram arrepti a dœmonibus [5] illuduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, [6] vel indiscussos [b] se Divinis ingerant sacramentis, exceptis illis qui variis corporum incommoditatibus dediti, sine [7] hujusmodi passionibus in terram approbantur elisi. Qui tamen et ipsi tamdiu erunt [8] officii sui ordine et loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem episcopi, inveniantur ab incursu dœmonum alieni. *Eumdem vide in cap. 3. de Ignot. et corp. vitiat.*

3 *Al.* deest: similibus.

4 *Al.* definimus, ut nullus de his.

5 *Al.* eliduntur.

6 *Al.* vel indiscussi.

7 *Al.* ejusmodi.

8 *Al.* ab officii sui, et ordine.

a Syn. Arausic. I. canone 16. *b* Sine examine, experimento.

CAP. XXXVI.

Ex eodem, canone 14.

Ut hi, qui Domino canunt atque sacrificant, post se semper habeant adjutoria constituta.

1 *Al.* Ut illud Divini oraculi monentis singuli.
Ecclesiast. cap.4.v.10.
* *Can. 15. c. 7. q. 1.*
2 *Al.* summopere verendum nobis.

3 *Al.* invalitudo.

4 *Al.* præcaventes.

5 *Al. deest*: semper.
6 *Al.* ut si aliquo casu.
7 *Al.* accedet.

8 *Al.* a tergo.
9 *Al.* intrepidus. Sed si hoc sacrificanti frequenter acciderit, tunc omnino ab oblatione prohibeatur.

[1] Et illud Divini oraculi momentis singulis præcaventes, quo scribitur: * *Væ soli, quia quum ceciderit, non habet sublevantem*, [2] summopere curandum nobis est et cavendum, ne horis illis atque temporibus, quibus Domino psallitur vel sacrificatur, unicuique Divinis singulariter officiis insistenti, pernitiosa passio vel corporis quælibet [3] valetudo occurrat, quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione vel terrore confundat. Pro hujusmodi ergo casibus [4] præcavendis, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis vel loci sive cleri copia suffragatur, habeat [5] semper quisquis ille canens Deo atque sacrificans, post se vicini solaminis adjutorem, [6] ut si aliquando casu ille qui officia impleturus [7] accedit, turbatus fuerit vel ad terram elisus, [8] e tergo semper habeat, qui ejus vicem exsequatur [9] intrepidus.

CAP. XXXVII.

Ex Concilio Bracharensi III. anno 675. canone 2.

10 Al. *aqua permista in sacrificio offerantur.*
* *Can. 7. de Cons. dist. 2. ubi falso Julio P. tribuitur.*

Ut repulsis omnibus opinionibus superstitionum, panis tantum, et vinum [10] aqua permistum in sacrificio offeratur.

* Quum omne crimen atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur; quid de cetero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa oblatione sacrificii erratur? Audivimus enim, quosdam schismatica ambitione detentos, contra Divinos ordines et apostolicas institutiones [a] lac pro vino in Divinis sacrificiis dedicare; alios quoque intinctam Eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere; quosdam [11] etiam non expressum vinum in sacramento Dominici [12] calicis offerre, sed oblatis uvis populos communicare. Quod quam sit Evangelicæ atque Apostolicæ doctrinæ contrarium, et consuetudini ecclesiasticæ adver-

11 *Al.* etiam expressum.
12 *Al.* Calicis offerre. Quod quam sit.

[a] Can. 3. ex dictis Apostolicis.

versum, non difficile ab ipso fonte veritatis [1] probabitur, a quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Quum enim Magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, non illis lac, sed panem tantum et calicem sub hoc [2] sacramento benedixisse cognoscimus. Ait enim evangelica veritas: *Accepit Jesus panem et calicem, et benedicens, dedit discipulis suis.* Cesset ergo lac [3] in sacrificando offerri, quia manifestum et evidens exemplum evangelicæ veritatis illuxit, quod præter panem et vinum, aliud [4] offerri non sinit.

Illud vero quod pro complemento [a] communionis intinctam tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex evangelio [5] testimonium recipit, ubi Apostolis corpus suum et sanguinem commendavit; seorsum enim panis, et seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum [6] panem illis Christum præbuisse non legimus, excepto [7] illi tantum discipulo, quem intincta buccella Magistri proditorem ostenderet, non quæ sacramenti hujus [8] institutionem signaret. Nam quod de inexpresso botro, id est, de uvæ granis populus communicatur, valde est omnino confusum. Calix enim Dominicus, juxta quod quidam Doctor * edisserit, vino et aqua permistus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi Sanguinem Christi. Ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, [9] credentium plebs ei, in quem credit, copulatur et jungitur; quæ copulatio et junctio aquæ et vini sic miscetur in calice Domini, ut commistio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, Sanguis Christi incipit esse sine nobis, si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando [10] botrum solum offertur, in quo vini tantum efficientia demonstratur, salutis nostræ sacramentum negligitur, quod per aquam significatur; non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque sibi misceatur.

Et ideo quia [11] jam ex hoc plurima et multiplex Majorum [12] emanavit sententia, quorum pietas in Deum religiosa horum [13] sacramentorum et efficientias [b] copiose disseruit, et institutiones [c] [14] verissime declaravit, omnis talis error atque præsumtio cessare jam de cetero debet, ne perversorum ordinata compago [15] senatum veritatis enervet.

 Et

1 *Al.* probatur.
Syn. Wormat. can. 4.
2 *Al.* sacramento cognoscimus commendata. Ait enim. *vel* sacramento cognoscimus dedisse. Ait. *Matth.* 26. *v.* 26.
3 *Al.* in sacrificio offerri, quia.
4 *Al.* offerri non liceat.
5 *Al.* testimonium receperunt.
6 *Al.* panem aliis Christum.
7 *Al.* illo tantum. *Joan.* 13. *v.* 26.
8 *Al.* institutionem monstraret. Nam quod de expresso botro, id est, de uvarum granis.
* *Cyprianus epist.* 2. *ad Cæcil. apud Grat. can.* 2. *et* 3. *de Cons. dist.* 2.
9 *Al.* et credentium.
10 *Al.* botrus solus.
11 *Al.* jam ex eo.
12 *Al.* manavit.
13 *Al.* sacramentorum efficientias.
14 *Al.* verissimas declaravit.
15 *Al.* statum veritatis.

a Scilicet: pro amplectenda sub una communionis actione utraque simul specie.
b Et efficientiis, sive sacramentorum peragendorum modo. *c* Et de ratione qua instituta sunt sacramenta.

1 *Al.* licitum sit.
2 *Al.* sententiam.
3 *Al.* correptus.
4 *Al.* quod amisit.

Et ideo nulli deinceps [1] licitum erit, aliud in sacrificiis Divinis offerre, nisi juxta antiquorum [2] sententias conciliorum [a] panem tantum et calicem vino et aqua permistum. De cetero aliter quam præceptum est faciens, tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione [3] correctus, ad gradus sui officium redeat, [4] quem amisit.

CAP. XXXVIII.

Ex eodem, canone 4.

Ne sacerdos sine orario Missam audeat celebrare.

* *Can. 9. dist. 23.*
5 *Al.* et ecclesiastica.
6 *Al.* utroque circumseptus appareat humero.
7 *Al.* non assumit quod... non dubitat?
8 *Al.* consecratione honoris, hoc retineat et in oblatione.
9 *Al.* aut per se Deo.
10 *Al.* pectore præferens, *vel* appareat crucis.
11 *Al.* debitæ subjaceat.

* Quum antiqua ecclesiastica noverimus institutione [b] præfixum, ut omnis sacerdos, quum ordinatur, orario [c] utroque humero ambiatur, scilicet, ut qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera et adversa, virtutum semper ornamento [6] utrobique circumseptus appareat; qua ratione tempore sacrificii [7] non assumat, quod se in sacramento [d] accepisse non dubitatur? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quisque percepit in [8] consecratione, hoc et retineat in oblatione vel perceptione suæ salutis; scilicet, ut quum sacerdos ad sollemnia Missarum accedit, [9] aut pro se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi sumturus, non aliter accedat, quam orario utroque humero circumseptus, sicut et tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, ita ut de uno eodemque orario [e] cervicem pariter et utrumque humerum premens, signum in suo [10] pectore præferat crucis [f]. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi [11] debitæ subjacebit.

a De Sacram. Eucharist. cap. 5.
b Forte respicit ad can. 22. et 23. Laodic. *c* Orarium ornatus olim erat omnibus communis, ita dictum, quod ad oram seu extremitatem vestimenti adjiceretur; quod quidem, amisso primigenio usu, vestium scilicet oram exornandi, quum ad pompam tantum adhiberi cœperit, in latiorem formam extentum est, et tandem in alteram ex sacris ecclesiæ vestibus devenit, quæ nunc *Stola* dicitur. *d* In susceptione sacramenti Ordinis. Vide sis Pontificale Rom. *de Ordinat. Presbyt.* *e* Ex una et alia orarii parte. *f* Non erit facile demonstrare, quo pacto hoc signum crucis apparere possit in pectore sacerdotis, qui cervicem et utrumque humerum duabus orarii partibus premere dumtaxat jubetur, nec præcipitur, quod utramque orarii extremitatem huc et illuc trajiciat, quo crucem transversam, quæ S. Andreæ dicitur, pectori appingat, uti nunc in Ritu Romano, quæ tamen Christi crucem revera non repræsentat. Sunt qui putent, Patres Bracharenses in his verbis animo percepisse, utramque orarii partem quæ simul ante pectus recta penderet, rectam pingere crucis lineam, et eam quæ scapulas premeret, transversam efformare crucis partem; id quod declarare existimant Missale Carnotense an. 1480 sub hac rubrica: *Circumdet caput stola, dimittendo eam in humeros et latera, in formam crucis.*

CAP. XXXIX.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. canone 5.

De quorumdam consuetudine sacerdotum fœdissima, [1] *qui oblatis Deo per se sacrificiis non communicant.*

* Relatum nobis est, quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sanctæ gratiam sumere, quot sacrificia in [2] uno die videantur Deo offerre; sed in uno die [a], si plurima per se Deo offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus [3] a communicando suspendunt, et in sola tantum extremi sacrificii oblatione communionis sanctæ gratiam sumunt [b]: quasi non sit totiens [4] reus illius veri et singularis sacrificii, quotiens participator corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi esse destiterit. Nam ecce Apostolus dicit: *Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris*? Si ergo qui edunt hostias, participes sunt altaris, certum est, quod hi qui sacrificantes non edunt, [5] rei sunt Dominici sacramenti. Quicumque ergo sacerdotum deinceps Divino altario sacrificium oblaturus accesserit, et se a communione suspenderit, ab ipsa, qua se [6] indecenter privavit gratia communionis, anno uno repulsum se noverit. Nam quale erit illud sacrificium, cui nec ipse sacrificans [7] participasse cognoscitur? Ergo hoc modis omnibus est tenendum, ut quotiescumque sacrificans corpus et sanguinem Jesu Christi Domini nostri in altario immolat, [8] toties perceptioni corporis et sanguinis Christi se participem præbeat.

[1] Al. *qui oblatis sacrificiis*. Cetera quæ interseruntur, desunt.

* *Can. 11. Conf. dist. 2.*

[2] *Al.* una die videntur.

[3] *Al.* a communione suspendant, et in sola tamen extrema.

[4] *Al.* reus, illis vero et singulari sacrificio participandum, quoties corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi immolatio facta constiterit. Nam.
1. *Cor.* 10. *v.* 18.

[5] *Al.* rei sunt Dominicis sacramentis.

[6] *Al.* indecenter privavit.

[7] *Al.* particeps esse cognoscitur. Ergo modis.

[8] *Al.* toties perceptionis.

CAP. XL.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. can. 6.

De integra oblata, et ex studio præparata, in sacrificio offerenda, non crustula ex pane usitato, sub pœna unius anni excommunicationis.

Licet multæ sanctorum Patrum in Fide sancta nobis præcedentium, de rebus necessariis sententiæ promanaverint, ta-

[a] Nulla quippe lege prohibita erat in eadem die Missæ iteratio. [b] Obtinuit etiam abusio hæc tempore S. Cypriani. Vide sis epist. ejusd. ad Cæcil.

tamen quia et nunc usque numerosa ultra quam oportet fieri, prænoscuntur, ideo necessarium duximus illicitis ausibus ponere terminum. Ad conventus etenim nostri agnitionem delatum est, eo quod in quibusdam Hispaniarum partibus quidam sacerdotum, partim nescientia impliciti, partim temerario ausu provocati, non panes mundos et studio præparatos supra mensam Domini in sacrificio offerant, sed passim quomodo unumquemque aut necessitas impulerit, aut voluntas coëgerit, de panibus suis usibus præparatis crustulam in rotunditatem [a] auferant, eamque super altare cum vino et aqua pro sacro libamine offerant. Quod factum nequaquam in sacræ auctoritatis historia uspiam gestum perpenditur. Nempe etenim per Matthæum evangelica veritas inquit: *Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit, ac fregit.* Item per Marcum: *Et manducantibus illis, accepit Jesus panem, et benedicens, fregit, et dedit eis.* Rursumque per Lucam: *Accepto pane, gratias egit, et fregit, et dedit eis.* Item Apostolus: *Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens, fregit, et dixit: Accipite, et manducate, hoc est corpus meum.* Denique quid aliud innuitur, nisi quia panem integrum accipiens, et benedicendo confringens, particulatim unicuique discipulorum sumendum contradidit? Quod et nos in postmodum facturos edocuit, haud dubie significans, quod omnis buccella panis, non omnis panis buccella. Unde et in sequentibus ait, dum suum traditorem mallet significari: *Cui buccellam panis porrexero, ipse est.* Ac proinde, quia et Redemtoris verba testantur, quod panem [1] integrum accipiens, non buccellam, quem post benedictionem confrangens, suis particulatim discipulis dederit, et Paulus Apostolus similiter nihilominus narrat, quod panem acceperit, et gratias agens confregerit, nec non et illud, quod Christus de quinque panibus confractis turbam refecerit; quid aliud instituit nos, nisi ut panem integrum sumentes super altaris ejus mensam benedicendum ponamus, non particulam panis, quod caput nostrum nequaquam fecisse perpendimus? Nam si homo suæ vitæ diligentiam studiosius adhibere procurat, quanto magis sacris [2] Dei cultibus nitorem debitum exhibere summopere debet?

Unde

Marginal notes: *Cap. 26. v. 26.* — *Cap. 14. v. 22.* — *Cap. 22. v. 19.* — *1. Cor. 11. v. 23.* — *Joan. 13. v. 27.*

1 *Al.* integrum acceperit.

2 *Al.* Dei cultoribus.

a Antiqua sane est consuetudo, sacrificio Missæ parandi speciem panis in figura rotunda.

Unde temeritatis hujus aut nescientiæ cupientes terminum ponere, id unanimitatis nostræ delegit conventus, ut non aliter panis in altari Domini sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer et nitidus, qui ex studio fuerit præparatus [a], neque grande aliquid, sed modica tantum oblata, secundum quòd ecclesiastica consuetudo retentat; cujus reliquiæ ad conservandum, modico loculo absque aliqua injuria facilius conserventur; aut si ad consumendum fuerit necessarium, non ventrem illius qui sumserit gravis farciminis onere premat, nec quod in digestionem vadat, sed animam alimonia spirituali reficiat; ita nempe ut ab his, qui ea sumserint, priscorum canonum instituta serventur. Igitur quicumque hoc decretum nostrum temerandum crediderit, animadversioni Divini judicii subjacebit, et anni unius spatio a communione alienus manebit.

CAP. XLI.

Ex Concilio Toletano XVII. anno 694. can. 3.

De ablutione pedum subditorum, ab episcopis *in Cœna Domini facienda.*

Cœlibe satis ratumque Deo cernitur mysterium [b], si ejus exempla sequentes, imitatores ipsius esse studeant christicolæ mentes, dicente Domino: *Qui mihi ministrat, me sequatur.* *Joan. 12. v. 26.* Quocirca si Dominus Redemptorque noster discipulorum non dedignatus est ablutione aquæ abluere pedes, protestante Evangelista: *Surgens Jesus a cœna, et ponens vestimenta sua, cœpit lavare pedes Discipulorum, dicens: Si ego lavi pedes vestros Dominus et Magister vester, et vos debetis alter alterius lavare pedes*; *Joan. 13. v. 4.* cur non piæ actionis exhibitione imbuti, exemplorum ejus non simus devotissimi sectatores? Denique coruscante sanctæ operationis exemplo, partim desidia, partim consuetudine in quibusdam ecclesiis in Cœna Domini ablutione pedes fratrum a sacerdotibus non lavantur, nihil aliud [1] obtendentes, nisi solam traditionis consuetudinem, quum Veritas objurgans dicat: *Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* *Matth. 15. v. 3.* Item-

1 *Al.* obtendendo, nisi.

a Inde colligere est, contra id quod ex Mabillonio refert Berti *Theol. Discipl.* lib. 33. cap. 5. thesi 4. Gothos scilicet usitatum panem, sed nitidum, data opera ad sacrificium confectum, et integrum pro qualibet Missa, non tamen azymum adhibuisse.
b Plene et rite celebrari Christi mysteria videntur.

Sententia invenitur in epist. 74. *ad Pomp.* et epist. 71. *ad Quintum.*

Itemque præcellentissimus Martyr Cyprianus prosequens ait: *Frustra qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo major sit veritate; aut non id sit spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit a Sancto Spiritu revelatum.* Ideoque dum Veritatis exemplum luce clarius enitescat, et objurgationis ejus terribilia edicta præfulgeant, nosque etiam Doctoris præcipui sententia instituat; majorem esse veritatem consuetudine, incassum nobis consuetudinem sine ratione objiciunt. Nam licet eadem ablutio pedum omni tempore ut fiat, expedibile habeatur, necesse est, ut specialius in eodem die, quo a Christo gestum est, omnimode observetur.

Proinde hæc sancta Synodus decernit atque instituit, ut deinceps non aliter per totius Hispaniæ et Galliarum ecclesias eadem solemnitas celebretur, nisi pedes unusquisque Pontificum seu sacerdotum secundum hoc sacrosanctum exemplum suorum lavare studeat subditorum [a]. Quod si quisquam sacerdotum hoc nostrum distulerit adimplere decretum, duorum mensium spatiis sese noverit a sanctæ communionis perceptione frustratum.

CAP. XLII.

Ex eodem, canone 5.

De his qui Missam defunctorum pro vivis audent malevole celebrare, ut deponantur: et tam hi, quam id consulentes, perpetuo exilio, et perpetua usque ad vitæ exitum sacræ communionis privatione puniantur.

Dum Sanctus Spiritus per os Sanctorum suorum humano generi statuit, omnibus modis mendacium præcavere, di-
Eccli. 7. v. 13. cente Salomone: *Noli narrare mendacium adversus fra-*
Sap. 1. v. 11. *trem tuum, neque amico similiter facias*; et iterum: *Os quod mentitur, occidit animam*; plerique sacerdotum, qui prædicatores veritatis existere debuerunt, et ex quorum ore universitas plebium legem veritatis debet exquirere,
Malach. 2. v. 7. secundum Salomonem, qui dicit: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem exquirunt de ore ejus, quia Angelus Domini est*; ita præpediente delicto, atque sauciati inimicitiæ dolo, non solum hominibus fallaciter loqui mini-

a Eamdem plane cæremoniam Rubricæ Mozarabes observari præcipiunt.

nime pertimescunt, sed et in sanctis Basilicis supra altare Domini coram Deo idem nequaquam perpetrare horrescunt. Nam Missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi ut is pro quo id ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti Libaminis interventu mortis ac perditionis incurrat periculum; et quod cunctis datum est in salutis remedium, illi hoc perverso instinctu quibusdam esse expetunt in interitum. Obinde nostræ elegit unanimitatis conventus, ut siquis sacerdotum deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, a proprio deponatur gradu, et tam ipse sacerdos, quam etiam ille qui ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilii perpetui ergastulo religati, excepto in supremo vitæ curriculo, cunctis vitæ suæ diebus sacræ communionis eis denegetur perceptio, quam Deo se crediderunt fraudulento delibasse studio. *Eumdem vide in cap. 4. de Sacrileg.*

CAP. XLIII.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *canone* 1.

Ut episcopi et clerici munus suum ecclesiasticum *rite obeant.*

In primo igitur titulo statuimus, ut unusquisque episcopus [1] ecclesiarum ministerium cum suis clericis ordinate teneat in suis sedibus.

1 *Al.* ecclesiasticum monasterium.

CAP. XLIV.

Recensentur ea, quæ ad rem Divinam conficiendam necessaria sunt.

Ex eodem, cap. 3.

Ecclesiæ autem sint integræ, et non divisæ, cum presbyteris et diaconis, et cum totius anni circuli libris, cum ornamentis ecclesiasticis, ita ut non sacrificent cum calice ligneo vel fictili [a]. Vestes autem presbyteri sint in sacrificio, [2] amitus, alba, cingulum, stola, casula, manipulus. Ve-

2 *Al.* amictum, albam, &c. *omnes in accusativo.*

a Id etiam constitutum legimus in Syn. Tribur. et Rhemen. apud Gratianum *can.* 44. *et* 45. *de Consecr. dist.* 1.

Vestes diaconi, amitus, alba, cingulum, stola, dalmatica, manipulus. Altaris vero ara tota sit lapidea, et ab episcopis consecrata. Hostia sit [1] ex frumento, sana, et integra [a]. Vinum sit mundum, et aqua munda, ita ut inter vinum, hostiam, et aquam Trinitas sit significata. Altare sit honeste indutum, et desuper lineum indumentum mundum. [2] Subtus calicem et desuper corporale lineum mundum, et integrum. *Quæ sequuntur, in cap. 8. de His quæ cleric. vetita sunt.*

1 *Al.* ex frumento electo, sana.

2 *Al.* Subtus calix, et desuper.

CAP. XLV.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 3.

Cruces, capsæ [b], et calices ex argento fiant, [3] et libros habeant de toto anni circulo. [c] *Quæ sequuntur, in cap. 11. de Vitæ episcop. honest. et cap. 10. de Regul. monach. vita.*

3 *Al.* libri de toto anni circulo.

CAP. XLVI.

Ex eodem, ibidem.

Omnibus diebus Dominicis [4] salispersionem [d] faciant, omnes hymnos cantent. *Quæ sequuntur, in cap. 10. de Cœlib. cleric.*

4 *Al.* salisparsionem.

TIT. VIII

DE ORDINATIONUM GRADIBUS, ET ORDINANDORUM QUALITATE.

CAP. I.

Ex Epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 9.

• QUICUMQUE itaque se [5] ecclesiæ vovit obsequiis a sua infantia, ante pubertatis annos baptizari, et lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiæ [6] usque ad tricesimum ætatis annum, si probabiliter vixerit, una tan-

• *Can.* 3. *dist.* 77.

5 *Al.* ecclesiæ noverit.

6 *Al.* usque ad vicesimum.

a Neque hic aliquid de azymo. *b* Ad condendam pro infirmis Sacram Eucharistiam. *c* De omnibus anni festis. *d* Aquæ benedictæ sale mistæ aspersio, qua utuntur quoque Mozarabes, et cujus usus antiquissimus est, ut evincitur ex vita S. Æmiliani a Sancto Braulione concinnata.

tantum, et ea quam virginem communi [a] per sacerdotem [1] benedictione perceperit, uxore contentus, acolythus et subdiaconus esse debebit, [2] post quæ ad diaconi gradum, [3] si se ipse primitus continentia [b] præeunte, dignum probarit [c], accedat. Ubi si ultra quinque annos laudabiliter ministrarit, congrue presbyterium consequatur. Exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac Fidei ejus fuerit approbata.

1 *Al.* benedictione percepit.
2 *Al.* postea quæ ad diaconii.
3 *Al.* si se ipsum primitus.

CAP. II.

Ex eadem, cap. 10.

De his, qui grandævi ad sacram militiam convertuntur, per quos gradus ascendere debeant.

* Qui vero jam ætate grandævus, melioris propositi conversatione [d] provocatus, ex laico ad sacram militiam pervenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo quo baptizatur tempore, statim lectorum aut exorcistarum numero societur; si tamen eum unam habuisse, vel habere, et hanc virginem accepisse, constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus et subdiaconus fiat, et sic ad diaconatum (si per hæc tempora dignus judicatus fuerit) provehatur. Exinde jam accessu temporum, [4] presbyterium vel episcopatum, si eum cleri ac plebis [5] evocarit electio, non immerito [6] sortietur. *Partem vide in cap. 1. de Episc. elect. et consecrat.*

* *Can. 3. dist. 77.*

4 *Al.* presbyterio, vel episcopatui.
5 *Al.* evocaverit.
6 *Al.* societur.

CAP. III.

Ex eadem, cap. 13.

De Monachorum promotione ad clerum, et de gradibus per quos ascendere debent.

* Monachos quoque, quos tamen morum gravitas, et vitæ ac Fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari et optamus et volumus; ita ut qui intra tri-

* *Can. 29. c. 16. q. 1.*

a Generali, publica; Matrimonii quippe contractui jam diu sacerdotalis benedictio accedebat. Tertullianus *de Pudicit.* cap. 4. *b* Præmissa continentiæ promissione.
c Dignum esse monstraverit. *d* Proposito melioris vitæ:

cesimum ætatis annum sunt digni, in minoribus per gradus singulos crescente tempore promoveantur ordinibus, et sic ad diaconatus vel presbyterii insignia maturæ ætatis consecratione perveniant. Nec [1] statim saltu ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his, eadem, quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita. *Idem vide in cap. 1. de Monach. ad Clerum assumend.*

1 *Al.* statim per saltus.

CAP. IV.

Ex Epistola INNOCENTII *I. ad Episcopos Synodi Toletanæ cap. 6.*

2 Al. *Quales eligendi sunt in ordine clericorum.*

[2] *Quosnam ad clericatus ordinem admittere liceat, qualesque eligendi sint.*

Quales vero [3] eligendi sint in ordine clericorum, evidens forma declarat; id est, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, et [4] electorum officio sociati, vel [5] si majores sint, quum fuerint Dei gratiam consequuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mancipaverint. Et si uxores habuerint, quærendum, si uxorem [6] virginem acceperint, quia scriptum est in veteri Testamento: *Uxorem virginem accipiat sacerdos.* Et alibi: *Sacerdotes mei semel nubant.* Quæ sequuntur, in cap. 6 de Bigamis ordinand.

3 *Al.* eligendi sunt.

4 *Al.* lectorum.

5 *Al.* si majores sunt.

6 *Al.* virginem habuerint. *Levit.* 21. *v.* 13.

CAP. V.

Ex Epistola HORMISDÆ PAPÆ *ad universos Episcopos Hispaniæ anno* 521. *cap.* 1.

7 Al. *instituta canonum.*

De sacerdotibus, juxta [7] *statuta canonum*, per singulos gradus *ordinandis.*

* Ut in sacerdotibus ordinandis, quæ sunt a Patribus [8] præscripta, definita cogitetis, quia sicut est caput ecclesiæ Christus, Christi autem vicarii sacerdotes [a], sic et in eligendis his curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis, [9] nec quicquid illi deesse personæ, penes quam est Religionis summa et substantia disciplinæ. Æstimet quis pretium Dominici gregis, ut sciat, quod meritum

* *Can.* 2. *dist.* 61.

8 *Al.* præscripta et definita.

9 *Al.* nec quicquam illi.

a Episcopi.

tum constituendi deceat esse Pastoris [a]. Hoc ita fiet, si non sacerdotii gradus saltu quodam passim laicis transferantur. Longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiæ. * Non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelia [b]. Discere prius quisque debet antequam doceat, et exemplum religiosæ conversationis de se potius aliis præstare, quam sumere. Emendatiorem [c] esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa observatione religiosus cultus tradatur, ut luceat [d]; et clericalibus obsequiis erudiendus inserviat [e], ut ad venerandi [1] gradus summa perductus, qui sit fructus humilitatis, ostendat. [2] Nec leve nec vacuum fuit, quod nec apud veteres quidem nisi Levitici generis viri, ad sancta admittebantur altaria, ne pessime, meritis contemtis, aut pretio aut præsumtione ad sacros cultus impar accederet. Tunc migrabant per illam prærogativam familiarum ad instituta cultorum [f], nunc est doctrina pro genere. Quod illis fuit nasci, hoc nobis imbui. Illos tabernaculo dabat natura; nos altaribus parturit disciplina. *Quæ sequuntur, in cap. 5. de Pœnitentibus ministrat.*

* Can. 3. dist. 61.

1 Al. gradus summam.

2 Al. Non leve.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano II. anno 527 canone 1.

De his, quos parentes ab infantia [3] *clericatus officio mancipârunt*, ut primo tondeantur, deinde continentiam professi, vicesimo ætatis anno subdiaconatus ordine initientur, qui *si postea voluntatem* [4] *habeant nubendi*, sacrilegi habendi sunt; hi vero qui ante susceptum subdiaconatum desiderium conjugii indicaverint, quum ad perfectam ætatem pervenerint, et conversionem promiserint, ad sacros gradus promoveantur.

3 Al. *in clericatus.*

4 Al. *nubendi habeant.*

* De his, quos voluntas parentum a primis infantiæ annis [5] clericatus officio manciparit, statuimus observandum, ut mox quum detonsi, vel ministerio electorum contradi-

* Can. 5. dist. 28.

5 Al. in clericatus officio, vel monachali posuit, pariter statuimus.

 ti

a Quantis oporteat ornari meritis eum, qui ad episcopatum provehendus est.
b Instituta ecclesiastica jure merito poscunt ad ministerium milites probatos.
c Perfectum. *d* Post longam experientiam tradatur ministerium ecclesiasticum, ut exemplo luceat electus. *e* Inserviat ecclesiæ, eique obsequia impendat, ut in ministeriis ecclesiasticis institui mereatur. *f* Ministeriorum.

ti fuerint, in domo ecclesiæ, sub episcopali præsentia a præposito [a] sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo conjugio ab episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis, Deo inspirante, [1] placuit, et professionem castimoniæ suæ absque conjugali [2] necessitate se spoponderint servaturos, hi tamquam appetitores arctissimæ viæ, [3] lenissimo Domini jugo subdantur, [4] ac primum subdiaconatus ministerium habitu probationis suæ [b], a vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffense vicesimum et quintum annum ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium, [5] si scienter implere posse ab episcopo comprobantur, promoveri debent. Cavendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis [6] immemores aut ad terrenas nuptias, aut [7] furtivos concubitus ultra recurrant. Quod si forte fecerint, ut [8] sacrilegii rei damnentur, et ab ecclesia habeantur extranei. His autem, quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolis sententiam auferre non possumus; ita ut quum perfectæ ætatis in conjugio positi, renuntiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, [9] ad sacratos gradus aspirent. *Eumdem vide in cap. 5. de Cœlib. Clericor. et partem in cap. 1. de Clericis educand.*

1 *Al.* placuerit, et promissione castimoniæ.
2 *Al.* necessitate responderint.
3 *Al.* levissimo Domini.
4 *Al.* ac primo subdiaconatus ministerium professione habita professionis suæ viginti quinque annos suscipiant.
5 *Al.* si sciens... comprobentur.
6 *Al.* immemores, ad terrenas nuptias.
7 *Al.* abortivos concubitus.
8 *Al.* sacrilegi rei, ab ecclesia.
1. *Cor.* 7. *v.* 2.
9 *Al.* ad sacros gradus, *vel* ad ordines aspirent.

CAP. VII.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. *canone* 12.

De his, qui contra canones ordinati sunt, ut deponantur.

Qui contra decreta canonum indiscrete clericos usque [10] nunc ordinaverint, eis Dominus vel [11] sancta ecclesiastica caritas ignoscat; amodo vero si in tali ausu prorupe-rint, decretum canonum, quod circa eorum personas statutum est, id est, ut nullum ordinare [12] audeant [c], observetur, vel qui deinceps ordinati fuerint, deponantur. Hi vero, qui tales hactenus ordinati sunt, nullo tempore promoveantur. *Eumdem vide in cap. 3. de Indulgent. Eccles. in Irregularit.*

10 *Al.* nunc ordinaverunt.
11 *Al.* sancta et ecclesiastica.
12 *Al.* jam audeant.

[a] Unde originem habet dignitas *Scholastici*, sive *Magistri Scholæ* in ecclesiis cathedralibus. [b] *Forte*: habita probatione sua. [c] Vide cap. 3. de *Episcop. elect.*

CAP.

CAP. VIII.

Laici non statim, sed per singulos gradus ad sacerdotium promovendi sunt.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. cap. 20.

Item placuit, ut ex laico ad gradum sacerdotii ante nemo veniat, nisi prius anno integro in [1] officio lectorati vel subdiaconati disciplinam ecclesiasticam discat, et sic per singulos [2] gradus prædictus ad sacerdotium veniat. Nam satis reprehensibile est, ut qui [3] necdum didicit, jam docere præsumat, dum et antiquis hoc Patrum institutionibus [a] interdictum sit.

1 *Al.* officio lectorum, vel diaconatus.
2 *Al.* gradus eruditus.
3 *Al.* nondum.

CAP. IX.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 20.

De legitima ætate, triginta scilicet annorum, *ordinandi* [4] *presbyteri.*

4 Al. *presbyteros.*

* Si quis triginta ætatis suæ non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, [5] et si valde sit dignus, quia ipse Dominus tricesimo anno baptizatus est, et sic cœpit docere. Oportet ergo eum, qui ordinandus est, usque ad hanc ætatem legitimam conservari [b].

* *Can.* 1. *dist.* 78. *ex Neocæsar. can.* 11.
5 *Al.* etiam si valde sit dignus, quia et ipse.
Luc. 3. *v.* 23.

CAP. X.

Ex eadem, cap. 24.

De his, [6] *qui sine discussione aut presbyteri aut diacones ordinati sunt*, ut abjiciantur a clero.

6 Al. *qui indiscussi.*

* Si quis presbyter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe quum [7] discuterentur, criminosa peccata sua celaverunt, et post ordinationem ab aliis sunt detecti, abjiciantur [8] a clero. Similiter et de universo ordine [9] cleri servetur. Nam [10] hoc sibi, quod irreprehensibile est, [11] sancta et catholica defendit [c] ecclesia.

* *Can.* 7. *dist.* 24. *ex Nic. can.* 9.
7 *Al.* discuterentur, confessi sunt criminosa peccata sua, et post, *vel* aut post.
8 *Al.* ex clero. Similiter vero et de.
9 *Al.* clericorum servetur.
10 *Al.* hoc solum quod.
11 *Al.* sancta catholica.

a Syn. Sardic. can. 13. *b* Expectare. *c* Prohibet.

CAP.

CAP. XI.

Ex eadem, cap. 25.

1 Al. vel diaconibus.

De presbyteris [1] *aut diaconibus, qui post ordinationem denotantur*, ut sine ministrandi facultate illi in suo, hi autem in subdiaconatus ordine permaneant.

* Can. 4. c. 15. q. 8. ex Neocaes. c. 9. et 10.
2 *Al.* ordinatiorem peccatum.
3 *Al.* antea erraverit.
4 *Al.* portet. Si autem ipse non confessus, sed ab alio publice fuerit convictus, nec hoc ipso habeat potestatem, ut nomen presbyteri portet. Similiter.... observandum.... confessi fuerint..... subdiaconi accipiant.

Si quis presbyter ante [2] ordinationem peccaverit, et post ordinationem confessus fuerit, quia [3] antea erravit, non offerat, sed tantum pro religione [a] nomen presbyteri [4] portet. Similiter et de diaconibus servandum est, ut si ipse confessus fuerit, ordinem subdiaconatus accipiat [b].

CAP. XII.

Ex Concilio Narbonensi annó 589. can. 11.

Ut absque literis, qui est idiota, non ordinetur.

Amodo nulli liceat episcoporum ordinare diaconum aut presbyterum literas ignorantem, sed si qui ordinati fuerint, cogantur discere. Qui vero diaconus aut presbyter fuerit literis ineruditus, et desidiose legere vel implere officium distulerit, et in ecclesia ad omnia utilis non fuerit, ab stipendio rejiciendum, et inclinandum [c], quoadusque curvatus impleat [d] et defendat quod esse cognoscitur [e]. Ad quid erit in ecclesia Dei, si non fuerit ad legendum exercitatus? Et si perseveraverit desidiose, et non vult proficere, mittatur in monasterium, [f] quia non potest ædificare populum.

CAP. XIII.

Nullus, prætermisso aliquo ordinationis gradu, promovendus, sub pœna depositionis ordinantis et ordinati.

Ex Concilio Barcinonensi anno 599. can. 3.

Hoc etiam innovandum custodiendumve in omnibus, san-

a Pietate, indulgentia. *b* Ad ministerium subdiaconatus descendat. *c* Humiliandum, castigandum. *d* Humiliatus studio incumbat, et sic officium suum implere possit. *e* Abjiciat ignorantiam, et ineptitudinem. Desinat, ignarus et ineptus esse, quod quidem hucusque fuisse cognoscitur. *f* Ut in locum ab hominum societate remotum, et ubi ignorantia ejus patere non possit.

sancta statuit synodus, ut secundum priscorum canonum [a] constituta, vel synodalium epistolas præsulum [b] præmonentes nulli deinceps laicorum liceat ad ecclesiasticos ordines prætermisso canonum præfixo tempore aut per sacra regalia [c], aut per consensionem cleri vel plebis, vel per electionem assensionemque pontificum, ad summum sacerdotium aspirare ac provehi, sed quum per canonum conscripta tempora ecclesiasticos per ordines speciali opere desudando, probatæ vitæ adminiculo comitante, conscenderit gradus, ad summum sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctore Domino, provehatur. Ita tamen ut duobus aut tribus, quos ante consensus cleri et plebis elegerit, Metropolitani judicio ejusque coepiscopis præsentatis, quem sors, præeunte episcoporum jejunio, Christo Domino terminante, monstraverit, benedictio consecrationis accumulet [d]. Aliter deinceps (quod absit) præsumtum, et ordinatores et ordinatos proprii honoris depositio subsequatur. *Eumdem vide in cap. 20. de Metrop. et cap. 12. de Episcop. elect.*

CAP. XIV.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. can. 20.

De numero annorum, quo sacerdotes et levitæ ordinentur, scilicet levitæ anno vigesimo quinto, presbyteri trigesimo.

[*] In veteri lege ab anno vicesimo et quinto levitæ [1] Tabernaculo servire [2] mandantur, cujus auctoritatem in canonibus et sancti Patres sequuti sunt. Nos et Divinæ legis et conciliorum [3] præcepti immemores, infantes et pueros [4] levitas fecimus ante legitimam ætatem, [5] ante experientiam vitæ; ideoque ne ulterius fiat a nobis, et Divinæ legis, [6] et canonicis [*] admonemur sententiis; [7] sed a viginti et quinque annis ætatis levitæ consecrentur, [8] et a triginta annis presbyteri ordinentur; ita ut secundum apostolicum præceptum *probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes.*

[*] *Can. 7. dist. 77.*
1 *Al.* in Tabernaculo.
2 *Al.* præcipiuntur.
3 *Al.* et præceptorum canonum immemores.
4 *Al.* levitas facimus.
5 *Al.* et ante experientiam.
6 *Al.* et canonum admonemur.
7 *Al.* sed viginti.
8 *Al.* et triginta.

[a] Vide supra cap. 8. [b] Vide supra cap. 5. [c] Auctoritatem Regiam. [d] Accedat.
[e] Vide sis integrum pene hunc titulum.

CAP.

CAP. XV.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653 can. 8.

[1] *Ut nullus ordinetur, qui non perfecte noverit officia ecclesiastica*; et ut ignari, si ordinati fuerint, ea addiscere curent.

Octavæ disceptationis [2] affectu [a] reperimus, quosdam Divinis Officiis mancipatos, tanta [3] nesciente socordia plenos, ut nec in illis probentur instructi competenter ordinibus, qui quotidianos versantur in usus [b]. Proinde sollicite constituitur atque decernitur, [4] ut nullus cujuscumque dignitatis ecclesiasticæ deinceps [5] percipiat gradum, qui non totum psalterium [c] vel canticorum usualium [d] et hymnorum, sive baptizandi perfecte [6] noverit supplementum [e]. Illi vero qui jam honorum dignitate funguntur, hujus tamen ignorantiæ cœcitate vexantur, aut sponte sumant [7] intentionem [f] necessaria perdiscendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti. * [8] Absurdum siquidem est, eos qui ceteros simpliciores et laicos habent docere, quibus et disciplinæ et vitæ debent esse veluti quoddam speculum, ad alicujus ordinis vel dignitatis promoveri statum, qui Legem Dei ignorant, nec literarum saltem mediocritate [9] sint insigniti. Nullus igitur ad sacra Dei mysteria tractanda veniat indoctus, lotus aliquis [g], aut ignorantiæ tenebris cœcutiens; sed solus is accedat, quem morum innocentia et literarum splendor reddunt illustrem. Aliter ordinaturis et ordinandis [10] imminet in posterum Dei et ejus ecclesiæ vindicta.

1 Al. *De non ordinandis his, qui psalmorum, canticorum, seu hymnorum ignari sunt.*

2 *Al.* affatu.

3 *Al.* nescientiæ socordia plenos, ita literarum, et disciplinæ ignaros, ut nec in.

4 *Al.* ut nullius.

5 *Al.* percipiant.

6 *Al.* noverint supplementum. Illi sane qui jam honore dignitatum funguntur, hujusce tamen.

7 *Al.* intentionem necessariam.

* 8 *Al. hic explicit canon.*

9 *Al.* sunt insigniti.

10 *Al.* imminente.

a Octava sessione. *b* *Id est*: Ut nec in quotidianis exercendis officiis instructos esse, constet. *c* *Hoc est*: Psalmorum codicem. *d* Communium. *e* Additamentum. Forte codicem Ritualem, ad memoriæ defectum supplendum. *f* In animum sibi inducant.
g *Forte*: nec illotus aliquis, sive illiteratus.

CAP.

CAP. XVI.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. can. 10.

Ut omnes Pontifices, rectoresque ecclesiarum, tempore quo ordinandi sunt, sub cautione promittant, quam justissime vivere debeant.

* Quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, ut promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica [1] provehit disciplina; solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur, quam quod generali [2] innexione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, ut unusquisque qui ad ecclesiasticos gradus est [3] accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, [4] quam placiti sui innodatione [a] promittat [b], ut Fidem catholicam sincera cordis devotione custodiens, juste et pie vivere debeat, et ut in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem atque obsequii reverentiam præeminenti sibi unusquisque dependat, juxta illud beati Papæ Leonis edictum: [5] *Qui scit, se quibusdam esse præpositum, non moleste ferat, aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.* Pœna tamen juxta ecclesiasticæ consuetudinis morem, et placitis talium [6] inferenda [c], et ab his qui transgressores fuerint, persolvenda est. *Eumdem in cap. 10. de Vitæ Episcop. honestat.*

* *Can. 6. dist. 23.*

1 *Al.* probat disciplina.

2 *Al.* sponsione concluditur.

3 *Al.* ascensurus.

4 *Al.* quam placita sibi annotatione.

5 Al. *Qui se scit aliquibus esse. Epist. ad Anastas. Thess. cap. 11.*

6 *Al.* inserenda.

CAP. XVII.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. cap. 5.

De ordinandis, qua scientia pollere debeant.

Quinto autem titulo decrevimus, ut archidiaconi tales clericos constitutis quatuor temporibus ad ordines ducant, qui perfecte totum psalterium, hymnos, et cantica, epistolas, orationes, et evangelia sciant. *Idem vide in cap. 13.*

Ddd *de*

a Hoc est: Sponsionis suæ obligatione. *b* Constitutio hæc confirmata est a Tridentin. *sess.* 24. *de Ref. cap.* 12. *c Scilicet*, ut hujusmodi placita, seu professiones peragantur.

de Diacon. et Archidiacon. Et quæ sequuntur, in cap. 9. de His quæ Cleric. vetita sunt.

CAP. XVIII.

Ut ordinandi clerici in sacris celebrandis officiis instructi sint; et quod subdiaconus decem et octo, diaconus viginti quinque, presbyter triginta annorum ætatis esse debeant.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.*2.

Subdiaconus annos [1] XVIII. habeat, diaconus XXV. presbyter XXX. [2] Ipsique totum psalterium, [3] cantica, et hymnos, salispersionem, baptisterium [a], insufflationem [b], commendationem [c] et ipsas [4] horas, et officium cantare de martyribus, unius confessoris, unius virginis, [5] de virginibus, de defunctis, [6] unius defuncti, et omnia responsoria perfecte sciant. *Quæ sequuntur, in cap. 17. de Simonia.*

1 *Al.* XXIV. habeat.
2 *Al.* et ipsi qui totum.
3 *Al.* canticorum et hymnorum partem.
4 *Al.* horas; et ipsum cantare de festo unius Justi, unius Confessoris.
5 *Al. deest*: de virginibus.
6 *Al. deest*: unius defuncti.

TIT. IX.

DE PROPRIO ORDINATIONIS EPISCOPO.

CAP. I.

Ex Concilio Valentino anno 546. *canone* 6.

Ut clericum alienum nullus ordinet, nisi proprio permittente episcopo.

Ut nullus alienum [d] clericum, secundum decreta canonum [e], [7] sine consensu episcopi sui audeat ordinare. *Integrum vide in cap. 7. de Resident. cleric.*

7 *Al.* sine conscientia.

CAP. II.

Nullus episcopus alterius clericum ordinet, nisi exhibitis proprii episcopi literis.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *cap.* 8.

Item placuit, ut nullus episcopus clericum alterius or-

a Ritus conferendi baptismum. *b* Ritus exorcizandi. *c* Officia, seu commendationes animæ defuncti. *d* Ad alium episcopum pertinentem. *e* Syn. Sardic. can. 19.

ordinare præsumat, sicut et antiqui canones vetuerunt, nisi forte signata [a] ipsius episcopi scripta susceperit.

CAP. III.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 7.

De præsumtione episcopi, qui *alienæ Diœcesis* clericos ordinare auserit, ut vacua sit ejus ordinatio.

[*] Si quis episcopus, [1] non per scripta Metropolitani episcopi, aut qui cum eo sunt, rogatus, de alia provincia in aliam venerit, sed præsumtive irruens, ad ordinationem et constitutionem clericorum, qui ad illum non pertinent, importunus existat, vacua sint et inania, quæ ab eo [2] fuerint ordinata. Ipse autem digna excommunicatione censeatur, et abominetur [b] a sancto concilio.

[*] *Ex Antioch. canon.* 13.

1 *Al.* non per scripturam.

2 *Al.* fuerint constituta. Ipse autem digna increpatione excommunicetur, et alienetur a sancto concilio.

CAP. IV.

Ex eadem, cap. 33.

[3] *Et de infirmanda ordinatione ejus, qui sine consensu episcopi ab alio episcopo ordinatus est.*

[*] Si quis autem episcopus ausus [4] fuerit in sua ecclesia ordinare [c], non consentiente episcopo suo, a quo recessit, [5] ordinatio ejus vacua deputetur.

3 Al. *Et de infirmanda ordinatione ejus, qui sine episcopi sui licentia ab alio episcopo ordinatur.*

[*] *Ex Nicæn. can.* 16.

4 *Al.* fuerit eum ordinare in sua ecclesia.

5 *Al.* ordinatio illius.

a Propria manu subscripta, vel proprio signo aut sigillo notata. *b* Anathematizetur. Sed in canone Antiocheno legitur: *damnetur.* *c* *Adde sis*: aliquem.

TIT. X.

DE HÆRETICIS, NEOPHITIS, ET MŒCHIS ORDINANDIS ET MINISTRATURIS, VEL NON.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. canone 30.

1 Al. *lavacrum mœchaverint, ut nec.*

De his, qui post [1] *lavacrum mœchati fuerint, ut nec subdiacones fiant.*

2 *Al.* subdiaconum eum. *Vel* subdiaconos ordinari..... fuerint mœchati eo quod... gradum non promoveantur. Vel si qui sunt in præteritum.

[2] SUBDIACONEM eum ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerit mœchatus [a], eo quod postmodum per subreptionem ad altiorem gradum non sit promovendus [b]. Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

CAP. II.

Ex eodem, canone 51.

De hæreticis, ut ad clerum non promoveantur.

3 *Al.* hæresi, fidelis si venerit.

4 *Al.* dubio deponantur.

Ex omni [3] hæresi, qui ad nos fidelis venerit, minime est ad clerum promovendus [c], vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine [4] dubio deponentur.

CAP. III.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 22.

De neophytis, nisi longo tempore probatis, non promovendis, et si post ordinationem deliquerint, deponendis.

* *Ex Nic. can.* 11.

5 *Al.* Neophytus, si baptizatus fuerit jam ætate legitima, non continuo licebit eum ad ecclesiasticum.

6 *Al.* docere, et multo tempore post baptismum probari, ut bene.

* Qui nuper baptizati fuerint [5] jam ætate legitima, non continuo liceat eos ad ecclesiasticum ordinem promoveri, quia oportet illum prius [6] doceri quod possit docere, quo multo tempore baptismum possit probare, ut bene probatus veniat ad clerum, secundum præceptum Apostoli di-

a Puta: quolibet impudicitiæ genere maculatus. *b Hoc est*: ne postmodum per subreptionem ad altiorem gradum promoveatur. *c* Cum Novatianis dispensavit Syn. Nicœna *can.* 8.

dicentis: *Non neophytum*, [1] *ne in superbiam elatus, in judicium incidat*, [2] *et in laqueum diaboli*. Si succedenti tempore, in aliquo gravi peccato a duobus [3] vel tribus testibus fuerit convictus, depositus de gradu suo, cesset a clero. Si quis contra hanc regulam facere [4] præsumserit, quasi contrarius magni concilii, projiciatur a clero.

1. Timoth. 3. v. 6.
1 Al. *ne forte in superbiam.*
2 Al. *et laqueum diaboli.* Si autem succedenti.
3 *Al.* vel tribus fuerit devictus, depositus.
4 *Al.* præsumserit, quod sit contrarius.

CAP. IV.

Presbyteri et diaconi ex hæresi redeuntes, si religiose vixerint, accepta benedictione in suscepto ordine ministrent; si secus, permaneant ab officio depositi.

Ex Concilio Cæsaraugustano II. anno 592. *canone* 1.

Id placuit sanctæ ac venerabili synodo, ut presbyteri, qui ex hæresi Ariana ad sanctam catholicam ecclesiam conversi sunt, qui sanctam et puram fidem, atque castissimam tenuerint vitam, acceptam denuo benedictionem [a], presbyteratui sancte et pure ministrare debeant. Ceteri vero qui hanc suprascriptam vitam adimplere vel tenere neglexerint, ab officio depositi sint in clero. [5] Ita de diaconibus, sicut et de presbyteris constitutum est.

5 *Al.* Ita et de diaconibus.

CAP. V.

Episcopis, ex Ariana hæresi conversis, ante susceptam reconciliationis benedictionem, ecclesias consecrare non liceat.

Ex eodem, canone 3.

Statuit sancta synodus, ut episcopi de Ariana hæresi venientes, si quas ecclesias sub nomine catholicæ Fidei consecraverint, nec dum [6] benedictione a catholico sacerdote percepta, consecrentur denuo. *Eumdem vide in cap. 3. de Eccles. consecr.*

6 *Al.* benedictione percepta a catholico.

a Forte: *accepta denuo benedictione*, vel: *post acceptam denuo benedictionem*, quæ erat reconciliatio cum precibus, et manuum impositione.

TIT.

TIT. XI.

DE HOMICIDIS, ET MILITIBUS NON ORDINANDIS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 76.

[1] *De diaconibus, si ante honorem peccasse, probantur,* peccato homicidii.

Si quis diaconum se permiserit ordinari, et postea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiserit, si sponte fuerit confessus, placuit, eum acta legitima pœnitentia, post triennium accipere communionem. Quod si [2] alius detexerit, post quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

1 Al. *De diaconibus, qui ante honorem peccasse probentur.*

2 *Al.* alius eum detexerit.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 8.

De eo, qui post baptismum militaverit, [3] *ut ad diaconium non promoveatur.*

* Si quis post baptismum militaverit, et chlamydem sumserit, aut [4] cingulum [a], etiamsi graviora non admiserit, si ad clerum admissus fuit, diaconii non accipiat dignitatem.

3 Al. *ut ad diaconatum non permittatur.*

* *Can. 4. dist. 51.*

4 *Al.* cingulum ad necandos fideles, etiamsi gravia non admiserit.

CAP. III.

Non oportet, eos, qui post baptismum militaverint, ad clerum admitti.

Ex Epistola INNOCENTII *I. ad Episcopos Synodi Toletanæ cap.* 6.

Et quamvis dilectioni vestræ, Fratres carissimi, regulæ

a Chlamys erat sacculus, seu tunica satis ampla, ad genua usque protensa, quæ cingulo constringebatur, quum aliquid expeditius agendum esset: utraque fuit vestis militum propria. *Leg.* 18. *tit.* 30. *lib.* 6. *et Leg.* 1. *tit.* 10. *lib.* 14. *Cod. Theod.*

læ Nicœnæ sint cognitæ, secundum quas ordinationes faciendas esse per sententiam decernitis [a], tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est provisa, inserendam putavi, ut secundum hanc ordinationes imposterum celebrandas, ne cui interpretandi aliter, liberum arbitrium relinquatur. Ac primum quæ sunt prohibita, digeruntur. Ne quispiam, qui post baptismum militaverit, ad ordinem debeat clericatus admitti. *Quæ sequuntur, in cap. 2. de Obligat. ad ratiocin.* neque qui caussas.

CAP. IV.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 26.

De his, qui viduas aut dimissas ducunt, aut in homicidio, [1] *aut in malis consiliis misti sunt*, ut in clerum non admittantur; et si post ordinationem detecti fuerint, rejiciantur.

[1] Al. deest: *aut in malis consiliis misti sunt.*

* Si quis viduam, aut ab alio dimissam duxerit, non [2] admittatur ad clerum, aut si obrepserit, rejiciatur, similiter si homicidii aut facto, aut præcepto, aut [3] consilio, aut assensione post baptismum conscius fuerit. et per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, rejiciatur, [4] et in finem vitæ suæ communionem non recipiat [b]. *Partem vide in c. 9. de Bigamis.*

* *Can. 8. dist. 50. ex can. 17. al. 18. Apost. et Conc. Ancyr. can. 21. vel ex Tolet. I. can. 3. 4. et 8.*

[2] *Al.* admittatur ad clericatum, aut si irrepserit, rejiciatur.

[3] *Al.* consilio, aut defensione.

[4] *Al.* et in fine vitæ suæ laicam communionem tantummodo recipiat.

TIT. XII.

DE PŒNITENTIBUS MINISTRATURIS, ET ORDINANDIS, VEL NON.

CAP. I.

Ex Epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 14.

Quod pœnitens non fiat clericus. Vel sic: *de clericis, ut pœnitentiam per impositionem manus sacerdotis, non accipiant.*

* Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut pœnitentiam

* *Can. 66. dist. 50.*

[a] In exordio Tolet. I. Vide sis cap. 3. de *Exord. et epil. conc.* [b] Et nonnisi in fine vitæ communionem recipiat.

tiam [a] agere cuiquam non conceditur clericorum, ita et post pœnitudinem ac reconciliationem nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipisci, quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.

CAP. II.

Ex eadem, cap. 15.

De pœnitentibus, vel digamis, vel viduarum maritis, ut non permittantur ad ordinem clericatus admitti. Vel sic: *Ut si per ignorantiam, vel pœnitens, vel digamus, vel viduæ maritus clerici facti fuerint, non promoveantur* ad ulteriores gradus.

Et quia in his omnibus, quæ in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignorationis obtenditur, cui nos interim solius pietatis intuitu necesse est clementer ignoscere. [1] * Quicumque pœnitens, quicumque digamus, quicumque viduæ maritus ad sacram militiam indebite et [2] incompetenter irrepsit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si ademta sibi omni spe promotionis, [3] in hoc quo invenietur ordine, perpetua stabilitate permaneat; scituri post hac omnium provinciarum Summi Antistites, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum, et de suo et de eorum statu, quos contra canones et interdicta nostra provexerint, congruam ab apostolica sede promendam esse sententiam. *Idem vide in cap. 3. de Bigamis ordinand. et in cap. 1. de Indulgent. Ecclesiæ in Irregularit.*

1 *Al.* Quicumque ergo pœnitens, quicumque bigamus.
* Can. 56. *Quicumque*, dist. 50.
2 *Al.* incompetenter irrepserit.
3 *Al.* in hoc quoque, quo invenitur.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. canone 2.

4 *Ut pœnitentes, si necessitas cogat, lectores aut ostiarii fiant.*

* [5] Item placuit, ut de pœnitente non admittatur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus [6] exegerit, inter ostiarios deputetur, vel inter lectores [b] ita ut evangelia

4 *Ut pœnitens, si necessitas cogat, lector, aut ostiarius fiat.*
* *Can. 68. dist. 50.*
5 *Al.* Item placuit, ut pœnitentes non admittantur.
6 *Al.* exegerit, et tunc inter ostiarios deputentur.

a Publicam scilicet. *b* Non inter subdiaconos.

lia [a] et [1] Apostolum [b] non legat. Si qui ante ordinati sunt diacones, [2] inter subdiaconos habeantur, ita ut manum non imponant [c] aut sacra non contingant [d]. Pœnitente vero dicimus de eo, qui post baptismum aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens, [3] sub cilicio, Divino fuerit reconciliatus altario. *Eumdem vide in cap. 2. de Indulgent. Eccles. in Irregularit.*

1 *Al.* aut Apostolum. *Vel* epistolam non legant. Si qui autem ante.

2 *Al.* inter subdiacones... ita ut manus non imponant, nec sacra contingant. Ex eo vero pœnitentem dicimus. *Vel* Eum vero pœnitentem dicimus.

3 *Al.* sub concilio, Divino.

CAP. IV.

Ex Concilio Gerundensi anno 517. canone 9.

De his, qui publice pœnitentiam non accipiunt, sed tantum viaticum, ut in clero promoveantur.

[*] Is vero, qui ægritudinis langore depressus, pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem [e] acceperit, et postmodum reconvalescens caput pœnitentiæ in ecclesia publice non subdiderit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius [f], admittatur ad clerum.

[*] *Can. 57. dist. 50.*

CAP. V.

Nullus ex pœnitentibus ad sacerdotium provehendus est.

Ex Epistola HORMISDÆ PAPÆ *ad universos Episcopos Hispaniæ anno 521. cap. 1.*

Nec tantum de laicis consecrari inhibemus, sed nec de pœnitentibus quidem quisquam ad hujusmodi gradum profanus temerator adspiret, satis illi postulanti sit venia [g]. Qua conscientia absolvat reum, qui se peccata sua [4] populo scit teste confessum? Quis enim quem paullo ante vidit jacentem, veneretur Antistitem. [5] Præferens miserandi criminis labem, non habet lucidam sacerdotii dignitatem.

4 *Al.* populo sit teste.

5 *Al.* Perferens miserandi.

a Quippe quod erat proprium diaconorum munus. *b* S. Pauli epistolas, quarum lectio subdiaconis competebat. *c* Manuum impositio cæremonialis ad diaconos spectabat, nisi dicas, diaconos potuisse olim manum imponere ad reconciliandos pœnitentes, ut putavit Morinus. *Vide cap. 1. de Peculiar. episc. minister.* *d* Non enim tunc licuit subdiaconis sacra contrectare. Id primo eis concessit Syn. Brach. I. Vide cap. 1. *de Subdiac.* *e* Reconciliationem videlicet simplicem, ad cautelam, sine ullius peccati confessione; ne forte dubium oriretur, an, si ex hac vita migraret, oblationes pro eo traditæ essent recipiendæ, et ejus nomen in diptychas recensendum esset. Vide infra cap. 7. et 8. *f* *Hoc est*: si re ipsa criminosus non esset. *g* *Hoc est*: contentus sit, quod condonetur illi, quod postulaverit ordinibus initiari.

CAP. VI.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 23.

De pœnitente, non admittendo ad clerum, in diaconatu, nisi necessitas, aut usus exegerit.

* Ex Tolet. I. can. 2.
1 Al. Expœnitens.

2 Al. Evangelia, vel Apostolum.
3 Al. Si quis autem ante ordinatus est, inter subdiaconos habeatur, ita ut manus non imponat, aut sacra contingat. Expœnitentem enim dicimus eum, qui post.
4 Al. sub cilicio gerens.

* 1 Pœnitens, tantum si necessitas aut usus exegerit, inter ostiarios prius deputetur, vel inter lectores, ita ut 2 evangelia vel epistolam non legat. 3 Si qui autem ante ordinati sunt, inter subdiaconos habeantur, ita ut manum non imponant, aut sacra non contingant. Ex pœnitente enim dicimus ideo, quod post baptismum pro homicidio, aut pro diversis criminibus, aut gravissimis peccatis, publicam pœnitentiam 4 gerens, Divino fuerit reconciliatus altario. *Idem vide in cap. 4. de Indulg. Eccles. in Irregul.*

CAP. VII.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 54.

De discretione pœnitentium, et qui possunt ad honores ecclesiasticos provehi, vel qui non possunt.

5 Al. tantum se peccatores esse prædicantes.
6 Al. per morum probitatem.
7 Al. se perpetrasse.
8 Al. vel honores.

Hi qui in discrimine constituti, pœnitentiam accipiunt, nulla manifesta scelera confitentes, sed 5 tantum peccatores se prædicantes, hujusmodi, si revaluerint, possunt etiam 6 pro morum probitate ad gradus ecclesiasticos pervenire. Qui vero ita pœnitentiam accipiunt, ut aliquod mortale peccatum 7 perpetrasse publice fateantur, ad clerum 8 vel ad honores ecclesiasticos pervenire nullatenus poterunt, quia se confessione propria notaverunt.

CAP. VIII.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. *can.* 10.

Utrum audeant ministrare hi, qui pœnitentiam accipiunt in sacerdotio constituti, ut scilicet sine piaculo possint, si nullum lethale peccatum confessi fuerint.

Tertii diei necessario collationis eventu visum nobis est,

est, antiquorum Patrum indagare de pœnitentium regulis institutum. Etenim digno nobis venerandus honore sanctissimus frater noster Gaudentius, Valeriensis Sedis [a] Episcopus, [b] per Vicarium [c] personæ suæ ad concilium destinatum, congressus est nostri reverentiam cœtus, insinuans sacrosancto synodali conventui, quod incommodæ valetudinis nimietate præventus, per manus impositionem subactus fuisset pœnitentiæ legibus, sed utrum accepta pœnitentia liceret sibi præcepta sui ordinis contrectare mysteria vel missarum solita explere officia, per synodalia institutionis se maluit certificari responsa. Tunc collatis [d] in unum de hujusmodi, canonicis instrumentis, hoc sancta synodus definivit, ut reconciliatione præmissa, soliti ordinis retentet officia. Si enim regulæ præcedentium Patrum [e] eos qui pœnitentiam in discrimine mortis accipiunt et nulla de se manifesta scelera confitentur (si adsit tamen in his et talibus probitas morum) ad ecclesiasticos gradus pervenire permittunt, quanto magis, ut hi qui in ipso sacerdotio constituti pœnitentiam accipiunt, a sui ordinis officio [f] retrahantur, tantum si se ipsi mortalium criminum professione propria non notarunt? Quum enim omnis sacerdos tunc sibi licitum sacrificare sciat, quando a malis actibus vacat, qua ratione qui pœnitentiæ remedium suscipit, quod datur in remissionem peccati, a sacrificiis Divinis se abigit? Pœnitentia enim ad hoc suscipitur, ut peccatum diluat, et peccati sordes hominem iterare non sinat. Qui ergo confidit per susceptam pœnitentiam dimissa sibi peccata cur confidenter ad altare Domini non accedat? vel cur ordinis sui non audeat retentare officia, quum hoc alteri non liceat, nisi et qui se a peccatis abstineat? Etenim quum pœnitentiam accipimus, ad similitudinem Conditoris nos reformare conamur, reformatio igitur ipsa medicamentum est, quo delentur piacula; si enim medicamentum istud assumitur recte, creatori suo anima reformatur; recte etiam sacrificandi Deo cultus assumitur, quia in eo similitudo Conditoris agnoscitur; si autem pœnitentiæ medicamentum subtrahitur quod in remissionem peccatorum accipitur, ad similitudinem Facto-

a Non longe a *Concha*, in oppido, qui nunc dicitur: *Valeria superior.* *b* Qui subscripsit Concil. Tolet. XI. XII. XIV. XV. XVI. Vide cap. 28. 30. 31. 32. 33. et 34. *de Subscript.* *c* Vincentium Abbatem. *d* Collectis, et relectis inter nos in unum positos, canonibus, qui de hac re constituti sunt. *e* Vide supra cap. 7.
f Deest: *non.*

ris uspiam non venitur. Etenim pœnitentia, ut dictum est, in remedium peccati accipitur, sacerdotium vero propter munditiam retentatur [a] ut [b] hoc sacerdos et vita, ita fructu bonorum operum floreat, quo et in se delicti passiones extinguat, et prædicamento [c] suo in aliis peccati regnum pontentialiter [d] destruat. Huic igitur taliter, ut præmissimus, sacerdoti viventi, quid oberit, si post acceptas pœnitentiæ leges, Divinis altaribus propositionis offerat panes? aut numquid pœnitentiæ donum, quod in remedium fit peccati, in prohibitione devocandum est sacramenti? Nusquam ergo pœnitentiæ præcepta privabunt jura cœlestia; pœnitens enim abstinere a peccatis pariter et negotiorum sæcularium tumultibus debet, non ab his, quæ sancta videntur et summa, se abstrahere, quæ operantem plus expiant, quam commaculando deturpant. *Levit. 21. v. 11.* Scriptum est enim: *Sacerdos ad hominem mortuum non accedat*; id est, mortalium criminum se implicatione non polluat. Non enim dicit Deus, ut sacerdos ad sacra quæque non auderet accedere, de quibus præceperat, ut nullo modo sacerdos de sanctis exiret; sed ut mortis opera non auderet contingere. Ergo abigenda sunt ab omni sacerdote, quæ maculant, exercenda, quæ mundant.

His ergo rationabili sanctione præmissis, hoc sancta synodus definivit, ut stante priscorum canonum sanctione, quicumque Pontificum vel sacerdotum deinceps per manus impositionem pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint, tenorem retentandi [e] regiminis non amittant, sed per Metropolitanum reconciliatione, pœnitentium more suscepta, solita compleant ordinis sui officia vel cetera mysteriorum sibi credita sacramenta. Hoc tantum est observandum, ut si aut ante acceptionem pœnitentiæ adjudicatus [f], nec reconciliatus reperitur pro culpis, aut si in ipsa perceptione pœnitentiæ reconciliatus, implicatum se dixerit mortalibus factis, juxta æstimationem Metropolitani abstinere hujusmodi oportet a præmissis officiis. Ceterum si, ut dictum est, sub pœnitentiæ perceptione consistens, nihil mortalis criminis se admisisse prædixerit, attamen [g] (quod fateri hominibus erubescit) absconsum intra claustra sui pectoris delitescit, noverit ipse, sibi de se potestatem esse concessam,

a Sacerdotium seu ministerium sacerdotii retinetur, gratiæ impetrandæ caussa.
b Ut in hoc. *c* Prædicatione. *d* Potenter. *e* Retinendi. *f* Adjudicatus, designatus ad explendam pœnitentiam. *g* Deest: *si*.

sam, ut juxta conscientiæ suæ fiduciam, utrum audeat, aut non audeat sacrificare Deo, ex sui potius arbitrii potestate, quam ex nostri judicii permissione procedat. *Partem vide in cap. 42. de Metrop.*

TIT. XIII.

DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA ORDINANDIS, VEL NON.

CAP. I.

Ex Concil. Toletano I. anno 400. canone 10.

Ut nullus obligatum cuiquam, absque consensu domini vel patroni clericum faciat.

CLERICOS; [1] si qui obligati sunt, vel pro æquatione [a], vel genere [b] alicujus domus, non ordinandos, nisi probatæ vitæ fuerint, et patronorum consensus accesserit.

1 *Al.* siquidem obligati sint per æquationem, vel de genere... et patroni.

CAP. II.

Neque causidicos, neque curiales ad clerum decet admitti.

Ex Epistola INNOCENTII *I. ad Episcopos Synodi Toletanæ post annum 402. cap. 6.*

Et quamvis dilectioni vestræ, Fratres carissimi, regulæ Nicœnæ sint cognitæ, secundum quas, ordinationes faciendas esse per sententiam decernitis; tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est provisa, inserendam putavi, ut secundum hanc ordinationes in posterum celebrandas, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primum, quæ sunt prohibita, digeruntur. Ne quispiam, qui post baptismum militaverit, ad ordinem debeat clericatus admitti; neque qui caussas post acceptum baptismum egerint, [c] aut qui post acceptam Dei gratiam administraverint [d]; neque de curialibus [e] aliquem venire ad ecclesiasticum ordinem posse, qui post baptismum vel coronati fuerint

a Æquatio erat: distributio ex æquo tributorum inter cives, eorumque exactio, et ministratio. *b* Forte: *gerere*, sive ministratione bonorum. *c* Patrocinati fuerint.
d Curaverint. *e* Curiales, qui publicam civitatis curam habebant. *Leg. 20. tit. 1. lib. 12. Cod. Theod.* Et merito; ut enim ait Salvianus lib. 3. *Quid aliud est curialium, quam iniquitas?*

rint [a] vel sacerdotium, quod dicitur [b], sustinuerint, et editiones [c] publicas celebraverint. Nam et hoc de curialibus est cavendum, ne iidem qui ex curialibus fuerint, aliquando a suis curiis, quod frequenter videmus accidere, reposcantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus custodiri. *Quæ sequuntur in cap. 6. de Bigamis.* Quales vero.

CAP. III.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 46.

1 Al. *nisi consensu patroni.*

De conditionalibus non ordinandis, [1] nisi cum consensu patronorum.

* *Can. 7. dist. 54. ex Tolet. I. can. 10. Vide supra cap. 1.*
2 *Al.* Si quis est obligatus.
3 *Al.* probatæ vitæ fuerit, et patroni consensus.

* [2] Si quis obligatus tributo servili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cujuslibet domus, non est ordinandus clericus, nisi [3] probandæ vitæ fuerit, et patroni consensus accesserit.

TIT. XIV.

DE BIGAMIS ORDINANDIS ET MINISTRATURIS, VEL NON.

CAP. I.

Ex Epistola SIRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno 385. cap. 8.*

4 Al. *Quales debeant ad clericatus officium pervenire.*

[4] *De* bigamis non *admittendis ad clerum.*

5 *Al.* prout cuicumque.
6 *Al.* qui ad hæc immoderata ambitione perveniunt.
7 *Al.* ausibus cohibent. *Vel* non obstant. *Aut* non obsistunt.

Levit. 21. v. 13. 14.
1. Timoth. 3. v. 2.

Didicimus etiam, licenter ac libere inexploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa conjugia, ad præfatas [4] dignitates, [5] prout cuique libuerit, aspirare. Quod non tantum illis, [6] qui hæc immoderata ambitione pervertunt, quantum Metropolitanis specialiter Pontificibus imputamus, qui dum inhibitis [7] ausibus connivent, Dei nostri quantum in se est, præcepta contemnunt. Et ut taceamus, quod altius suspicamur, ubi illud est, quod Deus noster, data per Moysen lege, constituit, dicens: *Sacerdotes mei semel nubant?* Et alio loco: *Sacerdos uxorem virginem accipi-*

a Immolaverint, ad sacrificium quippe adibant corona redimiti. b Nam proprie loquendo tantum erant pseudo-sacerdotes. c Spectacula. d Episcopatus, presbyteratus, et diaconatus, in cap. præced. Vide cap. 2. *de Cælib. Cler.*

cipiat, non viduam, onn repudiatam, non meretricem? Quod sequutus Apostolus, ex persecutore prædicator, *unius uxoris virum*, tam sacerdotem quam diaconum fieri debere mandavit. Quæ omnia ita a vestrarum regionum despiciuntur episcopis, quasi in contrarium magis fuerint constituta. Et quia non est nobis de hujusmodi usurpationibus negligendum, ne nos indignantis Domini vox justa corripiat; [1] quia dicit: *Videbas furem, et currebas cum eo*, [2] *et ponebas tuam cum adulteris portionem*, quid ab universis posthac ecclesiis sequendum sit, quid vitandum, generali pronunciatione decernimus.

1 *Al.* quæ dicit. *Psalm.* 49. *v.* 18.
2 Al. *et ponebas etiam tuam.*

CAP. II.

Ex eadem, cap. 11.

De clericis, qui ad secundas nuptias transeunt, ut deponantur.

* Quisquis sane clericus aut viduam, aut certe secundam conjugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox nudetur, laica [a] sibi tantum communione concessa. Quam ita demum poterit possidere, si nihil postea propter quod hanc perdat, admittat.

* *Can.* 5. *dist.* 84.

CAP. III.

Ex eadem, cap. 15.

De pœnitentibus, vel digamis, vel viduarum maritis, ut non permittantur ad ordinem clericatus admitti. Vel sic: Ut si per ignorantiam vel pœnitens, vel digamus, vel viduæ maritus clerici facti fuerint, non promoveantur ad ulteriores gradus.

Et quia in his omnibus, quæ in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignorationis obtenditur, cui nos interim solius pietatis intuitu necesse est clementer ignoscere; * [3] quicumque pœnitens, quicumque digamus, quicumque viduæ maritus ad sacram militiam indebite et [4] incompetenter irrepsit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare be-

* *Can.* 56. *Quicumque*, dist. 50.
3 *Al.* quicumque ergo pœnitens, quicumque bigamus.
4 *Al.* incompetenter irrepserit.

[a] Ut cum laicis tantum, uti laicus communicaret; quasi eum diceres degradatum.

1 *Al.* in hoc quoque quo invenitur.

beneficio, si ademta sibi omni spe promotionis, [1] in hoc quo invenietur ordine, perpetua stabilitate permaneat; scituri posthac omnium provinciarum summi Antistites, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum, et de suo et de eorum statu, quos contra canones et interdicta nostra provexerint, congruam ab apostolica sede promendam esse sententiam. *Idem vide in cap. 2. de Pœnit. ministrat. et in cap. 1. de Indulg. Eccles. in Irregul.*

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 3.

2 Al. *acceperint, ne diacones efficiantur.*

De his qui viduas [2] acceperint, ut diacones non efficiantur.

Item constituit sancta synodus, ut lector fidelis, si viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut forte [a] subdiaconus.

CAP. V.

Ex eodem, canone 4.

Ut subdiaconus, si defuncta uxore, aliam duxerit, ostiarius fiat, si tertiam, inter laicos pœniteat.

3 *Al.* si uxorem aliam.

4 *Al.* vel lectores.

5 *Al.* dicendum est, acceperit.

Subdiaconus autem defuncta uxore, [3] si aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat, removeatur, et habeatur inter ostiarios [4] vel inter lectores, ita ut Evangelium et Apostolum [b] non legat, propterea ne qui ecclesiæ servierit, publicis officiis servire videatur. Qui vero tertiam, quod nec [5] dicendum aut audiendum est, acceperit, abstentus biennio [c] postea inter laicos, reconciliatus per pœnitentiam [d], communicet.

a Aut summum. *b* Vide cap. 3. *de Pœnit. minist.* *c* A communione aut communicatione. *d* Quippe qui clericus non habebatur, quibus nefas erat, pœnitentiam publicam peragere.

CAP.

CAP. VI.

Ex Epistola INNOCENTII *I. ad Episcopos Synodi Toletanæ post annum* 402. *cap.* 6.

Bigami non sunt ordinandi; *et quod bigamum faciat etiam illa, quæ ante baptismum uxor fuit.*

Et quamvis dilectioni vestræ, fratres carissimi, regulæ Nicœnæ sint cognitæ, secundum quas ordinationes faciendas esse per sententiam decernitis, tamen aliquam partem quæ de ordinationibus est provisa inserendam putavi, ut secundum hanc ordinationes in posterum celebrandas, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primum, quæ sunt prohibita digeruntur. *Quæ sequuntur in cap. 2. de Obligat. ad ratiocin. ordinand. vel non.* Ne quispiam...... Quales vero eligendi sint in ordine clericorum, evidens forma declarat. Id est, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, et electorum [a] officio sociati; vel si majores sint, quum fuerint Dei gratiam consecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mancipaverint. Et si uxores habuerint, quærendum, si uxorem virginem acceperint, quia scriptum est in veteri Testamento: *Uxorem virginem accipiat sacerdos.* Et alibi: *Sacerdotes mei semel nubant.* Neque qui duas uxores habuerit, quia Paulus Apostolus ait: *Unius uxoris virum.* Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defensione pravi erroris opponunt, et asserunt, quod ante baptismum uxor accepta non debeat imputari, quia in baptismo omnia dimittuntur. Non intelligentes hujusmodi, quod sola in baptismo peccata dimittuntur, nec uxorum numerus aboletur. Nam si a Deo (ut scriptum est) *præparatur viro uxor; et quod Deus conjunxit, homo non separet;* et ipsi auctores generis humani in origine a Domino benedicuntur; quomodo inter peccata, ista creduntur posse dimitti? Quod si secundum illos, qui ita credunt, verum est, ergo omnis justitia [b], quæ a catechumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum auferetur. Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat nec admittat, sed fideliter intelligat, unius uxoris virum, sive ante baptismum, sive post baptismum esse nominatum. Si enim uxor ante baptismum ac-

Levit. 21. v. 13. 14.

1. Timoth. 3. v. 2.

Matth. 19. v. 6.

[a] *Potius:* Lectorum. [b] Bona opera.

cepta non ducitur in numerum, nec filii ex eadem suscepti inter filios poterunt numerari. Quod quam absurdum sit atque alienum, prudentia vestra melius æstimavit. Unde nemini liceat interpretari aliter Divinas Scripturas, nisi quod recta ratio permittit, ne dum remedia sibi iniqua ad excusationem præparant, et corrupisse legem, et regulas evertisse judicentur. Sed ea tenenda sunt, quæ et Divinarum Scripturarum series continet, et a sacerdotibus utili ratione sunt instituta. Bene valete, fratres carissimi. *Partem vide in cap. 4. de Ordinat. gradib.*

CAP. VII.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. canone 9.

De clericis, et ostiariis, qui adulteris mulieribus admiscentur, [1] *ut projiciantur.*

[2] Si quis lectorum adulteræ mulieri voluerit misceri, vel adhærere consortio, aut relinquat adulteram, aut a clero habeatur extraneus. [3] Similis sententia ostiariorum manebit scholam [a].

1 Al. *ut prohibeantur* vel: *ut a clero projiciantur.*
2 *Al.* Si quis lector adulteræ mulieris.
3 *Al.* Simili sententia ostiariorum lascivia punietur. *Vel* manebit schola.

CAP. VIII.

Ex Concilio Gerundensi anno 517. canone 8.

4 *De laicis, qui viduam, aut dimissam acceperint*, aut quamlibet post uxorem, feminam cognoverint, *ut in clero non admittantur.*

4 Al. *Ne laici, qui viduam, aut dimissam acceperint, in clero admittantur.*

* Si quis vero de laicis, post uxorem, aliam cujuscumque conditionis cognoverit mulierem, in clero nullatenus admittatur.

* *Can.* 8. *dist.* 34. *Conc. Aurelian. falso tributus.*

CAP. IX.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 26.

De his, qui viduas, aut dimissas ducunt, ut in clerum non admittantur.

* Si quis viduam, aut ab alio dimissam duxerit, non ad-

* *Can.* 8. *dist.* 50. *ex can.* 17. *al.* 18. *Apost.*

[a] Similis sententia in ostiariorum scholam vel cœtum contorquebitur.

admittatur [1] ad clerum, aut si obrepserit, rejiciatur. *Integrum vide in cap. 4. de Homicid. et milit.*

1 *Al.* ad clericatum, aut si irrepserit, dejiciatur.

CAP. X.

Ex eadem, *cap.* 28.

De his, quorum uxores mœchantur, ut si laici fuerint, ad clerum non promoveantur, si clerici, aut dimittant eas, aut ab ecclesiæ ministerio amoveantur.

• Si alicujus laici uxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem, alicujus clerici [2] uxor adultera fuerit, dimittat eam; si autem cum ipsa voluerit permanere, a ministerio alienus sit. *Partem vide in cap. 4. de Divortio.*

• *Can. 12. dist. 34. ex Neocæs. can. 8.*

2 *Al.* uxor adulterata fuerit.

CAP. XI.

Ex eadem, *cap.* 38.

De presbyteris, [3] *ut in secundis nuptiis non vadant.*

• Presbyterum ad secundas nuptias convivam fieri [4] non oportet, propterea quod hi qui ad secundas nuptias veniunt, pœnitentiam postulant [a]. Quomodo potest presbyter esse, qui propter convivium interest tali conjugio? *Idem vide in cap. 1. de His quæ cleric. vetita sunt, ex cap. 3. de Secund. nupt.*

3 Al. *ut ad secundas non vadant nuptias.*

• *Ex Neocæs. can. 7.*

4 *Al.* non oportet: quod si ad secundas nuptias venerit, pœnitentiam postulet. Quomodo presbyter ille potest esse, qui propter.

CAP. XII.

Ex eadem, *cap.* 43.

[5] *Si lector, alterius viduam duxerit*, in lectoratu permaneat, vel ad subdiaconatum dumtaxat, necessitate urgente promoveatur.

• Lector, si viduam alterius uxorem acceperit, [6] in lectoratu permaneat, aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra, similiter et si bigamus fuerit. *Idem vide in cap. 5. de Indulg. Eccles. in Irregulat.*

5 Al. *Ne lector alterius viduam duxerit.*

• *Can. 17. et 18. dist. 34. ex Tolet. I. can. 3. Vide sup. c. 4.*

6 *Al.* in lectoris statu maneat.

a Juxta aliquorum Græcorum disciplinam; unde hodie apud nos non benedicuntur.

CAP. XIII.

Ex eadem, cap. 44.

Si subdiaconus secundam duxerit uxorem, inter lectores vel ostiarios habeatur.

* Can. 17. dist. 34. ex Tolet. I. can. 4. Vide supra cap. 5.

* Si subdiaconus secundam duxerit uxorem, inter lectores vel ostiarios habeatur, ita ut Apostolum non legat.

CAP. XIV.

Ex Concilio Hispalensi II. anno 619. *can.* 4.

De bigamis ad presbyterium, vel ad diaconatum non promovendis, sub pœna depositionis a suscepto ordine, et quod ad diaconatum iterum admitti non possint.

Quarta actione nunciatum est nobis, apud Astigitanam [a] ecclesiam quasdam nuper ordinationes illicitas extitisse, ita ut quidam viduarum mariti levitarum ministerio sacrarentur, quos quidem convenit, a gradu suscepto in irritum devocari, nec ultra provehi [b] ad diaconii ministerium [c], qui contra divina atque ecclesiastica jura instituti reperiuntur.

CAP. XV.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *canone* 44.

1 Al. *De clericis, qui sine consultu episcopi sui uxorem duxerint.*

2 *Al.* episcopi sui, uxores duxerint, aut viduam, aut repudiatam, vel meretricem in conjugium acceperint.

[1] *De personis mulierum, quas non convenit clericis copulari, et si nesciente episcopo, clericus ducat uxorem.*

Clerici, qui sine consultu [d] [2] episcopi sui, aut viduam, vel repudiatam, vel meretricem in conjugio acceperint, separari eos a proprio episcopo oportebit.

a Hodie *Ecija*. *b* Admitti. *c* Exercitium. *d* Refertur ad id, quod generatim fortassis obtinebat, quod clerici inferiores, inconsulto episcopo, matrimonium contraherent, quod quidem adversus obsequium, quod eisdem impendere debuerant, prorsus erat; debuerant enim consilium ab episcopo in ducendis uxoribus expetere, ut perpenderet ipse, an ducenda uxor dotes a canonibus expetitas haberet: clerici tamen, etiam permittente episcopo, hujusmodi feminis se sociare non poterant.

TIT. XV.

DE IGNOTIS, ET CORPORE VITIATIS, NEC MINISTRATURIS, NEC ORDINANDIS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 24.

De his, qui peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.

* OMNES, [1] qui peregre [a] fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

* *Can.* 4. *dist.* 98.
[1] *Al.* qui in peregrinatione fuerint.

CAP. II.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 21.

De eunuchis, qui ab aliis fiunt, ut ad clerum possint admitti; *vel* [2] *qui ipsi sibi naturalia abscindunt*, ut ad clerum absque necessitate non promoveantur.

[2] Al. *qui naturalia.*

* SI quis pro caussa ægritudinis naturalia a Medicis habuerit secta; similiter et qui a barbaris, aut a dominis stultis fuerint castrati, et moribus digni fuerint visi, hos canon admittit ad clericatus officium promoveri. Si quis autem sanus non per disciplinam religionis et abstinentiæ, sed per abscissionem plasmati a Deo corporis, existimans a se posse carnales concupiscentias amputari, castraverit se, [b] non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si jam ante fuerat promotus ad clerum, prohibitus a suo ministerio, deponatur.

* *Can.* 9. *dist.* 55. *ex Nicæn. c.* 1.

[a] Extra suam patriam vel domicilium. [b] Uti fecit Origenes Adamantius, ut sine suspicione, docere posset utriusque sexus adolescentes.

CAP.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. *can.* 13.

De sacerdotibus, qui vexati cadere videntur, ut sacris altaribus ministrare non audeant, quousque per anni experimentum inveniantur sanitati restituti.

1 Al. Bene siquidem.
2 Al. aliisque passionibus.
3 Al. communiter definimus, ut nullus de his.
4 Al. a dæmonibus eliduntur.
5 Al. vel indiscussi.
6 Al. dediti, in hujusmodi.
7 Al. sui et ordine.

[1] Bene quidem Majorum regulis [a] definitum est, ut dæmoniis [2] aliisque similibus passionibus irretitis, ministeria sacra tractare non liceat; cui præcepto, consensu rationis adhibito, id [3] communiter definivimus, ut nulli de his, qui aut in terram arrepti [4] a dæmonibus illuduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, [5] vel indiscussos se Divinis ingerant Sacramentis, exceptis illis, qui variis corporum incommoditatibus [6] dediti, sine hujusmodi passionibus in terram approbantur elisi. Qui tamen et ipsi tamdiu erunt officii [7] sui ordine et loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem episcopi inveniantur ab incursu dæmonum alieni. *Eumdem vide in cap.35. de Missæ et Offic.*

TIT. XVI.

DE SERVIS ORDINANDIS, VEL NON.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 80.

De Libertis.

* Can. 24. dist. 54.
8 Al. non promoveantur.

* Prohibendum [b] est; ut liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad clerum [8] non provehantur.

a Arausic. 1. can. 16. b Constituendum, uti est concilii hujus loquendi modus.

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. can. 73.

De discretione libertorum, qui ad ecclesiasticos honores pervenire possunt, scilicet, qui directa manumissione solvuntur; *vel qui provehi prohibentur*, nimirum, qui retento adhuc obsequio manumittuntur.

* Quicumque libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut [1] nullum sibimet obsequium patronus retentet, isti si sine [2] crimine sunt, ad clericatus ordinem libere suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur; qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo quod [3] adhuc a patrono servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis servi.

* *Can. 5. dist. 54.*
1 *Al.* nullum sibi in eis obsequium.
2 *Al.* crimine capitali sunt... ordinem liberi noscuntur.
3 *Al.* adhuc patroni servitute.

CAP. III.

Ex eodem, canone 74.

De libertis familiarum ecclesiæ, qui vel qualiter ad sacerdotium promoveantur, videlicet, virtute præstantes, et prius libertatem assequuti.

De familiis ecclesiæ constituere presbyteros et diacones per parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudo et probitas morum commendat, ea tamen ratione, ut antea manumissi libertatem status sui percipiant, et denuo ad ecclesiasticos honores succedant; irreligiosum est enim, obligatos existere servituti, qui sacri ordinis suscipiunt dignitatem. *Integrum vide in cap. 6. de Servis Eccles.*

Cap. 3. de Servis non ordinandis.

TIT.

TIT. XVII.

DE INDULGENTIA ECCLESIÆ IN IRREGULARITATIBUS.

CAP. I.

De his, qui contra canones ordinati sunt, ab Apostolica Sede proferendam esse sententiam, decrevit

STRICIUS PAPA *in Epistola ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 15.

Et quia in his omnibus, quæ in reprehensionem veniunt sola excusatio ignorationis obtenditur, cui nos interim solius pietatis intuitu necesse est, clementer ignoscere. * [1] Quicumque pœnitens, quicumque digamus, quicumque viduæ maritus ad sacram militiam indebite et [2] incompetenter irrepsit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si ademta sibi omni spe promotionis, [3] in hoc, quo invenietur ordine, perpetua stabilitate permaneat; scituri posthac omnium provinciarum summi Antistites, quod si ultra ad sacros ordines quempiam de talibus crediderint assumendum, et de suo, et de eorum statu, quos contra canones et interdicta nostra provexerint, congruam ab Apostolica Sede promendam esse sententiam. *Idem vide in cap. 2. de Pœnit. ministrat. et cap. 3. de Bigamis ordinand.*

* *Can. 56. quicumque dist. 50.*
1 *Al.* Quicumque ergo pœnitens, quicumque bigamus.
2 *Al.* incompetenter irrepserit.
3 *Al.* in hoc quoque quo invenitur.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 2.

4 *Ut pœnitentes, si necessitas cogat, lectores aut ostiarii fiant.*

* [5] Item placuit, ut de pœnitente non admittatur ad clerum, nisi tantum si necessitas, aut usus exegerit, inter ostiarios deputetur, vel inter lectores, ita ut Evangelia et Apostolum non legat. Si qui ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur, ita ut manum non imponant, aut sacra non contingant. Pœnitente vero dici-

4 Al. *Ut pœnitens, si necessitas cogat, lector aut ostiarius fiat.*
* *Can. 68. dist. 50.*
5 *Al.* Item placuit, ut pœnitentes non admittantur ... et tunc inter ostiarios deputentur ... aut Apostolum *vel* epistolam non legant. Si qui autem ante .... inter subdiacones habeantur, ita ut manus...... nec sacra contingant. Ex eo vero pœnitentem. *Vel* eum vero pœnitentem dicimus.

cimus de eo, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus, gravissimisque peccatis, publicam pœnitentiam gerens [1] sub cilicio, Divino fuerit reconciliatus altario. *Eumdem vide in cap. 3. de Pœnitent. ministrat.*

1 *Al.* sub concilio, Divino.

CAP. III.

Indulgentia donatur clericis, contra canones ordinatis

In Concilio Ilerdensi anno 546. canone 12.

Qui contra decreta canonum indiscrete clericos usque [2] nunc ordinaverint, eis Dominus, vel [3] sancta ecclesiastica caritas ignoscat; amodo vero si in tali ausu proruperint, decretum canonum, quod circa eorum personas statutum est, id est, ut nullum ordinare [4] audeant, observetur, vel qui deinceps ordinati fuerint, deponantur. Hi vero, qui tales hactenus ordinati sunt, nullo tempore promoveantur. *Eumdem vide in cap. 7. de Ordinat. gradibus.*

2 *Al.* nunc ordinaverunt.
3 *Al.* sancta et ecclesiastica.
4 *Al.* jam audeant.

CAP. IV.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 23.

De pœnitente, non admittendo ad clerum, nisi necessitas aut usus exegerit.

* [5] Pœnitens tantum, si necessitas aut usus exegerit, inter ostiarios prius deputetur, vel inter lectores, ita ut [6] evangelia vel epistolam non legat. Si qui autem ante ordinati sunt, inter subdiaconos habeantur, ita ut manum non imponant, aut sacra non contingant. Ex pœnitente enim dicimus ideo, quod post baptismum pro homicidio, aut pro diversis criminibus, aut gravissimis peccatis publicam pœnitentiam [7] gerens, Divino fuerit reconciliatus altario. *Idem vide in cap. 6. de Pœnitent. ministrat.*

* *Ex Tolet. I. can. 2. Vide supra cap. 2.*
5 *Al.* Expœnitens.
6 *Al.* Evangelia vel Apostolum non legant. Si quis autem ante ordinatus est, inter subdiaconos habeatur, ita ut manus non imponat, aut sacra contingat. Expœnitentem enim dicimus eum qui post.
7 *Al.* sub cilicio gerens.

CAP. V.

Ex eadem, cap. 43.

[1] Al. *Ne lector alterius viduam duxerit.*

[1] *Si lector alterius viduam duxerit*, ad subdiaconatum, necessitate exigente, promoveri potest.

* *Can.* 17. *et* 18. *dist.* 34. *ex Tolet. I. can.* 3.

[2] *Al.* in lectoris statu permaneat.

* Lector, si viduam alterius uxorem acceperit, [2] in lectoratu permaneat, aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra; similiter et si bigamus sit. *Idem vide in cap. 12. de Bigamis ordinand.*

TIT. XVIII.

DE PŒNITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 25.

De epistolis communicatoriis confessorum.

[3] *Al.* Omnis, qui attulerit literas confessionis.... eo quod omnes sub hac nominis gloria passim concutiant

[3] OMNI, qui attulerit literas confessorias, sublato nomine confessoris, eo quod sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, communicatoriæ ei dandæ sunt literæ [a].

CAP. II.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 4.

De pœnitentia, adulteris, incestis &c. imponenda.

Quarto vero titulo statuimus, ut omnes archidiaconi, et presbyteri, sicut sacri canones [b] præcipiunt, vocent ad pœnitentiam adulteros, incestuosos, sanguine mistos [c], fures,

[a] *En totius canonis paraphrasin*: Tradendæ sunt literæ communicatoriæ, seu ecclesiasticæ, aut pacificæ, quibus scilicet ad pacem et communionem admitterentur fideles exteri, omnibus qui exhibuerint literas confessorias, eæ videlicet quæ a martyribus sive confessoribus in carcere detrusis concedi solebant pœnitentibus, ut episcopi eis nonnihil pœnitentiæ injunctæ tempus relaxarent; sed curandum, ut e literis confessoriis deleatur illico confessoris nomen, eo quod partim, hoc est aliqui non raro sub celebri confessoris nomine simplices decipiant. [b] *Constit. Apostol. lib.* 8. *cap.* 5.
[c] Homicidas.

res, homicidas, maleficos [a], et qui cum animalibus se inquinant. Et si pœnitere noluerint, separentur ab ecclesia, et a communione. *Idem vide in cap. 15. de Presbyteris, et Paroch. et cap. 12. de Diacon. et Archidiac.*

CAP. III.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 3.

Et cuncti manifestationem et pœnitentiam, [1] quisquis ut prævalet, teneant [b]. *Quæ sequuntur, in cap. 19. de Imped. matrim. et cap. 16. de Mœchia et lenocin.*

[1] *Al.* si quis talis fuerit, ut propter infirmitatem, aut propter debilitatem impossibile videatur, sub ipsis presbyteris de ipsis ecclesiis intret, et omnia peccata manifestet, et pœnitentiam accipiat, extra eos habitet, extra eos dormiat, et numquam de ejus custodia secedant.

TIT. XIX.

DE PŒNITENTIBUS.

CAP. I.

Ex Concilio Barcinonensi anno 540. *canone* 6.

Pœnitentes viri, tonso capite, et religioso habitu [c] utentes, jejuniis et obsecrationibus vitæ tempus peragant.

CAP. II.

Ex eodem, canone 7.

Ut pœnitentes epulis non intersint, nec negotiis operam dent in datis et acceptis [d], sed tantum in suis domibus vitam frugalem [e] agere debeant.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *can.* 12.

[2] *Quod qui voluerint pœnitentiam agere, prius tondeantur, aut habitum mutent.*

[2] Al. *De his, qui pœnitentiam poscunt, si vir est, primum tondeatur, si femina, prius habitum mutet.*

Quicumque ab episcopo vel a presbytero sanus vel in-

a Malefactores. *b Hoc est*: Cuncti manifestent peccata sua, et pœnitentiam agant, in quantum poterint. *c* Habitu pœnitentiæ, tunica scilicet talari ex panno hispido et vili. *d* Nec negotiationi operam dent. *e* Inopem, humilem.

1 *Al.* episcopus servet et presbyter.

2 *Al.* tondeat, aut in cinere et cilicio habitum mutare faciat.

3 *Al.* nisi prius aut velata fuerit, aut mutaverit habitum; sæpius enim laicis cum feminis tribuendo.

infirmus pœnitentiam postulat, id ante omnia [1] episcopus observet vel presbyter, ut si vir est, sive sanus sive infirmus, prius eum [2] tondeat, et sic pœnitentiam ei tradat; si vero mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam, [3] nisi prius mutaverit habitum [a]; sæpe enim laicis tribuendo desidiose [b] pœnitentiam, ad lamentanda rursus facinora, post acceptam pœnitentiam relabuntur.

TIT. XX.

DE PŒNITENTIBUS IN INFIRMITATE.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. canone 32.

4 *Al. De presbyteris, ut excommunicatis communionem dent.*

[4] *De excommunicatis presbyteris*:: Vel: episcopus, et ab eo delegatus presbyter communionem ægris impertire poterit.

5 *Al.* Apud presbyterum si quis gravi lapsu.

6 *Al.* debere, sed potius apud presbyterum agat; cogente tamen infirmitate necesse est presbyterum communionem præstare debere, et diaconum, si ei jusserit sacerdos.

[5] Si quis gravi lapsu, in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non [6] debere, sine episcopi consultu, sed potius apud episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est presbyterorum aut diaconorum communionem talibus præstare debere, nisi eis jusserit episcopus. *Eumdem vide in cap. 1. de Peculiar. episcop. minister. et cap. 1. de Presbyt. et Paroch.*

CAP. II.

De his, qui in infirmitate pœnitentiæ benedictionem percipiunt, ut si convaluerint, post peractam pœnitentiam, in communionem recipiantur.

Ex Concilio Barcinonensi anno circiter 540. canone 8.

De his, qui in infirmitatibus poscunt pœnitentiam, et a sacerdote accipiunt, si postea convaluerint, vitam pœnitentium peragant, excepta manus impositione [c], segrega-

[a] Mulieres non jubentur tonderi, etiam religionis aut pœnitentiæ caussa; id enim interdictum eis erat ab Apostolo 1. *Corinth.* 11. v. 6. et Conc. Gangren. *can.* 18. Consonat Leg. 27. t. 2. lib. 16. *Cod. Theod.* [b] Nimis indulgenter. [c] Eo quod eam jam antea susceperint.

gati a communione, quamdiu probabilem sacerdos eorum approbaverit vitam [a].

CAP. III.

Ex eodem, canone 9.

Jubemus vero in infirmitate [1] positis, beatificam benedictionem percipiant [b].

1 *Al.* positis, viaticum percipiant.

CAP. IV.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 82.

De his, qui usque ad finem vitæ in peccatis perdurant, et in exitu [2] *communionem accipiunt*, ut si convaluerint, pœnitentiam agant.

2 Al. *communionem petunt.*

* Si quis de corpore exiens, novissimum et necessarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur. Quod si in desperatione positus, post perceptam communionem iterum sanus fuerit factus, [3] tantum orationis particeps sit; nam non accipiat sacramentum [c], donec constitutum pœnitentiæ impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt, et desiderant accipere sacramentum [d], cum consideratione et probatione episcopi [4] accipere debeant.

* *Can. 6. c. 26. q. 6. ex Nic. can.* 12.

3 *Al.* tantum in oratione.

4 *Al.* accipere debent.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. *can.* 12.

Ne in confinio mortis pœnitens a reconciliatione diutine suspendatur; et ut oblatio [5] *ejus qui pœnitens, nec tamen reconciliatus de hac vita exierit, ab ecclesia receptetur.*

5 Al. *ejus pœnitentis, qui nec.*

Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutine a reconciliationis gratia [6] referendus est [e], sed si præceptum mortis urget periculum, pœnitentia per manus im-

6 *Al.* differendus est, sed si præcincto mortis urgeatur periculo.

a Usque dum episcopus eorum vitam seu conversionem probatam habuerit.
b Potius: *benedictionem impertiri*, per manus nempe impositionem, et deprecationes; quo quidem antiquus Illiberitani concilii rigor temperatus est. *c* Non accipiat integre communionem, seu facultatem in omnibus reliquis fidelibus communicandi.
d Reconciliationem. *e* Non debet retardari reconciliationis gratia.

impositionem accepta, statim ei reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus æger abscedat, quam donum [1] reconciliationis percipiat; sicque superstitibus quodammodo doloris videatur esse perpetui, si præcissum ab ecclesiæ membris eum, qui [2] utique reconciliari non meruit, raptim a præsenti vita mors maturata subduxerit [a], juxta Papæ Leonis edictum: *His qui in tempore necessitatis, et in periculi urgentis instantia, præsidium* [3] *pœnitentiæ, et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda*, [4] *quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire.* De his autem, qui accepta pœnitentia, antequam reconcilientur, ab hac vita recesserint, quamquam diversitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum [b] [5] tamen nos sententias placuit sequi, qui multiplices [c] numero, de hujusmodi humanius decreverunt; ut et memoria talium in ecclesiis commendetur, et oblatio [6] pro eorum dedicata spiritibus accipiatur.

1 *Al.* reconciliationis accipiat.

2 *Al.* utique reconciliationem non meruerit, raptim a præsenti vita mortis natura subduxerit. *Epist. ad Theod. Foro Jul. can.* 10. *c.* 26. *q.* 6.

3 Al. *pœnitentiæ, ex more reconciliationis.*

4 Al. *quia in misericordia Dei.*

5 *Al.* tamen nobis sententia placuit, qui multiplici numero.

6 *Al.* pro eorum delicto a presbyteris recipiatur.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. can. 2.

De his qui [7] *pœnitentiam* in infirmitate *non sentientes accipiunt*, ut recuperata valetudine pœniteant; quin ideo possit sacerdos eos reconciliare qui nec signa pœnitentiæ edunt, neque ediderint, idque sub unius anni excommunicationis pœna.

7 Al. *pœnitentiam onsentientes.*

Plerumque hi, quibus miseratio Domini etiam [8] nolentibus subvenit, beneficiis Dei videntur esse ingrati, et abuti gratia largitoris, qua bene usi, poterant consequi [9] abolitionem facinoris, impugnant [d] sæpe quod honorare [10] debuerant, et profanis [e] [11] questibus indultæ gratiæ munus a se rejiciunt, [12] quum summis votis amplecti debuerant. Etenim multos sæpe [13] conspeximus, et in salute positos ultimum desiderantes pœnitentiæ fructum, et rursus nimietate ægritudinis, ita loquendi et sentiendi perdidisse na-

8 *Al.* volentibus.

9 *Al.* absolutionem.
10 *Al.* d·buerunt.
11 *Al.* quæstionibus.
12 *Al.* quod summis.... debuerunt.
13 *Al.* aspeximus, in salute.

[a] Ne prius æger e vita excedat, quam reconciliationis donum percipiat: nam superstitibus propinquis quodammodo dolor inhæreret perpetuus, si ob dilatam infirmo reconciliationem, absque illa, inopinata morte extinctus, præcissus haberetur ab ecclesiæ membris. [b] Vide sis Conc. Arausic. *can.* 7. *caus.* 26. *q.* 6. [c] Qui quidem plures sunt, qui ita decreverunt. [d] Repugnant. [e] Impiis.

naturale officium, ut nulla illis [1] cura suæ videretur inesse [a] multo etiam [b] pristinæ devotionis noscerentur [c] desiderium anhelare; quorum tamen casibus fraternitas [d] condolens, ita talium necessitates in Fide sua susceperit, ut ultimum illis tribuatur [2] viaticum [e]; quod scilicet sine fructu pœnitentiæ non videantur transire e sæculo [f]; [3] si forsitan, respiciente Deo, saluti pristinæ reformentur, agunt cautionibus [g] vanis et oppositionibus [h] execrandis, qualiter a se tonsuræ venerabile signum [i] expellant [k], atque habitum religionis abjiciant, [4] impudentissime asserentes, ideo se nullis regulis ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri, quia pœnitentiam nec ipsi [5] petierint, nec scientes acceperint. Quorum impudentia procax et obstinata procacitas nequaquam talia diceret [l], qualiter ad vitam per sacrosancti Lavacri gratiam venerit, meminisset. Etenim parvulorum infantium vita, originali peccato obnoxia, quæ nulli [6] per ætatem discernendi vel expetendi sensui aptior judicatur [m], nisi sponsione fidelium [n] baptismi accipient sacramentum, nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id appetere possunt. Unde sicut baptismum quod nescientibus parvulis sine ulla contemtione [o] in fide tantum proximorum [p] accipitur, [7] ita et pœnitentiæ donum quod nescientibus [8] illabitur [q], absque ulla repugnantia inviolabiliter hi qui illum exceperint, observabunt. Si autem quolibet modo pœnitentiam accipiens, hoc synodale violaverit institutum, ut vere transgressor, paternis regulis [r] ferietur. [9] Neque enim ista instituentes, sacerdotes quosque, ut passim et licenter donum pœnitentiæ [10] non petentibus audeant prorogare, absolvimus; sed hos qui qualibet sorte pœnitentiam susceperint, ne ulterius ad militare cingulum [s] redeant; religamus. [11] Sacerdos tamen qui non sentienti, neque petenti ausu temerario pœnitentiam dederit, neque se exhortatu ejus, qui pœnitentiam accipit, manuum indiciis, vel quibuslibet aliis evidentibus significationibus in-

1 *Al.* cura salutis suæ.

2 *Al.* viaticum, scilicet, ne sine fructu pœnitentiæ videantur.

3 *Al.* quod si forsitan ... Domino.

4 *Al.* imprudentissime.

5 *Al.* petierunt, nec consentientes acceperunt. Quorum impudentia Divinæ Bonitatis, quæ eos ad tam venerabile ac fœcundi fructus vocavit sacramentum, turpiter immemor, et obstinata procacitas non aliquando diceret talia, si qualiter.

6 *Al.* propter ætatem ... judicetur ... accipiant.

7 *Al.* ita pœnitentiæ.

8 *Al.* illabitur, aliisque impuguantia violationis hi qui illud acceperint, observabunt. Si quis autem.

9 *Al.* Nec enim .... statuentes.

10 *Al.* non pœnitentibus.

11 *Al.* Sacerdotes tamen qui non consentiendo neque pœnitentiæ, ausu. *Vel* non consentienti vel pœnitenti ausu... dederint.

a Adde: *pœnitentiæ.* *b* Adde *minus.* *c* Adde: *ipsi.* *d* Episcoporum consensus.
e *Hoc est*: ita talium necessitatibus occurri disposuit, ut ultimum illis tribui viaticum decreverit, de hujusmodi pœnitentium pietate confidens: *f* Forte addendum: *Verum hi, si forsitan.* *g* Excusationibus. *h* Replicationibus. *i* Capillorum attonsio erat pœnitentiæ acceptæ signum. *k* Tonsuram operiendo, vel potius comam denuo nimio studio nutriendo. *l* Addesis: *si.* *m* Id est: *quæ nulli sensui* (hoc est cogitationi nullæ) *discernendi vel expetendi aptior* (pro apta) *judicatur per ætatem*; quasi diceret: ob ætatis defectum. *n* Patrinorum. *o* Quin in sacramenti contemtum vel injuriam cedere videatur. *p* Sponsione vel fidejussione proximorum, quoniam hi ut plurimum patrinorum officium impendebant. *q* Ministratur. *r* Ferietur pœnis in canonibus seu regulis a Patribus constitutis. *s* Abjecto pœnitentiæ habitu, militarem et profanum assumant. Vide Syn. Arausic. I. *can.* 11.

invitatum fuisse probaverit, unius anni excommunicationis sententiæ sujacebit.

TIT. XXI.

DE RECIDIVIS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. canone 3.

1 Al. *munus dederunt.*

De eisdem flaminibus, *si idolis tantum* [1] *munus dederint*, si post pœnitentiam et reconciliationem mœchati fuerint, ut numquam communione donentur.

2 *Al.* non immolaverint sed munus tantum dederint.

3 *Al.* ulterius his.

4 *Al.* ne inlusisse.

ITEM flamines [a] qui [2] non immolaverunt, sed munus tantum dederunt [b], eo quod se a funestis [c] abstinuerunt sacrificiis, placuit, in fine eis præstare communionem [d], acta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, [3] ulterius eis non esse dandam communionem, [4] ne lusisse de Dominica communione videantur. *Partem vide in cap. 3. de Idololatria.*

CAP. II.

Ex eodem, canone 7.

5 Al. *rursus mœchaverint.*

De pœnitentibus mœchiæ, si [5] *rursus peccaverint*, ut nec in fine communionem accipiant.

6 *Al.* constituta, accepta pœnitentia.

Si quis forte fidelis, post lapsum mœchiæ [e], post tempora [6] constituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

a Christiani, qui ex metu aut vanitate sacrificandi munus susceperunt. *b* In obsequium et cultum idoli. *c* Cruentis. *d* Reconciliationem. *e* Fornicationis.

CAP.

CAP. III.

Ex Epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 5.

[1] *De his qui post pœnitentiam vel militiæ cingulum; vel nova conjugia, vel illicitos appetierunt concubitus*, ut viventes orationi et Missarum sollemniis interesse possint, communionem vero, nisi in vitæ exitu, non percipiant.

1 Al. *De his, qui acceptam pœnitentiam minime servaverunt.*

• De his vero non incongrue dilectio tua apostolicam sedem credidit consulendam, qui acta pœnitentia, tamquam canes ac sues ad vomitus pristinos et ad volutabra redeuntes, et militiæ cingulum [a] et ludicras voluptates et nova conjugia et inhibitos denuo appetivere concubitus. Quorum professam incontinentiam [b], generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia jam suffugium non habent pœnitendi, [2] id diximus decernendum, ut sola intra ecclesiam fidelibus oratione jungantur, [3] sacræ mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint; a Dominicæ autem mensæ convivio segregentur, ut hac saltem districtione correpti, et ipsi in se sua errata castigent, et aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscœnis cupiditatibus retrahantur. [4] Quos tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt.) [5] Viatico munere, quum ad Dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam [6] volumus sublevari. Quam formam et circa mulieres, quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, servandam esse censemus.

• *Can.* 12. *c.* 33. *q.* 2.

2 *Al.* id duximus.
3 *Al.* sacris mysteriorum celebritatibus.

4 *Al.* Quibus tamen.
5 *Al.* Viatici munere.
6 *Al.* volumus subveniri.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *can.* 11.

7 *Quod pœnitentes secundum modum canonum antiquorum agere pœnitentiam debeant*, neque toties reconciliationem, quoties postulent, consequantur.

7 Al. *Ut pœnitens pœnitentiam agat.*

Quoniam comperimus, per quasdam Hispaniarum ecclesias, non secundum canonem, sed fœdissime pro suis pec-

Hhh

a Abjecto pœnitentiæ et religionis habitu, militare cingulum, sive profana indumenta arripiunt. *b* *Hoc est:* quos quidem incontinenter vixisse.

peccatis homines agere pœnitentiam, [1] ut quotiescumque peccare libuerit, totiens a presbytero se reconciliari expostulent; et ideo pro coercenda tam execrabili præsumtione, id a sancto concilio jubetur: ut secundum [2] formam canonum antiquorum [a] dentur pœnitentiæ, hoc est, ut prius eum quem sui pœnitet facti, a communione suspensum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impositionem crebro recurrere; [3] expleto vero, qui ad priora vitia vel infra pœnitentiæ tempus, vel post reconciliationem relabuntur, secundum priorum canonum severitatem damnentur.

1 *Al.* ut quotiens peccare libuerit, totiens a presbyteris.

2 *Al.* formam canonicam detur pœnitentia.

3 *Al.* expleto autem satisfactionis tempore, sicuti sacerdotalis contemplatio probaverit, eum communioni restituat. Hi vero qui ad propria vitia, vel infra &c.

CAP. V.

Ut pœnitens ad terrena connubia pertransiens, excommunicetur.

Ex Concilio Barcinonensi anno 599. *can.* 4.

Pari etiam consideratione sanctientes, ut si qua virgo propria voluntate, abjecta laicali veste, devotarum more induta, castitatem servare promiserit, vel si qui hominum utriusque sexus, pœnitentiæ benedictionem expetendo, a sacerdote perceperint, et ad terrena connubia sponte transierint [b], aut violenter, abstractæ feminæ, a pudicitiæ violatore se sequestrare noluerint, utrique ab ecclesiarum liminibus expulsi, ita ab hominum catholicorum communione sint separati, ut nulla prorsus eis vel colloquii consolatio sit relicta. *Eumdem vide in cap. 7. de Monach. et Virginib.*

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 55.

De pœnitentibus viris, ac viduis sive virginibus, qui divertentes laici fiunt, aut vestem mutant, vel conjugiis copulantur; ut scilicet pœnitentes ad pœnitentiam revocentur, et si noluerint, anathemate feriantur.

Quicumque ex sæcularibus accipientes pœnitentiam toton-

a Nicæni can. 11. *b* Pœnitentibus fas non erat, matrimonium inire. Vide Synod. Arelat. 11. *can.* 21. et Ticinen. sub Leone IV. *can.* 8.

tonderunt se, et rursus prævaricantes laici [a] effecti sunt, comprehensi ab episcopo suo, ad pœnitentiam, ex qua 1 recesserunt, revocentur. Quod si aliqui per [b] 2 pœnitentiam irrevocabiles sunt, nec 3 admoniti revertantur, vere ut apostatæ coram ecclesia anathematis sententia condemnentur. Non aliter et hi 4 qui detonsi a parentibus fuerint, aut sponte sua, amissis parentibus se ipsos religioni [c] devoverunt, et postea habitum sæcularem sumserunt, et iidem a sacerdote comprehensi, ad cultum religionis, acta prius pœnitentia, revocentur. 5 Quod si reverti non possunt, vere ut apostatæ anathematis sententiæ subjiciantur. Quæ forma servabitur etiam in viduis, virginibusque sacris, ac pœnitentibus feminis, quæ sanctimonialem habitum induerunt, et postea aut vestem mutaverunt, aut ad nuptias transierunt. *Eumdem vide in cap. 9. de Monach. et virgin. propos.*

1 *Al.* recesserunt, renoventur.
2 *Al.* per potentiam.
3 *Al.* admoniti revertuntur.
4 *Al.* qui tonsi collaudantibus parentibus fuerunt, se ipsos religioni voverunt, et postea ... ut iidem a sacerdote.
5 *Al.* Quod si converti nolunt, velut apostatæ.

CAP. VII.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. canone 7.

De pœnitentibus transgressoribus, et ad pristinas sordes conversis, ut iterum ad pœnitentiam revocentur, et si noluerint, excommunicati habeantur, et hi etiam, qui cum hujusmodi excommunicatis communicaverint.

Quamvis priora numquam siluerint de 6 tanto facinore concilia, ratio 7 tamen poscit, ut ea quæ frequenti prævaricatione iterantur, frequenti sententia condemnentur. Et ideo quoniam tanta existit perversitas hominum, ut hi, quos sub religioso habitu pœnitentiæ professio pro peccatorum venia ad manum sacerdotis deducit vel adduxit iterum rediviva malitia, ad vitæ pristinæ sordes revocet, hujus rei caussa sancta synodus decernit, ut si qui ingenuorum [d] utriusque sexus sub 8 nomine pœnitentiæ in habitu religioso sunt conversati; post hæc autem comam nutrientes, vel vestimenta sæcularia sumentes, ad id quod 9 reliquerant, redierint, ab episcopo civitatis, in cujus territorio sunt conversi [e], comprehensi, rursus legibus pœni-

6 *Al.* tantis facinoribus.
7 *Al.* tamen deposcit.
8 *Al.* nomine pœnitentis.
9 *Al.* reliquerant redierunt

[a] *Hoc est*: habitu et statu pœnitenti seu religioso relicto, ad habitum et statum sæcularem transierunt. [b] *Potius*: *ad*. [c] Vitæ pœnitenti, seu religiosæ.
[d] Ingenui nominantur, eo quod hi tantum in actu pœnitentiæ mutarent habitum, de profano in vilem et abjectum; non item servi, quorum erat semper vilibus indumentis incedere. [e] Scilicet, ad pœnitentiam.

1 *Al.* Quod si fieri propter alicujus potestatis.
2 *Al.* sicut priorum.
3 *Al.* excommunicati, et anathemate condemnati habeantur; similiter et hi.
4 *Al.* negligentia admonere noluerit, ut aut revertentes.

nitentiæ in monasteriis subdantur inviti. [1] Quod si facere propter aliquem potestatis vigorem [a] difficile fuerit, tunc, [2] sicut priscorum canonum [b] statuerunt decreta, quousque ad dimissum ordinem revertantur, [3] excomunicati habeantur; sed et hi, qui post excommunicationem, vel interdictum cum ipsis communicaverint. Sacerdos autem ad quem pertinere noscuntur, si eos quolibet munere, vel favore aut [4] diligentia admonere noluerit, et aut revertentes suscipiat, aut contemnentes de ecclesia rejiciat [c], simili sententia plectatur, quousque emendationis vel damnationis eorum ab eo sententia promulgetur. *Eumdem vide in cap. 12. de Simonia.*

CAP. VIII.

Ex eodem, canone 8.

5 Al. *pristina reddantur,*

Quod quibusdam pœnitentibus [5] pristinà tradantur conjugia; scilicet, ut ex conjugatis, defuncto eo qui pœnitentiam non egerat, alter matrimonio copulari non possit; pœtente vero vita functo, superstes qui pœnitentiam non egit, ad secundas nuptias transire possit, si se continere nequeat.

Epist. ad Rest. Narb. cap. 11. can. 19. c. 33. q. 2.

6 *Al.* ita de feminis.
7 *Al.* quidem hoc generaliter et canonice præceptum, sed constat a vobis pro.

8 *Al.* consensu alter ad continentiam eat, unde fuerit regressus.
9 *Al.* si autem illius.
10 *Al.* absolutionem pœnitentis.

Antiqui et sanctissimi est Patris sententia Papæ Leonis, ut is qui in ætate adolescentiæ positus, dum mortis formidat casum, pervenerit ad pœnitentiæ remedium, si conjugatus, et forte fuerit incontinens, ne postea adulterii incurrat lapsum, redeat ad pristinum conjugium [d], quousque possit adipisci, temporis maturitate continentiæ statum. Quod nos, sicut de viris, [6] ita et de feminis æquo modo censemus, non [7] quidem generaliter [e] et legitime [f] præceptum, sed constat à nobis pro humana fragilitate indultum [g], ea dumtaxat ratione, ut si is qui pœnitentiæ non est legibus deditus, ante ab hac vita decesserit, quam ex [8] consensu ad continentiam eorum fuerit regressus [h], superstiti non liceat denuo ad uxoris transire amplexus; [9] sin autem illius vita extiterit superstes, qui non accepit [10] bene-

a Ob alicujus hominis potentis illatam vim. *b* Vide supra cap. 7. *c* Puto mendum in hanc periodum irrepsisse; et ita fortassis legendam: *et aut contemnentes* (hoc est, reverti ad pœnitentiam) *suscipiat; aut revertentes de ecclesia rejiciat.* *d* Syn. Wormat. quæ can. 30. hunc Tolet. canonem transcribens, ita progreditur: *Si autem non habuerint uxorem, et se continere non velint, legitimas accipiant in conjugio feminas.*
e Sine exceptione. *f* Tamquam pro lege. *g* Sententia ejusd. Leonis ibid. *h* *Id est:* prius quam ambo communi consensu ad continentiam profitendam fuerint regressi.

nedictionem pœnitentis, nubat, si se continere non potest, [1] et alterius consortio fruatur uxoris. Quod de utroque sexu pari modo a nobis manifestum [2] est, decrevisse, ita videlicet, ut in his omnibus sacerdotis ordinatio expectetur, ut juxta quod ætatem aptam [3] prospexerit continentiæ, absolutionis vel districtionis tribuat legem.

1 *Al.* et ulterius consortio.
2 *Al.* est, decretum esse.
3 *Al.* prospexerit pœnitentiæ.

TIT. XXII.

DE SPONSALIBUS, ET MATRIMONIO.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. canone 54.

De parentibus, qui fidem sponsaliorum frangunt, ut triennii communione priventur.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum [a], triennii [4] tempore abstineant se a communione. Si tamen iidem sponsus vel sponsa [5] in illo gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si vero [6] in eodem fuerint vitio, et polluerint se consentiendo, superior [b] sententia servetur.

* *Can.* 1. *c.* 31. *q.* 3.
4 *Al.* tempora abstineantur. Si tamen.
5 *Al.* in gravi.
6 *Al.* in eisdem fuerit vitium, et polluerint se, superioris sententia servetur.

CAP. II.

Ex eodem, canone 81.

De feminarum epistolis, ut propria ipsarum conjugatarum subscriptione non mittantur.

Ne feminæ, suo [7] potius, quam maritorum nominibus laicis scribere audeant, [8] qui fideles sunt, vel literas alicujus pacificas [c] ad suum solum nomen scriptas, accipiant [d].

7 *Al.* potius absque maritorum.
8 *Al.* quæ fideles.

a Quæ pro filiis contraxerant. *b* *Id est*: per trienium a communione abstineant parentes, si simul cum filiis fidem sponsalium infregerint, vel infractioni consenserint. Vide sis *Leg.* 4. *tit.* 5. *lib.* 3. *Cod. Theod.* *c* Familiares. *d* Ut feminarum pudicitiæ consuleretur.

CAP.

CAP. III.

Ex Regula Fidei Catholicæ Concilii Toletani I. canone 16.

Si quis dixerit vel crediderit [a], conjugia hominum, quæ secundum legem [1] Divinam licità habentur, execrabilia esse, anathema sit.

[1] *Al.* Divinam licet habere, execrabilia.

CAP. IV.

Ex Epistola Leonis M. ad Turibium Asturicensem anno 447. cap. 7.

Contra illud, quod nuptias et procreationes filiorum adstruant esse peccatum.

Septimo loco sequitur, quod nuptias damnant, et procreationem nascentium perhorrescunt, in quo, sicut pène in omnibus, cum Manichæorum profanitate concordant; ideo sicut ipsorum mores probant, conjugalem [2] copulam detestantur; quia non est illic libertas turpitudinis, ubi pudor et matrimonii servatur, et spes sobolis.

[2] *Al.* copulam detestantes, quia non est illic et libertas turpitudinis, ubi nec pudor, matrimonii servatur, nec spes sobolis.

CAP. V.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. can. 11.

Si quis conjugia humana damnat, et procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

[a] Priscillianistæ. Vide August. *de Hæresib.* cap. 70.

TIT. XXIII.

DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 8.

De feminis quæ adulteros maritos relinquunt, et aliis nubunt, ut nec in vitæ exitu communionem percipiant.

ITEM feminæ, quæ nulla præcedente [1] caussa [a] reliquerunt viros suos, et alteris [2] se copulaverunt, nec in fine accipiant communionem.

1 *Al* caussa reliquerint.

2 *Al.* se copulaverint alteri, et in hoc permanere voluerint, nec in fine.

CAP. II.

Ex eodem, canone 9.

De feminis, quæ relictis viris suis adulteris, *aliis nubunt*, ut nonnisi post relicti mariti decessum, nisi urgente interim infirmitatis necessitate, communionem accipiant.

* Item fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, et alterum [3] duxerit, non prius accipiat communionem, quam is quem reliquit, de sæculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit [b].

* *Can.* 8. *c.* 32. *q.* 7.

3 *Al.* duxerit, prohibeatur ne ducat; si autem duxerit, non prius accipiat communionem, nisi quem reliquerit, de sæculo exierit.

CAP. III.

Ex eodem, canone 10.

De relicta catechumeni, si alterum duxerit, ut ambo baptizari possint, et de relicta ab homine christiano, ut uterque reconciliationem in exitu vitæ tantum accipiant.

Si ea quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti. Hoc et circa feminas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit fidelis, quæ du-

a Exceptio hæc ad pleniorem expressionem adjecta est; nulla enim caussa extitit dissolutionis matrimonii, ut evincitur ex cap. seq. *b* Nulla ergo caussa erat, nec adulterium, ut matrimonium dirimi posset.

ducitur ab eo, qui uxorem inculpatam [1] reliquit, et quum cluerit illum ab uxore [a] quam sine caussa reliquit, placuit hujusmodi in fine dari communionem. *Eumdem vide in cap. 2. de Catechum.*

1 *Al.* reliquit, et scierit eum habere uxorem, quam sine caussa reliquit, placuit huic nec in fine dari communionem.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 15.

De prohibendo *conjugio eorum, qui ex gentilitate veniunt,* cum feminis christianis.

Propter copiam puellarum, gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines christianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio [b] resolvatur animæ.

CAP. V.

Ex eodem, canone 16.

De puellis fidelibus, ne infidelibus conjungantur a parentibus, sub quinque annorum excommunicationis pœna.

2 Hæreticis, qui errant ab ecclesia catholica, nec ipsis catholicas dandas puellas, sed neque judæis neque hæreticis dari placuit, eo quod nulla possit esse societas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, 3 abstinere per quinquennium placet.

2 *Al.* Hæreticis, si se transferre noluerint ad ecclesiam catholicam, nec ipsis catholicas dandas esse puellas &c.

2. *Cor.* 6. *v.* 15.

3 *Al.* abstineri.

CAP. VI.

Ex eodem, canone 17.

De his, qui 4 *filias sacerdotibus gentilibus conjungunt*, ut nec in exitu vitæ communicent.

4 *Al. filias suas sacerdotibus gentilium.*

Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas junxerint, placuit, nec in fine eis dandam esse communionem.

a Hoc est: postquam ipsam uxorem carnaliter cognoverit. Vide hujus canonis interpretationem in cap. 2. *de Catechum.* *b* Metaphorice, pro abnegatione fidei, quæ est adulterium animæ.

CAP.

CAP. VII.

Ex eodem, *canone* 61.

De his, *qui duabus sororibus* successive *copulantur*, ut post quinquennium, nisi accedente interim infirmitate, communicent.

Si quis post obitum uxoris suæ, sororem ejus duxerit, et [1] ipsa sit fidelis, quinquennio a communione placuit abstinere, nisi forte velocius dari pacem necessitas coegerit infirmitatis.

[1] *Al.* ipsa fidelis fuerit, quinquennium a communione placuit abstineri.

CAP. VIII.

Ex eodem, *canone* 66.

De his, *qui privignas suas ducunt*, ut nec in fine vitæ communicent.

Si quis privignam suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, placuit, nec in fine dandam esse communionem.

CAP. IX.

Ex eodem, *canone* 67.

De prohibendo, sub excommunicationis pœna, *conjugio* fidelis aut *catechumenæ feminæ* cum comicis.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel qua [2] catechumena aut comicos aut viros scænicos [a] habeat: quæcumque hoc fecerit, a communione arceatur. *Eumdem vide in cap. 7. de Catechumenis.*

[2] *Al.* catechumena comatos aut viros cenerarios habeat: quæcumque hoc fecerint, a communione arceantur.

[a] Quasi turpitudinis et idololatriæ professores. Vide sis Leg. 1. et 12. tit. 7. *de Scænicis* lib. 15. Cod. Theod.

CAP. X.

Ex Epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 4.

Quod non liceat, alterius sponsam alteri in matrimonii [1] *jura accipere.*

1 Al. *jura sortiri.*

* *Can.* 50. *c.* 27. *q.* 2.

* De conjugali autem violatione requisiti, si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat, omnibus modis inhibemus, quia illa benedictio quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.

CAP. XI.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *can.* 17.

De eo, qui uxorem habet, si concubinam [2] *habuerit, non communicetur.*

2 Al. *habuerit, ut non communicet.*

Si quis habens [3] uxorem fidelem, si concubinam habeat, non communicet. [4] Ceterum qui non habet uxorem, et pro uxore concubinam [a] habet, a communione non [5] repellatur; tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus, alias vero vivens abjiciatur, donec desinat, [6] et per pœnitentiam revertatur.

3 *Al.* uxorem et fidelem. *Vel* uxorem fidelis.
4 *Al.* Ceterum is qui.
5 *Al.* repellatur tamen ut unius.

6 *Al.* et ad pœnitentiam.

CAP. XII.

Ex Concilio Toletano II. anno 527. *canone* 5.

De his, qui proximis suis se copulant, ut a communione Christi separentur.

Nam et hæc salubriter præcavenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui usque quo affinitatis lineamenta generis successione cognoscit, in matrimonio si-

a Id est: uxorem legitimam, sed sine dote, et usitatis sollemnitatibus ductam. Vide sis August. *can.* 6. *caus.* 32. *q.* 2. Concubinas quoque rigorose sumtas toleratas fuisse ab ecclesia, colligitur ex Syn. Vermeriensi cap. 7. Vide sis Criscon. in *Breviar.* c. 230. et 231.

sibi desideret copulari [a], quoniam scriptum est: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet* [1] *turpitudinem ejus.* Nec sine [2] denunciatione sententiæ, nam paullo post infert, et dicit: *Anima quæ fecerit de abominationibus istis quidpiam, perhibit de medio populi sui.* Si quis ergo hujus [3] decreti nostri temerator extiterit, ac vetitum violare præsumserit, tanto graviori se multandum sententia recognoscat, quanto eam propinquiorem, cui copulari se [4] maluit, suæ originis esse non ambigat, tantoque annosioris excommunicationis tempore a Christi corpore et fraternitatis consortio sequestretur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagione pollutus.

Levit. 18. *v.* 6.

Ibid. v. 29.

1 Al. *turpitudinem ejus.* Et iterum: *Anima quæ fecerit de istis quippiam; peribit de medio populi sui.* Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem. Si quis ergo.

2 *Al.* denuntiatione fit sententiæ.

3 *Al.* decreti temerator.

4 *Al.* maluit serie originis esse non ambigit, tantoque annosiore.

CAP. XIII.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 48.

Neque nuptias liceat in Quadragesima celebrare.

• *Can.* 9. *c.* 33. *q.* 4. *ex Laodic. can.* 52.

CAP. XIV.

Ex eadem, cap. 79.

De muliere, quæ duos fratres conjugio, vel viro, qui duas sorores habuerit, ut usque ad exitum vitæ communionem non percipiant.

• Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores habuerit [b] a [5] communione abstineatur usque ad mortem, in morte autem eis [6] communio pro misericordia detur. Si autem supervixerint communione accepta, et de infirmitate convaluerint, agant plenam pœnitentiam tempore constituto.

• *Ex Neocæs. can.* 2.

5 *Al.* communione abstineant.

6 *Al.* communio detur. Si vero supervixerint.

CAP. XV.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *canone* 14.

7 *Ut Judæis uxores vel concubinas christianas habere, sive comparare mancipia christiana, non liceat*, si tamen filii inde nati, baptizandi sunt.

7 Al. *De Judæis.* Cetera desunt.

• 8 Suggerente concilio, id gloriosissimus dominus noster

• *Can.* 14. *dist.* 54.

8 *Al. Sic incipit:* Conventus noster hoc canonibus inserendum præcepit, ut Judæis.

a Singularis et rara constitutio. Aut loquitur fortassis de gradibus lineæ rectæ. Similis extat in can. 32. Conc. Wormat. *can.* 18. *caus.* 35. *q.* 2. *b* Intellige, successive, unam post alteram.

ster [a] canonibus inserendum præcipit, ut Judæis non liceat Christianas habere uxores vel concubinas, [1] neque mancipia christiana comparare in usus proprios [b]; [2] sed et si qui filii ex tali conjugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum [c]. *Integrum vide in cap. 3. de Judaismo.*

1 *Al.* neque mancipium christianum comparare.
2 *Al.* sed et filios, qui ex tali conjugio.

CAP. XVI.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. can. 63.

De Christianorum Judæorumque conjugiis communibus, ut vel Judæi ad Fidem convertantur, vel separentur; *et de filiis eorum*, ut christianæ matris religionem sequantur.

[*] Can. 10. c. 28. q. 1.

[*] Judæi, qui christianas mulieres in conjugio habent, admoneantur ab episcopo civitatis ipsius, ut si cum eis permanere cupiunt, christiani efficiantur; quod si admoniti noluerint, separentur; quia non potest infidelis in ejus [3] permanere conjugio, quæ jam in christianam translata est Fidem. Filii autem, qui ex talibus nati existunt, Fidem atque conditionem matris sequantur. Similiter et hi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus et fidelibus viris, christianam sequantur religionem, non judaicam superstitionem.

3 *Al.* permanere conjunctione.

CAP. XVII.

Ex Concilio Toletano IX. anno 655. can. 13.

Ut ex libertis ecclesiæ, et ex personis ingenuis geniti ab ecclesiæ obsequiis non recedant; improbatur tamen hujusmodi conjugium.

Excessibus libertorum ecclesiæ [4] plerumque patrocinandi videmus ecclesiam convexari, et bicipiti coacti sumus tædio condolere, uno, dum per superbiam reluctantis auctor [5] contemnitur, altero, dum libertas superbientis in conditionem relabi cogitur [6] servitutis. Adeo quum jam præteritis Patrum regulis multæ super hoc diversæ constitutionis emanaverint sanctiones, tamen quoddam ad plenitudinem rei, aptum conspeximus adhuc innectere complementum.

4 *Al.* plerumque patronam videmus.
5 *Al.* contemnitur libertatis, altero.
6 *Al.* servitutis. Ideo quum.

a. Reccaredus ex Valentiniano Imp. *Leg. 2. tit. 7. lib. 3. Cod. Theod.* b Vide sis *Leg. 13. tit. 2. lib. 12. For. Jud.* c Non probatur tamen aliquibus hujusmodi decretum.

tum. Igitur, sicut legum reverenda sanctio censuit, ita [1] servare totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena commistio maculet, [2] quod per totum generositas propria decoravit. Unde cunctis ecclesiarum libertis, tam viris quam feminis, eorumque propagini interdicitur judicio generali, ne deinceps [3] caussa conjunctionis quibuslibet copulentur personis ingenuis [a]. Quod si hoc factum quandoque patuerit, permistione tali genita proles numquam merebitur [4] jus indebitæ dignitatis, nec ecclesiæ umquam carebit obsequiis [b], cujus beneficio donum meruisse noscitur libertatis. *Eumdem vide in cap. 10. de Servis Ecclesiæ.*

1 *Al.* servari.

2 *Al.* quod generositas.

3 *Al.* caussa connubii, aut Romanis ingenuis copulentur aut Gothis. Quod si.

4 *Al.* jus debitæ dignitatis.

CAP. XVIII.

Ex Synodo Helenensi anno 1027. cap. 4.

Neque aliquis; se sciente, in incestu usque ad VI. gradum permaneat [c]. *Idem vide in cap. 5. de Incestu; et quæ sequuntur, in cap. 6. de Divortio.*

CAP. XIX.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. cap. 3.

[5] Nullus christianus duas uxores habeat, nec uxorem fratris sui accipiat; quod qui præsumserit, et tale scelus commiserit, ab ecclesia [6] et a communione privetur. *Eumdem vide in cap. 16. de Mœchia, et lenocin.*

5 *Al.* Et nullus.

6 *Al.* et communione.

CAP. XX.

Ex eodem, cap. 6.

[7] Adjicimus, ut hi consanguinei, qui sunt conjugati, a conjugio separentur, et pœnitentiam [8] expleant, aut ab ecclesia et consortio christianorum expellantur. *Quæ sequuntur, in cap. 11. de Cœlibatu Cleric.*

7 *Al.* Edictum adjicimus.

8 *Al.* expleant, ut ab ecclesia.

a Vide *Leg. 4. tit. 2. lib. 3. For. Jud.* *b* Nec ab ecclesiæ patrocinio recedat.
c Juxta capitular. Reg. Francor. *lib. 5. c. 166.*

TIT. XXIV.

DE DIVORTIO.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. canone 65.

De adulteris uxoribus clericorum, ut ab eorum domibus ejiciantur.

1 *Al.* et scierit eam.

2 *Al.* debent, ab eis videantur.

Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, [1] et sciat eam maritus suus mœchari, et eam non statim projecerit, nec in fine accipiat communionem, ne ab his, qui exemplum bonæ conversationis esse [2] debent, videantur magisteria scelerum procedere.

CAP. II.

Ex eodem, canone 70.

3 Al. *adulterant.*

De feminis, quæ consciis maritis [3] adulterantur, ut nec in exitu vitæ communionem mariti accipiant, nisi uxores dimiserint, et tunc post decem annos.

4 *Al.* Si cum conscientia mariti uxor fuerit mœchata, placuit.

5 *Al. deest* : si eam.

4 Si conscio marito fuerit mœchata uxor, placuit, nec in fine ei dandam esse communionem. Si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, [5] si eam, quum scierit adulteram, aliquo tempore in domo sua retinuit [a]. *Eumdem vide in cap. 9. de Mœchia et lenocin.*

CAP. III.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. canone 7.

6 Al. *potestatem habet.*

Ut clericus, cujus uxor peccaverit, præter necem [6] potestatem habeat distringendi eam, et cum ea cibum non sumat.

* *Can.* 10. *c.* 33. *q.*2.

7 *Al.* ut si quæcumque clericorum.

8 *Al.* custodiendi, ligandi.

9 *Al.* jejunia salutifera, non mortifera eas cogentes.

* Placuit, [7] ut si quorumcumque clericorum uxores peccaverint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem, [8] custodiendi ac ligandi in domo sua, ad [9] jejunia salutaria, non mor-

a Occlusam, pœnitentiæ caussa.

mortifera cogentes, ita ut invicem sibi clerici pauperes auxilium ferant [a], si servitia forte non habeant [b]. Cum uxoribus autem ipsis quæ peccaverint, [1] nec cibum sumant, nisi forte ad timorem Dei, acta pœnitentia, revertantur. *Eumdem vide in cap. 12. de Mœchia et lenocin.*

1 *Al.* nec cibos.

CAP. IV.

Si clerici uxor mœchata fuerit, debet eam dimittere.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 28.

• Si autem post ordinationem alicujus clerici [2] uxor adultera fuerit, dimittat eam; si autem cum ipsa voluerit permanere, a ministerio alienus sit. *Integrum vide in cap. 10. de Bigamis.*

• *Can. 12. dist. 34. ex Neocæs. can. 8.*
2 *Al.* uxor adulterata.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. canone 8.

De his, qui uxores suas, divortio intercedente, relinquunt, ut excommunicati, donec ad consortium redeant, permaneant.

• Præceptum Domini est, ut excepta caussa fornicationis, uxor a viro dimitti non debeat. Et ideo quicumque, citra culpam [3] criminis prædicti, uxorem suam, quacumque occasione reliquerit, quia quos Deus jungit, ille separare disposuit, tamdiu ab [4] ecclesiastica communicatione privatus, et a cœtu omnium christianorum maneat alienus, quamdiu et ad societatem relictæ conjugis redeat, et partem sui corporis honesta lege conjugii sinceriter amplectatur et foveat. Hi tamen, qui jam admoniti a sacerdote semel, et bis, terque ut corrigantur, ad tori sui conjugii noluerunt redire consortium, ipsi se suis meritis, et a Palatinæ dignitatis officio separabunt, et insuper generosæ dignitatis testimonium [c], quamdiu in culpa fuerint, amissuri sunt, quia carnem suam [5] discidii jugulo tradiderunt.

• *Can. 21. c. 32. q. 5. Matth. 5. v. 32.*
3 *Al.* criminis supradicti ..... occasione dimiserit, quia quod Deus junxit. *Matth. 19. v. 6.*
4 *Al.* ecclesiastica communione alienatus, et a cœtu .... quamdiu societatem relictæ conjugis sinceriter amplectatur, et foveat. Ita tamen ut, qui jam ... semel, bis, terque ut corrigerentur, ad torum suæ conjugis noluerint redire *vel* ad carum suæ conjugis.
5 *Al.* dissidii jugulo, *vel* cingulo.

a Ut alter alterius rem familiarem ministret, quando uxor ad pœnitentiam detrusa est. *b* Si servos non habeant. *c* Nobilitatem.

CAP.

CAP. VI.

Ex Synodo Helenensi anno 1027. *cap.* 4.

Ne aliquis uxorem propriam dimittat, nec alteram feminam habeat. *Quæ sequuntur, in cap. 15. de Mœch. et lenocin.*

TIT. XXV.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

CAP. I.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 18.

1 Al. *Si vidua episcopi, presbyteri, vel diaconi maritum acceperit.*

2 *Al.* morienti tamen ei.

[1] *Si sacerdotis vidua, vel levitæ maritum acceperit, in fine tantum communicet.*

Si qua vidua episcopi, sive presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat, numquam communicet; [2] morienti tantum ei sacramentum subveniat [a].

CAP. II.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 29.

De viduis clericorum, ut ad secundas nuptias non transeant.

• *Can. 12. dist. 28. ex Tolet. I. can. 18. ubi supra cap. 1.*

3 *Al.* religiosa persona.

4 *Al.* morientj tamen ei.

• Si qua vidua episcopi, vel presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla [3] religiosa cum ea convivium sumat, numquam communicet; [4] morienti tantum ei sacramenta subveniant.

[a] Ut bonam defuncti mariti memoriam conservarent, lex contra bigamos constituta, ad ipsas protracta est.

CAP.

CAP. III.

Ex eadem, *cap.* 38.

De presbyteris, [1] *ut in secundis nuptiis non vadant*, quia pœnitentia a bigamis agenda est.

1 Al. *ut ad secundas non vadant nuptias.*

• Presbyterum ad secundas nuptias convivam fieri non [2] oportet, propterea quod hi, qui ad secundas nuptias veniunt, pœnitentiam postulant. Quomodo potest presbyter esse, qui propter convivium interest tali conjugio? *Idem vide in cap. 1. de His quæ clericis vetita sunt*, *et cap. 11. de Bigamis ordin.*

• *Ex Neocæs. can.* 7.

2 *Al.* oportet, quod si ad secundas nuptias venerit, pœnitentiam postulet. Quomodo presbyter ille potest esse, qui propter.

CAP. IV.

Ex eadem, *cap.* 80.

3 *De his*, *qui* pluribus *nuptiis irruunt*, ut pœnitentiam agant.

3 Al. *De his*, *qui nuptias iteraverint.*

• Si quis multis nuptiis fuerit copulatus, pœnitentiam agat, conversatio autem et fides [4] pœnitentis compendiat tempus.

• *Can.9.c.32. q.7. ex Neocæs. can.* 3.

4 *Al.* pœnitentis compendit.

LIBER III.

DE ECCLESIIS, ECCLESIÆ BONIS, ET ECCLESIÆ SOLLEMNIIS.

TIT. I.

DE ECCLESIIS ÆDIFICANDIS, *VEL REPARANDIS.*

CAP. I.

Tertia oblationum pars episcopo pro reparandis ecclesiis assignatur.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. *can.* 8.

• Multorum casuum experientia magistrante, reperimus, nonnullas diœcesanas esse ecclesias [5] destitutas: ob quam rem id hac constitutione decrevimus, ut antiquæ consue-

Kkk tu-

• Caus.1.q.1.can.10. *Decrevimus.*

5 *Al.* destitutas, pro qua re, hac constitutione.

1 *Al.* et annis singulis ab episcopo dioeceses visitentur.
2 *Al.* ipsius reparari praecipiatur, quia tertia pars ex omnibus.
3 *Al.* ab episcopis ex principibus novimus statutum.

tudinis ordo servetur, [1] et annuis vicibus ab episcopo dioecesano visitentur, et si qua forte basilica reperta fuerit destituta, ordinatione [2] ipsius reparetur, quia Tertia ex omnibus per antiquam traditionem, ut accipiatur [3] ab episcopis, novimus statutum. *Eumdem vide in cap. 1. de Visit. Episcop. Et in cap. 1. de Episcop. dignit. provent.*

CAP. II.

Archipresbyter, vel archidiaconus de consensu episcopi tertiam oblationum partem in reparatione vel in luminariis ecclesiae impendet.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. cap. 7.

4 *Al.* in reparatione.
5 *Al.* de quarta parte.

Item placuit, ut de rebus ecclesiasticis tres aequae fiant portiones, id est, episcopi una, alia clericorum, tertia [4] in recuperatione vel in luminaribus ecclesiae, [5] de qua parte sive archipresbyter, sive archidiaconus illam administrans, episcopo faciat rationem. *Idem vide in cap. 4. de Diaconis &c. et cap. 1. de Bonis Ecclesiae.*

CAP. III.

Tertia oblationum pars in luminaribus et in reparatione ecclesiae impendenda est.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. can. 2.

• *Can. 1. c. 10. q. 3.*
6 *Al.* per ecclesias suas ambulans.

7 *Al.* parochialibus facta sibi usurpet, sed ecclesiae reparationi servetur, et in singulis annis *vel* per singulos annos episcopo ratio fiat. Nam si.
8 *Al.* sacra tecta abstulit.

• Placuit, ut nullus episcoporum, quum [6] per dioeceses suas ambulat, praeter honorem cathedrae suae, id est, duos solidos [a], aliquid aliud per ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiis [7] parochialibus requirat, sed illa tertia pars pro luminariis ecclesiae vel recuperatione servetur, et singulis annis episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen et [8] sacra abstulit ecclesiae. *Integrum vide in cap. 3. de Visit. Episcop.*

[a] Solidus argenteus respondet tribus regalibus, undecim morapetinis, et duabus sextis partibus alterius morapetini *de vellon*. Aureus, secundum Cantos Benitez respondet quinquaginta regalibus *de vellon*; at juxta P. Andraeam respondet octoginta regalibus *de vellon*.

CAP.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. can. 15.

Quod inanpre debeat firmum, si[1] *servi fisci ecclesias fecerint, easque peculio suo ditaverint*, dummodo auctoritate regia confirmetur.

1 Al. *ut servi Fisci, qui ecclesiam construunt, eisdem dotem faciant.*

Si qui ex servis fiscalibus ecclesias fortasse construxerint, easque de sua[2] paupertate ditaverint, hoc procuret episcopus prece sua, auctoritate regia [a] confirmari.

2 *Al.* paupertate dotaverint, has procuret.

CAP. V.

Ex Concilio Emeritensi, anno 666. canone 16.

Ut episcopo non liceat Tertiam de parochianis ecclesiis tollere, sed quæ instituta sunt, debeat observare, scilicet, quod eam in reparatione ecclesiæ impendat.

Bene disposuit Divina gratia [b], quicquid unaquæque ecclesia a fidelibus collatum est, habeat; priscis quippe * canonibus [c] erat decretum, ut episcopus de parochitanis ecclesiis Tertiam sequeretur, [d] cui sua plenissime sufficere possunt. Placuit huic sancto concilio, ut nullus provinciæ Lusitaniæ episcopus sententiæ hujus terminum excedat, nec a qualibet parochitana ecclesia Tertiam auferre 3 præsumat; sed quicquid exinde [e] consequi potuerat, totum in reparationem ipsarum basilicarum proficiat. Omnes vero supradicti [f] presbyteri, qui virtutem habuerint, [g] episcopo suo placitum faciant [h], ut reparare ecclesias sibi commissas intendant. Quod si facere distulerint, ab episcopo suo districti, ecclesias sibi creditas, ut ratio permittit, digne reparent. Ecclesiæ tamen, quæ mundiales [i] res nullas habent, solicitudine, intentione, et dispositione episcopali, ut ratio permiserit, habeant reparationem. *Partem vide in cap. 11. de Presbyteris, et Parochis.*

* Caus. 10. q. 3. can. 2. *Priscis.*

3 *Al.* præsumat, quæque exinde.

a Quippe quæ ex peculio servorum Regis fuerant constructæ. *b Hoc est*: Jure optimo prædecessores nostri Divina spirante gratia decreverunt, quod quicquid &c. *c* Vide supra cap. 1. *d Legas potius*: non sequeretur; id est, non sibi, seu in suos impendendam usus, assequeretur. *e* Ex tertiis collectis. *f* Hæc vox perperam hic adjecta a collectoribus; vel refertur potius ad canonem 18. ejusd. concilii, qui extat cap. 12. *de Presbyteris*; qui fortassis olim præcederet hunc canonem 16. *g Id est*: quorum ecclesiæ sufficientes habuerint facultates. *h* Promittant. *i* Facultates.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. can. 5.

1 Al. *De reparatione ecclesiarum, vel diversis aliis caussis.*

1 *De reparatione ecclesiarum*, ab episcopo ex tertia oblationum parte facienda, sub duorum mensium excommunicationis pœna.

Quamquam in præteritis sanctorum Patrum de diversis caussis sententiæ enitescant, sed et nunc quæ tempori ordinique congruant, ordinato jure instituenda sunt. Nam sicut antiquitas de caussis ingruentibus edicta multimoda edidit, ita nunc nostri temporis ætas, de his quæ occurrunt, ut faciat, convenit. Quapropter in medio cœtus nostri deducta est quorumdam consuetudo inordinata sacerdotum, qui parochias suas ultra modum diversis exactionibus vel angariis comprimunt, vel quod quamplures ecclesiæ destitutæ persistunt. * Iccirco unio [2] nostræ adunationis decernit atque instituit, ut Tertias, quas antiqui canones [a] de parochiis suis habendas episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis episcopis diruptæ ecclesiæ reparentur; si vero eas maluerint reddere, ab earumdem ecclesiarum cultoribus [b] sub cura et solicitudine sui pontificis reparatio eisdem adhibenda est basilicis. Quod si omnes ecclesiæ aut incolumes fuerint, aut quæ diruptæ erant, reparatæ extiterint, secundum antiquorum canonum instituta, Tertias sibi debitas unusquisque episcopus assequi si voluerit, facultas illi omnimoda erit; ita videlicet, ut citra ipsas Tertias, nullus episcoporum quippiam pro regis inquisitionibus [c] a parochitanis ecclesiis exigat, nihilque de prædiis ipsarum ecclesiarum cuiquam aliquid caussa stipendii dare præsumat. Sed et hoc necessario instituendum delegimus, ut plures ecclesiæ uni nequaquam committantur presbytero; quia solus per totas ecclesias nec officium valet persolvere, nec populis sacerdotali jure occurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impendere; ea scilicet ratione, ut ecclesia, quæ usque ad decem habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem; quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis conjungatur ecclesiis. Si quis sane episcoporum hanc nostram institutionem parvipenderit, et

* Caus. 10. q. 3. can. 3. *Unio.*

2 *Al.* nostræ congregationis.

a Vide supra *cap.* 1. *b* Clericis, Divino cultui deditis. Vide supra præf. *cap.* 1.
c Exactionibus, unde apud nos: *Questia.*

et quidpiam exinde temerandum crediderit, duorum mensium spatiis se noverit excommunicatione multari; ita nempe, ut postquam ab hoc excommunicationis interdicto ad ordinis sui remeaverit locum, cunctas hujus canonis sanctiones modis omnibus studeat adimplere. *Eumdem vide in cap. 5. de Episcopalis Dignitat. provent. et in cap. 1. de Unione, et divis. Benefic.*

TIT. II.

DE ECCLESIARUM CONSECRATIONE.

CAP. I.

Ex Epistola VIGILII PAPÆ *ad Profuturum Episcopum Bracharensem, anno* 538. *cap.* 4.

Quando ecclesia iterum debeat consecrari.

* DE FABRICA vero cujuslibet ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda, et si in eo loco consecrationis sollemnitas debeat iterari, in quo sanctuaria [a] non fuerint, nihil judicamus officere, si per eam minime [1] aqua benedicta jactetur, quia consecrationem cujuslibet ecclesiæ, in qua Spiritus Sancti ara non ponitur, celebritatem tantum scimus esse Missarum. Et ideo, si qua sanctorum basilica a fundamentis etiam fuerit innovata, sine aliqua dubitatione, quum in ea Missarum fuerit celebrata sollemnitas, totius sanctificatio consecrationis implebitur. Si vero sanctuaria quæ habebat, ablata sunt, rursus eorum repositione et Missarum sollemnitate [b] reverentiam sanctificationis accipiet.

* *Can.* 24. *Cons. dist.* 1.

1 *Al.* aqua exorcizata jactetur.

CAP. II.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. *can.* 6.

Ut qui oratorium pro quæstu suo in terra propria fecerit, non consecretur.

* [2] Placuit, ut si quis basilicam, non pro devotione Fidei,

* *Can.* 10. *Cons. dist.* 1.

2 *Al.* Placuit, si quis.

a Altare. *b* Ex his colligitur, ecclesiarum consecrationis ritus in Missæ præcipue celebratione consistere. Verum obscura nimis sunt et confusa, quæ in hujus Vigilianæ epistolæ capite traduntur; ita ut hæc turpiter consarcinata epistolæ pars supposititia, aut saltem interpolata mihi certo videatur.

dei, sed [1] pro quæstus cupiditate ædificat, ut quicquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum clericis dividat, eo quod basilicam in terra [2] sua ipse condiderit, quod in aliquibus locis usque modo dicitur fieri. Hoc ergo de cetero observari debet, ut nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat, ut [3] basilicam, quæ non pro sanctorum patrocinio, sed magis [4] tributaria conditione est condita, audeat consecrare. *Eumdem vide in cap. 7. de Simon.*

1 *Al.* pro quæstu cupiditatis ædificat, ut quicquid ibi de oblatione.
2 *Al.* sua, quæstus caussa condiderit.
3 *Al.* nec basilicam.
4 *Al.* sub tributaria.

CAP. III.

Ecclesiæ, ab episcopis ex Ariana hæresi conversis, qui necdum benedictionem perceperint, consecratæ, denuo consecrentur.

Ex Concilio Cæsaraugustano II. anno 592. *canone* 3.

Statuit sancta synodus, ut episcopi de Ariana hæresi venientes, si quas ecclesias sub nomine catholicæ Fidei consecraverint, necdum benedictione a catholico sacerdote percepta, consecrentur denuo. *Eumdem vide in capite 5. de Hæreticis, neophitis &c.*

CAP. IV.

Ex Concilio Cæsaraugustano III. anno 691. *canone* 1.

Ut non liceat episcopis citra diebus Dominicis consecrationes ecclesiarum exercere.

In sanctum et satis venerabile concilium residentibus, renunciatum est nobis, eo quod aliqui pontifices regulam veritatis prætermittentes, ecclesias, quæ a fidelibus pia devotione construuntur, extra diebus Dominicis consecrent. Si ergo quum quisque nostrum mortalium ad sacerdotale [a] promovetur officium, nullatenus patimur, ut in reliquis diebus, nisi [5] tantum Dominicis festivitatibus ii, qui honoris digni habentur officio, in ordine præficiantur ecclesiastico; quanto magis ut deificata sancta templa, quæ ab hominibus fidelibus censentur honorificanda, sine diebus Dominicis prohibeantur consecranda? Cujusque non ta-

5 *Al.* tantum in Dominicis.

a Episcopale.

talium præsumtiones pontificum, non solum sanctorum Patrum cohiberemur [1] prohibere sententiam, sed propria deliberatione censemus [a], ut nulli penitus pontificum in quibuscumque provinciis constituti amodo liceat, præter certis diebus Dominicis [b], ecclesias sanctas consecrare.

1 *Al.* prohibere sententia.

TIT. III.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM.

CAP. I.

Ex Concilio Ilerdensi, anno 546. *canone* 8.

Si clericus servum vel discipulum de ecclesia traxerit, ut pœnitentiam agat.

* NULLUS clericorum servum aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat; quod si fecerit, donec digne pœniteat, a loco cui honorem non dedit, segregetur.

* *Can.* 19. *c.* 17. *q.* 4.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. *can.* 12.

De confugientibus ad hostes, ut si ad ecclesiam sese receperint, episcopi pro eis regis indulgentiam exorent.

Pravarum audacia mentium sæpe aut malitia cogitationum, aut caussa culparum, refugium appetit hostium. Unde quisquis [2] patrator caussarum extiterit talium, virtute se nitens defendere adversariorum, et patriæ, vel genti suæ detrimenta intulerit rerum, [3] in potestate principis ac gentis reductus, excommunicatus, et retrusus, longinquioris pœnitentiæ legibus subdatur. Quod si ipse mali sui prius [c] reminiscens, ad ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum, et reverentia loci, regia in eo pietas reservetur, comitante justitia [d]. *Eumdem vide in cap.* 4. *de*

2 *Al.* patrator exterit talium, virtutem petens defendere.
3 *Al.* in potestatem principis, ac gentis suæ reductus.

a Hoc est: Quorum quidem pontificum præsumtionem nedum ex præcedentium Patrum decretis, sed et ex propria sententiâ cohibere cupientes, decernimus.
b Quibus quidem posset populus convenire. *c* Prius quam detineatur. *d* Rex ob venerationem templo debitam, indulgenter cum eo agar, quantum justitiæ leges patiantur.

de Exorat. Episcoporum apud Reges, et cap. 8. de Obedient. fidel. et obseq. Regi defer.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. *can.* 10.

De his, qui ad ecclesiam confugium faciunt; ut nullus eos inde intra triginta passus extrahat, sub excommunicationis, et regiæ severitatis pœna.

Pro his, qui quolibet metu, vel terrore ecclesiam appetunt, consentiente [1] pariter et jubente gloriosissimo domino nostro Ervigio rege, hoc sanctum concilium * definivit, ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam vel residentes [2] inde abstrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, seu spolii [a] residentibus in loco sancto inferre; sed esse potius his ipsis, qui ecclesiam petunt, per omnia licitum, in triginta passibus ab ecclesiæ januis progredi, in quibus [3] triginta passibus uniuscujusque ecclesiæ in toto circuitu [4] reverentia defendetur; sic tamen ut hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis vel longe separatis ab ecclesia domibus nullo [5] modo obcelentur. Sed in hoc triginta passuum numero, absque [b] domorum extranearum [6] receptaculis, progrediendi aditum obtinebunt, qualiter et requisitæ naturæ usum debitis expleant locis, et nullo teneantur eventu necessitudinis, qui Dominicis se defendendos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum violare tentaverit, et ecclesiasticæ excommunicationi subjaceat, et severitatis regiæ feriatur sententia [c]. Ipsos tamen, qui ad ecclesiam [7] refugium fecerint, juxta priscorum canonum instituta, [8] hi qui eos competunt, sacramenta reddiderint, et sacerdos ecclesiæ ipsius ab ecclesiæ foribus non abstraxerit, aut fuga talium, [9] si venerit, sacerdoti quærenda est, aut damnorum sententia secundum electionem principis hujusmodi sacerdotibus irroganda.

1 *Al.* pariter gloriosissimo.
* *Can.* 35. *c.* 17. *q.* 4.
2 *Al.* inde vi abstrahere.
3 *Al.* triginta passus.
4 *Al.* reverentia defendatur.
5 *Al.* modo abscedant, *vel* accedant, *aut* ascendant.
6 *Al.* receptaculo, progredientes aditum obtinebunt, ut ad requisitæ naturæ usum debitis exeant locis.
7 *Al.* confugium fecerunt, si juxta.
8 *Al.* his qui eos repetunt, sacramenta.
9 *Al.* si evenerit.

a Prædæ. *b Hoc est*: non in domorum extranearum receptaculis. *c Sequentis decreti hæc videtur esse sententia*: Si is, cujus interest, confugientes ad ecclesiam a sacerdote ipsius ecclesiæ repetierit, et juramentum præstiterit de publica mortis pœna non afficiendis, ipsos nihilominus sacerdos tradere noluerit; si sacerdote tamen de eorum custodia non curante, ab ecclesia illi aufugerint, fuga eidem sacerdoti tribuenda erit, et damna inde sequuta, ab ipso ex regis sententia reparanda erunt. Vide sis *Leg.* 16. *tit.* 4. *lib.* 6. *For. Jud. Cod. Latini.*

CAP.

CAP. IV.

Ut nullus ab ecclesia vel cœmeterio aliquid auferre audeat.

Ex Concilio Legionensi, anno 1012. *cap.* 4.

Mandavimus adhuc, ut nullus [1] audeat rapere ab ecclesia; verum si aliquid [2] infra cœmeterium per rapinam sumserit, sacrilegium solvat, [3] et si quid inde abstulerit, ut rapinam reddat. Si autem extra cœmeterium abstulerit rem ecclesiæ, reddat eam, et [4] calumniam ipsius ecclesiæ more terræ [a].

1 *Al.* audeat aliquid rapere.
2 *Al.* intra cœmeterium.
3 *Al.* et quidquid inde injuste abstulerit.
4 *Al.* calumniam cultoribus ipsius.

CAP. V.

Ex eodem, cap. 5.

Item decrevimus, ut si forte aliquis hominem ecclesiæ occiderit, [5] et per se ipsam ecclesia justitiam adipisci non potuerit, [6] concedat [b].... vocem judicii, dividant per mediam calumniam homicidii.

5 *Al.* et se ipsa.
6 *Al.* concedat Majorino Regis vocem judicii, ditat atque per mediam.

CAP. VI.

Ut nullus res ecclesiæ invadere audeat.

Ex Synodo Helenensi, anno 1027. *cap.* 4.

Et ideo nos præcipimus supradicti, episcopus, clerus simul, et omnis ordo serviens Divinis cultibus, et coram Deo interdicimus, ut nullus homo vel femina de suprascriptis aliquid voluntarie temerare vel infringere præsumat, nec invadat res sanctæ matris ecclesiæ Helenensis, sive ceteris ecclesiis vel monasteriis debitas. *Quæ sequuntur, in cap. 18. de Imped. Matrim. et cap. 5. de Incestu.* Quod qui fecit, sive in antea fecerit, nisi resipuerit, et pro posse emendaverit, et ad plenam satisfactionem sanctæ matris ecclesiæ coram supradictis canonicis infra mensium trium spatium venerit, a liminibus

Lll san-

a *Integra hujus capitis sententia est*: Si quis intra cœmeterium rem ecclesiæ diripuerit, et rem ablatam restituat, et pœnam sacrilegio impositam Leg. 6. tit. 4. lib. 4. *For. Jud.* persolvat. Si vero extra cœmeterium, restituat rem, et injuriam irrogatam compenset. *b Hoc est*: curet, ut a Majorino seu Pro-Rege de delicto cognoscatur, ita ut ipse et ecclesia ex æquo persolvant, quod pro injuria solvendum decreverit.

sanctæ ecclesiæ, et omnium christianorum cœtu excommunicatus permaneat.

CAP. VII.

Ex Concilio Cojacensi, *anno* 1050. *cap.* 3.

De jure ecclesiarum, ut a laicis non usurpetur.

Tertio autem titulo statuimus, ut omnes ecclesiæ et clerici sint sub jure sui episcopi, nec potestatem aliquam habeant super ecclesias aut clericos laici [a]. *Quæ sequuntur, in cap. 44. de Missæ et Officii Eccles. celeb. rat.* Si quis autem laicus hujus nostræ institutionis violator exstiterit, anathema sit. Presbyter vero et diaconus, si hujus jussionis destructor exstiterit, sexaginta solidos episcopo persolvat, et gradu ecclesiastico careat.

CAP. VIII.

Ex eodem, *cap.* 12.

De asyli jure, *ecclesiis concesso*, et observando sub anathematis pœna, et multa pecuniaria.

Duodecimo quoque titulo præcipimus, ut si quilibet homo pro qualicumque culpa ad ecclesiam confugerit, non sit ausus eum aliquis inde violenter abstrahere, nec persequi infra dextros [b] ecclesiæ, qui sunt triginta passus, sed sublato mortis periculo et corporis deturpatione, faciat quod Lex Gothica jubet [c]. Qui aliter fecerit, anathema sit, et solvat episcopo mille solidos [d] purissimi argenti.

CAP. IX.

Ex Synodo Compostellana, *anno* 1114. *cap.* 1.

De ecclesiis in sua immunitate conservandis.

1 *Al.* Accipite igitur.

1 A capite igitur exordium sumentes, præcipimus, ne quis

a Prohibentur commendæ spirituales. *b* Sic appellati asyli limites circum ecclesiam. *c* Jubet profecto, ne vi ab ecclesia extrahatur reus, nisi se manu armata defenderit. *Leg.* 1. *et* 2. *tit.* 3. *lib.* 9. *For. Jud.* *d* Solidus ex argento, tunc usitatus, æquivalet tribus Regalibus, undecim morapetinis, et tertiæ aut sextæ parti alterius morapetini monetæ *de vellon*.

quis ecclesiæ terminos irrumpat, aut violenter ingrediatur. Si quis vero intra ecclesiæ terminos quippiam capere, aut sibi præsigillare [a], exigente justitia voluerit, pontificis vicarium [b] aut licentiam sibi dari prius expostulet.

CAP. X.

Ex eadem, cap. 3.

De ecclesiarum caussis, ut non nisi ab optimatibus, et apostolicæ sedis *Judicibus* definiantur.

Hereditatum et ecclesiarum caussæ non nisi ab optimatibus [c], et apostolicæ sedis [d] judicibus definiantur. Calumniæ fidejussoriæ [e] judicia more antecessorum nostrorum, posthabitis in honore beati Jacobi aliis Judicibus, apostolicæ sedis judicibus referantur.

CAP. XI.

Ut nonnisi exceptorum criminum rei ab ecclesia, ad quam perfugerint, extrahantur.

Ex Concilio Ovetensi, anno 1115. *cap.* 3.

Secundum etiam decreta canonum [f], ut superius sanximus [g], quod aliquem pro aliqua calumnia a dextris [h] ecclesiæ infra LXX. passus per vim non extrahamus, nisi servum naturaliter probatum [i], aut latronem publicum, aut proditorem de proditione convictum, aut publice excommunicatum, aut monachum vel monacham refugas [k], aut violatorem ecclesiæ, cui proculdubio ecclesia nullo modo debet refugium. Qui vero arreptus a diabolo, aliquid aliud [l] per vim extraxerit ab ecclesia, ejusque porticibus usque ad XII. passus, in quadruplum reddat, et secundum canones ita pœniteat, ut in monasterio sit monachus sub regula beati Benedicti, aut sit eremita omnibus die-

a Hoc est: aut signum aliquod apponere rei, quæ sibi adjudicanda sit. *b* Qui vice episcopi jurisdictionem, quæ Archidiaconis olim competebat, exercebat, quæ quidem vox tunc recens inventa, alias etiam denominationes, officialis scilicet et provisoris accepit. *c* Baronibus, comitibus, seu locorum judicibus. *d* Compostellanæ sedis seu ecclesiæ, quæ ab Apostolo Jacobo fundata creditur. *e* Actiones in jure, ad repetendas fidejussiones. *f* Vide supra cap. 8. *g Id est*: quod superius sanximus, fuit quoque secundum decreta canonum sancitum. *h* Limites immunitatis ecclesiarum. *i* Quem scilicet constet servum esse. *k* Apostatas. *l* Aliquem alium.

bus vitæ suæ, aut se servum subjiciat servituti ecclesiæ, quam læsit, aut summam peregrinationem arripiat omnibus diebus vitæ suæ [a].

CAP. XII.

Ex Concilio Palentino, *anno* 1129. *cap.* 2.

Præcipimus etiam, ut nemo ecclesiam infra octoginta quatuor passus jure hereditario possideat [b], utque oblationes excommunicatorum et decimæ non suscipiantur. *Idem vide in cap. 13. de Excommun.*

CAP. XIII.

Ex eodem, *cap.* 4.

Ecclesiæ non dentur laicis pro testimonio, vel villicatione.

CAP. XIV.

Ex eodem, *cap.* 6.

Ecclesiæ, et hereditates, et familiæ, quæ fuerunt sedium et monasteriorum, ubicumque fuerint, eis restituantur.

CAP. XV.

Ex eodem, *cap.* 10.

Ut clerici per manus laicorum ecclesias nec suscipiant nec recipiant [c], neque vicarii episcoporum consentiant.

CAP. XVI.

Ex eodem, *cap.* 16.

Laici tertias ecclesiarum seu quascumque oblationes nulla occasione possideant [d], sed in dispositione episcoporum cuncta, quæ ecclesiarum fuerint, habeantur.

a Hæc sunt pia opera, in quæ tunc commutatæ erant pœnitentiæ publicæ.
b Commendæ temporales inhibitæ. *c* Investituræ laicæ prohibentur. *d* Prohiberi videntur commendæ temporales, et usurpationes bonorum ecclesiæ a laicis tunc temporis nimis frequenter factæ. *Tertiarum* tamen, sive tertiæ decimarum partis perceptionem Clemens V. et Alexander VI. Catholicis Regibus indulserunt.

TIT. IV.

DE ECCLESIARUM ET SANCTORUM VENERATIONE.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano, anno 303. *canone* 34.

[1] *Ne cerei in cœmeteriis incendantur.*

1 Al. *Ne cereum in cœmeteriis incendatur.*

CEREOS per diem placuit in cœmeterio non incendi. Inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt [a]. Qui hæc non observaverint, arceantur ab ecclesiæ communione.

CAP. II.

Ex eodem, canone 35.

Ne feminæ in cœmeteriis pervigilent.

Placuit prohiberi, ne feminæ in cœmeterio pervigilent; eo quod sæpe sub obtentu orationis scelera latenter committant.

CAP. III.

Ex eodem, canone 36.

Ne picturæ in ecclesia fiant.

Placuit, picturas in ecclesia esse non debere [b], ne quod [2] colitur aut adoratur, in parietibus depingatur.

2 *Al.* colitur et adoratur.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 60.

De his, qui destruentes idola, occiduntur, ut tamquam martyres non colantur.

Si quis idola fregerit, et ibidem fuerit occisus, 3 quia in Evan-

3 *Al.* quatenus in Evangelio.

a Vide cap. 1. de Baptismo. *b* Nihil prohibet, quod ad vitandum recens conversorum gentilium lapsum usus imaginum interdiceretur. Vel potius, ne ab irruentibus gentilibus ludibrio haberentur imagines, quas, quia in parietibus essent depictæ, secum exportare non possent fideles.

1 Al. invenitur sub Apostolis.
2 Al. in numero.

Evangelio non est scriptum, neque [1] invenitur ab Apostolis umquam factum, placuit [2] in numerum eum non recipi Martyrum.

CAP. V.

Ex collectione Martini Bracharensis, cap.42.

Ut mulieres in sacrario non intrent.

* Ex Laod. can. 44.
3 Al. mulierem in secretarium ingredi.

* Non liceat, [3] mulieres in sacrario ingredi.

CAP. VI.

Reliquiæ in locis Ariana hæresi infectis inventæ, igne probentur, et quicumque eas absconderit excommunicetur.

Ex Concilio Cæsaraugustano II. anno 592. canone 2.

Statuit sancta synodus, ut reliquiæ in quibuscumque locis de Ariana hæresi inventæ fuerint, prolatæ a sacerdotibus, in quorum ecclesiis reperiuntur, pontificibus præsentatæ, igne probentur [a]. Quod si a quibuslibet occultatæ fuerint, et deteguntur, a sacrosancto catholicæ ecclesiæ cœtu segregentur.

CAP. VII.

Ex Concilio Bracharensi III. anno 675. can.6.

De damnata præsumptione quorumdam episcoporum, qui in festivitatibus martyrum ad ecclesiam procedentes appensis collo reliquiis, ab albatis diaconibus in sellulis vectantur.

4 Al. Bona siquidem ... contrectare.
5 Al. de bona conscientia.
Jerem. 48. v. 10.
6 Al. imponant, ut majoris.
7 Al. intumescant.

[4] Bona quidem res est, Divina sacerdotibus contractare mysteria, sed cavendum valde est, ne hoc quisque ad usum pravitatis suæ intorqueat, unde soli Deo [5] de bono conscientiæ placere debuerat. Scriptum est enim: *Væ his, qui faciunt opus Domini fraudulenter et desidiose!* Ut enim quorumdam episcoporum detestanda præsumptio nostro se cœtui intulit dirimenda, agnovimus, quosdam de episcopis, quod in solemnitatibus martyrum ad ecclesiam progressuri reliquias collo suo [6] imponant, et ut majoris fastus apud homines gloria [7] intumescat, quasi ipsi sint reli-

[a] Quoddam veluti purgationis genus.

quia-

quiarum arca, levitæ [1] albis [a] induti in sellulis eos deportant.. Quæ detestanda præsumtio abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie simulata vanitas sola prævaleat, si modum suum uniuscujusque ordinis reverentiam non agnoscat [b]. Et ideo antiqua in hac parte et sollemnis consuetudo servabitur, ut in festis [2] quibusque arcam Dei cum reliquiis non episcopi, sed levitæ gestent in humeris, quibus et in veteri lege [3] onus id et impositum novimus et præceptum. Quod si etiam episcopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse a diaconibus [4] in sellulis vectabitur, sed potius pedisequa eo una cum populis progressione procedente, ad conventicula sanctarum ecclesiarum sanctæ Dei reliquiæ per eumdem episcopum portabuntur. Jam vero, qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit, quamdiu [5] in hoc vitio fuerit, a sacrificando cessabit.

1 *Al.* albas induti... deportent.

2 *Al.* quibusque diebus arcam Domini.

3 *Al.* onus idem impositum novimus esse præceptum. Quod si et episcopus.

4 *Al.* in sellula vehatur, sed potius pedestri eo una.

5 *Al.* in hoc officio fuerit.

CAP. VIII.

Ex Concilio Cojacensi, anno 1050. *cap.* 3.

[6] Intra etiam dextros ecclesiæ laici uxorati non habitent, nec jura possideant. *Quæ sequuntur, in cap. 14. de Presbyt. et Paroch. eorumque officio.* Si quis autem laicus hujus nostræ institutionis violator extiterit, anathema sit.

6 *Al.* Infra.

CAP. IX.

Ex Concilio Compostellano, anno 1056. *cap.* 3.

Intromittimus, [7] ut in omni ecclesia infra LXXII. dexteros nullus laicus, vel mulier, nec refuganus sortem habeant, [8] ne aliquis ex eis recipiat, sed stent coopertæ a tegulis et constructæ. [c] *Quæ sequuntur in cap. 45. de Mis. et Offic. Eccles. celebr. rat.*

7 *Al.* ut omni ecclesiæ... dextros... mulieres, nec refuganes.

8 *Al.* nec aliquos ex eis recipiant, sed stent coopertæ ateculas, et instructæ.

a Unde originem ducit, quod sanctorum imagines, inclusis ut plurimum eorumdem reliquiis, a viris, albis indutis in processionibus deferantur. *b Id est*: Si non perpendat, quales sint circumscripti limites reverentiæ unicuique ordini debitæ.

c *En totius capitis sententiam*: Decernimus, ut nullus laicus, seu vir, seu femina, nullus etiam transfuga habitet, aut receptetur in ecclesia, nec circum eam per 72 passus; sed ecclesiæ sint probe tegulis coopertæ, et muris circumseptæ.

CAP. X.

Ex Synodo Compostellana, anno 1114. *cap.* 20.

Ne conventus alternantium fiat in ecclesia.

Sajonum [a] concilium, vel militum conventus in ecclesia, sive terminis ejus fieri prohibemus.

TIT. V.

DE SERVIS ECCLESIÆ.

CAP. I.

Ex Concilio Hispalensi II. anno 619. *can.* 8.

De superbis ecclesiæ libertis, ut ad servitium revocentur.

* *Can.* 62. *c.* 12. *q.* 2.

1 *Al.* morbum transilivit.

2 *Al.* damnavit. Adversus quem ingratum actio canonum ac legum auctoritas.

3 *Al.* ad servitutis nexum revocetur.

4 *Al.* conservare.

5 *Al.* noverint adepta libertate prædicti, discant.

* OCTAVA discussio agitata est, de quodam Eliseo ex familia Agabrensis [b] ecclesiæ, qui ab episcopo suo traditus libertati, de libertate confestim ad contumaciæ [1] morbum transiliit, sicque per superbiam non solum ejusdem episcopi veneficis artibus salutem lædere voluit, sed etiam patronam ecclesiam libertatis immemor [2] prædamnavit. Adversus quem ingrati actio canonum ac legum [c] auctoritate juste dirigitur, scilicet, ut immeritæ libertatis damno multatus, [3] ad servitii nexum, quo natus est, revocetur. Talium enim status, qui contra episcopum suum, vel patronam ecclesiam nituntur, decidi potius quam [4] conservari convenit, ut quorum libertas perniciosa est, sit salutifera servitus, et qui superbire [5] noverunt, adepta libertate prædicti, discant obedire subjecti.

a Apparitores dicti, Regii videlicet ministri, qui ad ejus jussa exequenda præsto aderant. *b* Vel Ægabrensis *Egabro*, hodie *Cabra*, titulus Comitatus, undecim leucis a Corduba. *c* Leg. 1. et 3. tit. 11. lib. 4. *Cod. Theod.*

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 68.

De discretione ex familia ecclesiæ manumissorum, qualiter manumittantur, et ne adversa ecclesiæ *testificent vel accusent*, sub pœna revocationis in ejusdem ecclesiæ servitutem.

* Episcopus, qui mancipium juris ecclesiæ, non retento ecclesiastico patrocinio, manumitti desiderat, duo meriti ejusdem et peculii coram concilio ecclesiæ cui præminet, per commutationem subscribentibus sacerdotibus [a] offerat, [1] ut rata et justa inveniatur definitio commutantis. Tunc enim liberam manumissionem sine patrocinio ecclesiæ concedere poterit; quia eum quem libertati tradere disponit, jam [2] jure proprio acquisivit. Hujusmodi autem liberto adversus ecclesiam, cujus juris extitit, accusandi vel testificandi denegetur licentia [b]. Quod si præsumserit, placet, ut stante commutatione, in [3] servitutem propriæ ecclesiæ revocetur, cui nocere conatur. *Partem vide, in cap. 13. de Reb. Eccles. non alienand.*

* *Can. 58. c. 12. q. 2.*

1 *Al.* ut vera et justa inveniatur definitio commutationis. Tunc.

2 *Al.* juri proprio.

3 *Al.* servitutem propriam revocetur.

CAP. III.

Ex eodem, canone 70.

De professione libertorum ecclesiæ, et posteritatis eorum, sacerdotibus facienda, ne longinquitas temporis eos oblitescere faciat splendorem in libertatibus.

* Liberti ecclesiæ, quia numquam moritur eorum patrona, a patrocinio ejusdem numquam discedant, nec posteritas quidem eorum, sicut priores canones decreverunt. Ac ne forte libertas eorum in futura prole non pateat, ipsaque posteritas naturali ingenuitate obnitens, sese ab ecclesiæ [4] patrocinio subtrahat, necesse est, ut tam iidem liberti, quam ab eis progeniti professionem episcopo suo faciant, per quam se ex familia [5] ecclesiæ liberos effectos esse fateantur, ejusque

* *Can. 65. c. 12. q. 2.*

4 *Al.* patrocinio non subtrahat, necesse est, ut tam hi libertati.

5 *Al.* ecclesiæ libertos.

a Episcopis; ex quo colligitur, ad hanc commutationem necessarium fuisse assensum concilii provincialis. b Leg. 2. tit. 11. lib. 4. *Cod. Theod.*

que patrocinium non relinquant, sed juxta virtutem suam obsequium ei vel obedientiam præbeant.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 71.

De libertis ecclesiæ, ejusdem patrocinium relinquentibus, ut tunc eorum manumissio irrita censeatur.

* Can. 61. c. 12. q. 2.

1 Al. per obedientiæ.

* Liberti ecclesiæ, qui a patrocinio ejus discedentes, quibuslibet personis adhæserunt, si admoniti redire contemserint, manumissio eorum irrita sit, quia [1] per inobedientiæ contemtum actione ingrati [a] tenentur.

CAP. V.

Ex eodem, canone 72.

De libertis, patrocinio ecclesiæ commendatis, ut ab episcopo protegantur.

* Can. 8. dist. 87.
2 Al. Liberti ecclesiæ, qui.... sunt et ecclesiæ.
3 Al. sicut et regulæ.
4 Al. sive in peculio.

[2] Liberti qui a quibuscumque manumissi sunt, atque ecclesiæ patrocinio commendati existunt, [3] sicut regulæ antiquorum Patrum [b] constituerunt, sacerdotali defensione a cujuslibet insolentia protegantur, sive in statu libertatis eorum, [4] seu in peculio quod habere noscuntur.

CAP. VI.

Ex eodem, canone 74.

De libertis familiarum ecclesiæ, qui vel qualiter ad sacerdotium promoveantur; et de rebus eorum, quid fiat, scilicet, ut ad ecclesiam omnino pertineant; *ac ne ob vim* in ecclesiæ præjudicium *testificent vel accusent.*

* Cap. 3. de Servis non ordinand.

* De familiis ecclesiæ constituere presbyteros et diacones per parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudo et probitas morum commendat, ea tamen ratione, ut antea manumissi libertatem status sui percipiant, et denuo ad ecclesiasticos honores succedant; irreligiosum est enim, obligatos existere servituti, qui sacri ordinis suscipiunt dignitatem.

a Leg. 1. tit. 11. lib. 4. *Cod. Theod.* b Synod. Arausic. I. *can.* 6.

tem. Quicquid autem talibus aut per libertatem concessum, aut successione [1] extiterit debitum, aut a quolibet quoquo modo collatum, non licebit eis, quippiam inde in extraneas personas transmittere, sed omnia [2] ad jus ecclesiæ a qua manumissi sunt, oportet post eorum obitum pertinere. His quoque, sicut et ceteris ecclesiæ libertis accusandi vel testificandi adversus ecclesiam aditus intercluditur, ad quod si adspiraverint, non solum libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed temporis necessitate promeruerunt. *Partem vide in cap. 3. de Serv. ordinand.*

1 *Al.* extiterit datum.

2 *Al.* ad jus ejus ecclesiæ, a qua manumissi sunt, post eorum obitum pertineant. His quoque.

CAP. VII.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. canone 9.

De professionibus, et obedientia libertorum ecclesiæ, ut suæ manumissionis tabulas singulis electis episcopis inspiciendas exhibeant, sub pœna revocationis in servitutem.

• Longinquitate sæpe fit temporis, ut non pateat conditio originis. Unde jam decretum est in anteriori [3] universali concilii canone [a], ut professionem suam liberti ecclesiæ debeant [4] facere, qua profiteantur, se et de familiis ecclesiæ manumissos, et ecclesiæ obsequium numquam relicturos. Unde his quoque nos adjicimus, ut quotiens cursum vitæ sacerdos impleverit, et de hac vita migraverit, mox quum successor ejus advenerit, omnes liberti ecclesiæ, vel ab eis progeniti chartulas suas in conspectu omnium debeant [5] ipsi substituto pontifici publicare [b], et professiones suas in conspectu ecclesiæ renovare [c] quatenus status sui vigorem et illi obtineant, et obedientia eorum ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis suæ intra annum ordinationis [6] novi pontificis manifestare contemserint, aut [7] professiones suas renovare noluerint, vacuæ et inanes chartulæ ipsæ remaneant, et illi origini suæ [d] redditi, sint perpetuo servi.

• *Can.* 64. *c.* 12. *q.* 2.

3 *Al.* universalis concilii.

4 *Al.* facere, qui profiteantur, se et de familiis esse ecclesiæ, et ecclesiæ obsequium.

5 *Al.* ipsi qui substituitur pontifici.

6 *Al.* novi sui pontificis.

7 *Al.* professiones renovare.

a Vide supra cap. 3. ex Syn. Tolet. IV. quæ dicta est universalis, quoniam episcopi ex universa Hispania convenerunt. *b* Exhibere. *c* Confirmare. *d* Ecclesiæ scilicet.

CAP. VIII.

Ex eodem, canone 10.

1 Al. *pro nutritio eruditionis ab ecclesia.*

De progenie libertorum ecclesiæ, ne eis, vel [1] *pro nutritione ab ecclesia liceat evagari*, sin autem, ingratorum pœna puniantur eorum parentes.

Etenim decet, ut hi quorum parentes titulum libertatis de familiis ecclesiæ perceperunt, intra ecclesiam cui obsequium debent, caussa eruditionis enutriantur. Contemtus quippe est patronorum, si ipsis neglectis, aliis ad educandum detur progenies manumissorum. Itaque censemus, ut sine sui status præjudicio [2] ab episcopis habeantur in doctrinæ obsequium, quatenus et illi debitum reddant famulatum, et nullum patiantur suæ ingenuitatis detrimentum. Eos vero, qui aliter, quam sententia nostra decrevit, agere tentaverint, invitos jubemus ab episcopis ad hoc ipsum reduci. Quod si forte parentes eorum eos pontificibus suis dare contemserint, et alios sibi patronos adoptaverint, ingratorum feriantur lege [a] libertorum.

2 *Al.* ab episcopo.

CAP. IX.

Ex Concilio Toletano IX. anno 655. *canone* 11.

Quod servilibus ecclesiæ *clericis dare debeant episcopi libertatem.*

[a] *Can.* 4. *dist.* 54.

3 *Al.* necesse est, ut percipiant.

[a] Qui ex familiis ecclesiæ servituri devocantur in clerum, ab episcopis suis libertatis [3] necesse est percipiant donum, et si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis. Quos vero flagitii sordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis [4] releget in catenam.

4 *Al.* religet in catenam.

a Leg. 1. tit. 11. lib. 4. *Cod. Theod.*

CAP.

CAP. X.

Ex eodem, canone 13.

Ut ex libertis ecclesiæ, et ex eis et personis ingenuis geniti ab ecclesiæ obsequiis non recedant.

Excessibus libertorum ecclesiæ.[1] plerumque patrocinandi videmus ecclesiam convexari, et bicipiti coacti sumus tædio condolere; uno, dum per superbiam reluctantis auctor[2] contemnitur, altero, dum libertas superbientis in conditionem relabi cogitur[3] servitutis. Adeo quum jam præteritis Patrum regulis, multæ super hoc diversæ constitutionis emanaverint sanctiones[a], tamen quoddam ad plenitudinem rei aptum conspeximus adhuc innectere complementum. Igitur sicut legum reverenda sanctio censuit,[4] ita servare totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena commistio maculet,[5] quod per totum generositas propria decoravit. Unde cunctis ecclesiarum libertis, tam viris quam feminis, eorumque propagini interdicitur judicio generali, ne deinceps[6] caussa conjunctionis quibuslibet copulentur personis ingenuis. Quod si hoc factum quandoque patuerit, permistione tali genita proles numquam merebitur[7] jus indebitæ dignitatis, nec ecclesiæ umquam carebit obsequiis, cujus beneficio donum meruisse noscitur libertatis. *Eumdem vide in cap. 17. de Impedim. Matrim.*

1 *Al* plerumque patronam videmus.

2 *Al.* contemnitur libertatis, altero.

3 *Al.* servitutis. Ideo quum.

4 *Al.* ita servari.

5 *Al.* quod generositas.

6 *Al.* caussa connubii aut Romanis ingenuis copulentur, aut Gothis. Quod si.

7 *Al.* jus debitæ dignitatis.

CAP. XI.

Ex eodem, canone 14.

Quod si liberti ecclesiæ ad eam[8] *reverti non velint, omnis eorum rescula*[b] *juri applicetur ecclesiæ.* Id etiam intelligas de eorum filiis, quamvis ex libertis ecclesiæ et ex personis ingenuis nati sint.

8 Al. *reverti noluerint.*

Si contingat, quemcumque de libertis ecclesiæ, eorumque prosapiæ, contra primævas, modernasque Patrum[9] regulas quibuslibet personis ingenuis copulari, tam illis quam eorum stirpi non licebit, ab ecclesiæ patrocinio evaga-

9 *Al.* regulas, aut Gothis, aut Romanis ingenuis copulari.

[a] Vide supra cap. 1. [b] Parva res seu patrimonium.

gari, sed aut ad debita obsequia reverti cogendi sunt, aut si redire noluerint, quæcumque vel parentes eorum, vel ipsi ab ecclesia sunt adepti, vel in ejus patrocinio visi sunt conquisisse, insistente pontifice in ditionem propriæ reducantur ecclesiæ.

CAP. XII.

Ex eodem, canone 15.

De obsequio, et disciplina libertorum ecclesiæ.

Ecclesiæ liberti, eorumque progenies, eidem basilicæ, de qua libertatis gratiam meruerunt, obsequia promta sinceraque parabunt. Qui sicut hoc [1] in obsequium pro possibilitate sui, quod utiles [2] ingenui dabunt, ita quoque in emendatione culparum, quod inutiles ingenui sustinebunt [a].

1 *Al.* in obsequio.
2 *Al.* ingenui dabant.

CAP. XIII.

Ex eodem, canone 16.

3 *Quod libertis ecclesiæ nihil de rebus suis in alienum liceat transferre dominium.*

Libertis ecclesiæ 4 eorumque progeniei ex omnibus rebus, quæ de jure ecclesiæ noscuntur habere, nihil licebit in extraneum 5 dominium transactione quarumcumque deducere; sed si ex his quælibet vendere fortasse voluerint, sacerdoti ejusdem ecclesiæ offerant convenienter emenda, earumque 6 pretia, ut eis placuerit, aut dispensent, aut habeant. 7 Nam in dominium partis alterius rei suæ censum nullo modo transire permittimus. 8 Suis autem filiis vel propinquis, eidem ecclesiæ vel servitio vel patrocinio subjugatis, quæcumque vendere vel donare voluerint, aditus omnino patebit.

3 Al. *Quod liberto ecclesiæ nihil de rebus suis in alienum liceat transferre.* Et nihil amplius.
4 *Al.* eorumque propagini, ex omnibus quæ de jure.
5 *Al.* dominium actione quacumque deducere.
6 *Al.* pretia rerum, ut eis.
7 *Al.* Nam et in dominium.
8 *Al.* Suis ergo filiis, vel propinquis ejusdem ecclesiæ.

a *Hoc est*: Qui, si nequeant ut utiles ingenui laborare, saltem ut inutiles in desidiæ pœnam.

CAP.

CAP. XIV.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. canone 20.

Qualiter libertos episcopi faciant, vel qualiter liberti a patrocinio ecclesiæ numquam discedant.

In priorum canonum ordine [a] institutum manet, qualiter episcopi de familia ecclesiæ libertos debeant facere. Multi enim sacerdotes, prout illis concessit Divina gratia, habent unde canonicum ordinem impleant, [b] et sic libertos faciant; et sunt multi, qui nihil habentes, ad hanc gratiam veniunt, [c] et sic libertos facere præsumunt; tales enim libertos regula canonica esse non jubet stabilitos. Contingere etenim solet, ut postquam manumissor eorum ab hac discesserit luce, talis occurrat successor, qui aut ecclesiæ familiam minime quærat [d], aut per bonam voluntatem vel negligentiam hi, a quo nihil ecclesiæ offerente liberi facti sunt, longo pro tempore libertos se esse defendant, atque eas libertates ita abscondunt, ut pro hoc quærenti [e] episcopo laborem faciant [f]. Talium si sit voluntas, licentia conceditur nulla, quia non potuerunt [g], neque a servitio ecclesiæ umquam discesserunt, et pro his rebus in libertate permanere non potuerunt. Sanctorum canonum non abjicienda sunt instituta, atque his, quæ implenda esse oportet, addimus nova. Placuit huic sanctæ synodo, ut quisquis digne juxta canonicam regulam libertus fuerit factus, in libertate maneat, et a patrocinio ecclesiæ ipse aut posteritas ejus numquam discedat. Quisquis vero, non ut ordo canonicus poscit, libertus fuerit factus, quamvis prolixitas temporis in scripturæ suæ textu inveniatur, quia a servitio ecclesiæ numquam visus est abscessisse, et canonica sententia rescindi jubet talem libertatem [h], ut ille et posteritas ejus omnis in servitio maneant sanctæ ecclesiæ, cui debiti maneant per veram originem. Illos vero per omnia stabilitos in libertate esse instituimus, qui ab his episcopis liberi sunt, vel fuerint facti, qui de suo bona plurima sanctæ ec-

a Vide supra cap. 1. *b Id est:* Proprium habent peculium, unde reponere possint, quod ecclesiæ fraudant ex servorum manumissione. *c* Nihil ex proprio habentes, proclives sunt ad manumittendos servos. *d* De ecclesiæ familia minime curet. *e* Investiganti jura ecclesiæ. *f* Molestiam inferant. *g* Hujusmodi libertis etsi sint suæ voluntatis vel sui juris, nulla conceditur libertas, quia non potuerunt a patrocinio ecclesiæ discedere. *h* Addesis: *Decernimus.*

ecclesiæ in qua præsident, per suæ scripturæ textum cognoscuntur contulisse. Et hi quamlibet [a] jubeantur esse stabiles, nullo modo rescindendi sunt a patrocinio sanctæ ecclesiæ. Quod si contigerit, eos eorumque filios personis ingenuis esse conjunctos, et quandoque eorum posteritas patrocinium ecclesiæ voluerit despicere, ex cujus familia per veram originem constat eos genitos esse, si ex his libertis trahunt originem, qui juxta canonicam sententiam jubentur esse stabiles, et dignitatis suæ nomen teneant, et ecclesiæ patrocinium numquam amittant. Certe si ex his inventi fuerint originem trahere, quos canonicæ regulæ non jubent libertos esse, quamlibet post longa tempora, dummodo origine firmata [b], reducendi tamen sunt ad sanctæ ecclesiæ, cui pertinent, jura. Liberti tamen ex familia ecclesiæ facti, et posteritas, quæ ex his est procreata, si libertatem suam vel parentum suorum inventi fuerint celasse aut abscondere, et tempore quo ab episcopo fuerint admoniti, eam præsentare distulerint, dum eorum origo, ut jam diximus, fuerit manifestata per legalem testem, ad servitium ecclesiæ reducantur, et ut episcopo fuerit placitum, ita eos habeat. Hæc forma et in presbyteris servanda erit, qui cum voluntate episcopi sui juxta canonicam regulam de familia suæ ecclesiæ liberos facere voluerint.

CAP. XV.

Ex Concilio Cæsaraugustano III. anno 691. canone 4.

De libertis, qui ab episcopis ex familia ecclesiæ manumittuntur, ut episcopo successori manumissionis literas intra annum sub pœna amittendi libertatem exhibeant.

Non est dubium, a sanctis Patribus definitum fuisse [c], ut omnes liberti, qui ab episcopis ex propriis familiis ecclesiæ manumissionis gratia titulantur, post decedentis episcopi obitum mox ut alius supervenerit episcopus, infra anni spatium libertates suas repræsentent, quo secundum canonis sententiam per suas professiones debitam suæ origi-

[a] Quamvis. [b] Dummodo origo de eorum injuste collata libertate constet.
[c] Vide supra cap. 6.

ginis conditionem agnoscant. Sed quia ita speciali modo sancta decrevit Synodus, ut si ipsi liberti infra anni spatium supervenienti suo pontifici chartulas libertatis suæ præsentare neglexerint, protinus eos in pristinam servitutis redigant[1] conditionem; et licet illis congruentius satisque luculentius retractatum fuerat, hoc tamen a nobis conspicuum perpenditur, quo non solum et prædia ecclesiarum debita auctoritate disponimus, sed etiam et oppressis pium suffragium porrigimus, per quod et cupiditas sacerdotalis frustretur, et imbecillitas pauperum sublevetur.

[1] *Al.* conditionem ut licet illi congruentius.

Quia ergo comperimus, quosdam pontifices potius lucra sua ampliare studentes, quam de mercedis opere Domino placentes, liberos, quos ex familia ecclesiæ a suis prædecessoribus inveniunt, pro eo quod chartulas libertatis suæ infra consultum tempus non repræsentent, statim eos in propriam servitutem redigere; unde hoc pietatis studio generali modo subrogamus beneficium, ut si iidem liberti forsitan ignoraverint ordinem canonum, aut certe (ut assolet fieri) ad præsentandas libertates suas tepuerint, ipsius pontificis solicitudo mox in sedem sibi creditam successerit, per clerum aut domesticos perquirere procurabit, quos decedentes episcopi de familiis ecclesiæ[2] manumissionis gratulaverunt[a], ut eosdem pontifice præmonente, ipsi liberti chartulas suæ libertatis repræsentent, qualiter nec liberti ecclesiæ de institutione canonum ignorantes se esse perhibeant, nec sacerdotis callida voluntas patescat, unde contra ordinem reducantur manumissi ad originem servitutis. Quos si pontifice præmonente, contemserint infra anni spatium suas libertates propriæ sedis episcopo pandere, licitum sit ei secundum canonum sanctiones in jure ecclesiæ suæ reducere servituros.

[2] *Al.* manumissionis titulaverunt, ut eosdem.

TIT. VI.

DE BONIS ECCLESIÆ MINISTRANDIS, AC DISTRIBUENDIS.

CAP. I.

Ut res ecclesiæ in tres partes dividantur.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. cap. 7.

ITEM PLACUIT, ut de rebus ecclesiasticis tres æquæ fiant por-

[a] Manumissionis gratiam contulerunt.

1 *Al.* in reparatione.
2 *Al.* de quarta parte.

portiones, id est, episcopi una, alia clericorum, tertia [1] in recuperatione vel in luminariis ecclesiæ, [2] de qua parte sive archipresbyter, sive archidiaconus illam administrans, episcopo faciat rationem. *Idem vide in cap. 4. de Diaconis &c. et in cap. 2. de Eccles. ædific.*

CAP. II.

Ut fidelium oblationes semel, aut bis in anno inter clericos dividantur.

Ex eodem, cap. 21.

3 *Al.* per festivitatem martyrum, aut per commemorationes.

4 *Al.* nam non modicæ ex ipsa inæqualitate discordiæ generantur.

5 *Al.* sibi dependat.

Item placuit, ut si quid ex collatione fidelium, aut [3] per festivitates martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud unum clericorum fideliter colligatur, et constituto tempore aut semel aut bis in anno inter omnes clericos dividatur; [4] nam non modica ex ipsa inæqualitate discordia generatur, si unusquisque in sua septimana quod oblatum fuerit, [5] sibi defendat [a].

CAP. III.

Ex collectione Martini Bracharensis, cap. 15.

De rebus ecclesiasticis, ab episcopo *gubernandis*, ita ut discreta sint ecclesiæ bona ab episcoporum, presbyterorum, et diaconorum bonis.

* *Can.* 20. *c.* 12. *q.* 1. *ex Antioch. can.* 24.
6 *Al.* judicat, et gubernari oportet.

7 *Al.* cui et omnis.

8 *Al.* ut si episcopi contigerit inopinatus transitus.

* Quæ sunt ecclesiæ, conservari cum omni diligentia, et bona conscientia, et fide Dei, qui omnia videt et [6] judicat; gubernari ergo oportet cum judicio et potestate episcopi, [7] cui etiam omnis populus, et congregatio commissa est animarum. Manifesta autem debent esse, quæ ad ecclesiam pertinent in conscientia eorum, qui circa episcopos sunt, presbyteros, et diaconos, ut hi omnes sciant, quæ sunt ecclesiæ propria: [8] ut si episcopo contigerit transitus, nihil eos latere possit ex his quæ ad ecclesiam pertinent, ut nullo modo possint minui et perire. Neque rei propriæ episcopi debent importunitatem pro rebus ecclesiæ

a Hoc est: *sibi adjudicet*; contigebat quippe, ut plures aut potiores essent oblationes in hac hebdomada, quam in alia; quod invidiæ fortassis caussa erat.

siæ pati [a]. [1] Dignum revera et justum est apud Deum et homines, ut ea quæ episcopi propria sunt, cui voluerit [2] derelinquat, et neque ecclesiam perpeti damnum, neque episcopum pro rebus ecclesiæ condemnari [b], aut post ejus obitum, in caussas quæ ad eum non pertinent [c], aut in maledictum [d] incidere.

1 *Al.* Dignum vero et justum.

2 *Al.* derelinquat, et quæ ecclesiæ sunt, eidem conserventur ecclesiæ, ut nec ecclesia patiatur damnum, neque episcopus pro rebus ecclesiæ in suis proscribatur, ne post ejusobitum incaussas.

CAP. IV.

Ex eadem; cap. 16.

De rebus ecclesiæ, ab episcopo secundum clericorum necessitatem *dispensandis.*

* Episcopus habeat potestatem in rebus ecclesiæ, ut dispenset necessitatem habentibus cum omni reverentia et timore Dei. Participare etiam eum oportet, quæ necessaria sunt, si tamen ipse, aut qui cum eo sunt fratres, indiguerint aliquid, ut necessitatem nullo modo patiantur, [3] secundum sanctum Apostolum dicentem: *Victu, et tegumento, his contenti sumus.* Quæ sequuntur, in cap. 2. de Rebus Ecclesiæ non alien.

* *Can.* 7. *c.* 10. *q.* 2. *ex Antioch. can.* 25.

3 *Al.* secundum Apostolum. 1. *Timoth.* 6. *v.*8.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *can.* 19.

[4] *Quod ecclesiarum omnium dotes ad episcopi ordinationem debeant pertinere.*

4 Al. *Ut ecclesia cum rebus ejus ad episcopi ordinationem pertineat.*

* [5] Multi contra canonum omnium constituta, sic ecclesias, quas edificaverint, postulant consecrari, ut dotem, [6] quam ei ecclesiæ contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere; [7] quod factum et in præteritum displicet, et in futuro prohibetur; sed omnia secundum constitutionem antiquam [e] ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant.

* *Can.* 2. *c.* 10. *q.* 1.

5 *Al. sic incipit:* Sic quidam contra canonum auctoritatem ecclesias.

6 *Al.* quam eidem ecclesiæ contulerunt.

7 *Al.* quod factum et taliter in præterito corrigatur, ut et in futuro ne fiat, prohibeatur, sed omnia.

a Neque pro recuperanda re propria, quæ ecclesiæ bonis mista sit, episcopi debent litem sustinere. *b* Damnum pati. *c* In lites, quibus caussam non dedit. *d* Maledicentiam propinquorum, qui litem sustinerent, quasi post mortem pati. *e* Vide supra a cap. 1.

CAP. VI.

Quod ecclesiarum regimen, et ipsarum bonorum ministratio ad episcopum spectet.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 33.

* *Can. 6. c. 10. q. 1.*
1 *Al.* Noverint ergo.
2 *Al.* nullam se potestatem.
3 *Al.* sicut ecclesia, ita et dos ejus ad episcopi ordinationem pertineat.

* [1] Noverint autem conditores basilicarum, in rebus, quas eisdem ecclesiis conferunt, [2] nullam potestatem habere, sed juxta canonum instituta, [3] sicut ecclesiam, ita et dotem ejus ad ordinationem episcopi pertinere. *Integrum vide in cap. 2. de Episcop. dignit. provent. et cap. 2. de Jure Patronatus.*

CAP. VII.

Ex eodem, canone 37.

De promisso suffragio, præstito, ex rebus ecclesiæ persolvendo.

* *Can. 66. c. 12. q. 2.*
4 *Al.* utilitatis providerint, et pro eo quodcumque commodum in remunerationem.
5 *Al.* concilium provinciale deferatur, ut eorum.
6 *Al.* Paulus ait: *dignus est operarius mercedem suam accipere.*
1. Timoth. 5. v. 18.

* Quicumque episcopi, suffragio [a] cujuslibet, aliquid ecclesiasticæ [4] utilitati providerint [b], et pro eo quodcumque modicum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exolvere oportebit, ita ut id ad [5] concilium comprovinciale deductum, eorum conniventia confirmetur, quia sicut [6] Paulus apostolus ait, *dignus est operarius mercede sua.*

CAP. VIII.

Ex Concilio Emeritensi, anno 666. canone 13.

Ut episcopus, quem viderit de clericis suis ad bonum perfectum tendere, honorandi et magnificandi de rebus ecclesiæ licentiam habeat.

In ecclesia Dei sancta congregatio clericorum fit non modica [c], et sunt aliqui, quorum intentio [d] non pauca est in sancto Dei officio, atque multi, quos segnitudinis fastus mi-

[a] Opera. [b] Aliquid quod ecclesiæ utilitatem attulerit, faciendum providerint.
[c] Non parvus est numerus clericorum. [d] Studium, cura.

minime perducit ad bonum profectum [a]. Ob hoc ergo sancto huic placuit concilio, ut quemcumque episcopus ad bonum profectum viderit crescere, per bonam intentionem [b] venerandi, amandi, et honorandi, atque de rebus ecclesiæ quod voluerit illi largiendi, habeat potestatem: hæc enim caussa [c] et majoribus majorem præstat gratiam, et minores excitat, ut ad melius tendant. Quicquid ergo bonis largitur per gratiam [d], ita in jus habeant, ut et remedium ex hoc sentiant, et rem Deo dicatam ad augmentum perducant [e]. Quod si id quod acceperint, per suam tepiditatem ad profectum minime perduxerint [f], aut detrimentum patuerit, episcopus habeat licentiam sine ullo præjudicio in jure ecclesiæ revocare rem propriam.

CAP. IX.

Ex eodem, canone 14.

De pecunia, quæ in ecclesia Dei offertur, fideliter colligenda, et fideliter dividenda.

In sancta Dei ecclesia, diebus festis pro consuetudine et mercede [g] communicationis tempore a fidelibus pecuniam [h] novimus poni. Pro hoc placuit sancto concilio, hanc rectitudinis ponere regulam [i], ut quia omni clero communis labor manet in officio sancto, omnibus juxta meritum ex hoc rependatur vicissitudo [k]. Statuimus, in nostris ecclesiis vel civitatibus hoc esse servandum, ut quicquid pecuniæ a fidelibus in ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, et conservatum, et fideliter episcopo præsentetur, qualiter exinde tres partes fiant æquales: unam episcopus habeat, et alteram presbyteri et diacones inibi deservientes consequantur, et inter se, ut dignitas et ordo poposcerit, dividant: tertia vero subdiaconibus et clericis tribuatur, ut a primiclero [l] juxta quod in officio eos præscit esse in-

a Multi superbiæ fastu elati, desides sunt, et parum in ecclesia proficiunt.
b Sine piaculo. *c* Hoc enim in caussa est, quod et majoribus &c. *d* Quasi gratiose. *e* Augeant utilitatem et valorem fundi præstiti, quod Deo dicatum est, quippe quod ad ecclesiam pertinet. *f* Non bene coluerint fundum, ut plus redderet.
g Tamquam mercede ministris debita. *h* Loco panis et vini, quæ antea ecclesiæ offerebantur, ex quibus pars clericorum sustentationi, pars sacrificio deputabatur, pecunia offerri cœpit; quæ quidem quum non esset consecranda, non oblationis, sed communionis tempore offerebatur. *i* Hunc rectum distribuendi ordinem.
k Compensatio. *l* Seu primicerio. Munus curandi ut divina officia rite peragerentur, quod dein in dignitatem evasit.

intentos, ita singulis dispensetur. Similis forma et de parochitanis presbyteris in ecclesiis, illis a Deo creditis, erit servanda.

CAP. X.

Ex Synodo Compostellana, anno 1114. *cap.* 8.

De fossataria, et luctuosa, ut ad eam persolvendam servi non adstringantur.

His, qui servilis conditionis jugum sustinent, vel qui quadragesimalia [a] tributa persolvunt, redditus solitos, qui fossataria et luctuosa [b] nuncupantur, relaxamus, si patrum parentumve suorum hereditates [c] incolunt.

TIT. VII.

DE REBUS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS, NEC SURRIPIENDIS.

CAP. I.

Ex collectione Martini Bracharensis, cap. 14.

De præsumtione episcopi in rebus ecclesiæ, si eas sine consensu cleri vendere auserit, ut proprio honore privetur.

* *Can.* 8. *c.* 10. *q.* 2. *ex Carthag. IV. can.* 32.
1 *Al.* in suo clero.
2 *Al.* et res ipsas.
3 *Al.* reus suo.

* Si quis episcopus nulla ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus, [1] inscio clero, aut ubi forte non est presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid præsumserit vendere, [2] res ipsas ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, et in judicio episcoporum dejiciatur auditus, et tamquam furti aut latrocinii [3] reus a suo privetur honore.

CAP. II.

Ex eadem, cap. 16.

De rebus ecclesiæ dispensandis, et ab episcopo vel clericis non fraudandis.

* *Can.* 7. *c.* 10. *q.* 2. *ex Antioch. can.* 25.
4 *Al.* episcopus in suas.

* Si autem res ecclesiasticas [4] episcopi in suas voluntates usur-

a Forte tributa de quadraginta, quam servi adscriptitii tenerentur exsolvere ecclesiæ ut domino hereditatum, quas excolerent. *b* Tributum reddi solitum domino ex bonis vasalli defuncti. *c* Quarum scilicet dominium directum ad ecclesiam pertineret.

usurpare [1] voluerint, et lucra ecclesiæ vel fructus agrorum non cum presbyterorum vel diaconorum [2] consilio intaminaverint [a], aut fratribus vel filiis, vel quibuscumque propinquis [3] suis dederint potestatem, ut per eos latenter res lædantur [b] ecclesiæ, [4] hos oportet obnoxios esse concilio [c]. [5] Similiter id si episcopus, vel qui cum eo sunt presbyteri, aut diaconi accusentur, ut [6] quæ ex redditu vel ex quolibet actu [7] ecclesiæ veniant, in suo sinu [d] colligunt, et pauperes fraudant, et [8] fame conficiuntur; hos corripi oportet, secundum quod ordinatum fuerit a sancto concilio.

1 *Al.* voluerit, et loca ecclesiæ.
2 *Al.* consilio contaminaverit.
3 *Al.* suis dederit.
4 *Al.* hunc oportet obnoxium.
5 *Al.* Similiter episcopus. *Vel* sin autem episcopus.
6 *Al.* quia quæ vel ex redditu.
7 *Al.* ecclesiæ venerunt, in sinus *vel* in usus suos colligunt.
8 *Al.* fame conficiunt, hos enim corripi.

CAP. III.

Ex eadem, cap. 17.

De his clericis, *qui ex vasis ministerii ecclesiæ aliquid vendiderint*, ut ad arbitrium episcopi deponantur.

* Si quis presbyter, aut diaconus inventus fuerit [9] aliquid de vasis ministerii ecclesiæ venumdasse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica [e] non haberi; in judicio tamen episcopi dimittendum esse, sive dignus sit sive indignus, in suo [10] recipi gradu [f], quia simul totiens pro hoc ipso quod de sacrosancto altario intaminaverint, id cum episcopi potestate dimissum est [g].

* *Can.* 22. *dist.* 50. *ex Ancyr. can.* 15.
9 *Al.* aliquid de ministeriis *vel* de eleemosynis ecclesiæ.
10 *Al.* recipi ut debeat gradu; quia multoties hoc ipsum quod de sacrosancto altario contaminatum est, in episcopi potestate dimissum est.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *canone* 3.

[11] *Ut episcopo non liceat rem alienare ecclesiæ*, nisi pro suis ecclesiis, monasteriis, clericis, peregrinis, et pauperibus idque sine ecclesiæ gravamine.

Hæc sancta synodus nulli episcoporum licentiam tribuit, res [12] alienare, quoniam et antiquioribus [13] canonibus [h] prohibetur. Si quid vero, quod utilitatem [14] non gravet ecclesiæ, pro suffragio monachorum, vel ecclesiis ad suam [15] parochiam pertinentibus, dederunt, firmum maneat.

11 *Al. Ut nequis extra necessitatem rem ecclesiæ alienet.*
12 *Al.* alienare ecclesiæ.
13 *Al.* canonibus hoc prohibetur.
14 *Al.* non gravet ecclesiis.
15 *Al.* parochiam pertinentium dederint.

a Ministraverit. *b* Fraudentur. *c* Ad concilii judicium vocandos esse. *d* Sibi propria faciunt. *e* In ordine ecclesiastico. *f* Jus tamen sit episcopi dijudicandi, utrum hic dignus vel indignus sit, ut pristino restituatur gradui. *g* Quia quicquid sacrosancto altari fraudatur, ad judicium episcopi dimittitur. *h* Vide supra a cap. 1.

neat. [1] Peregrinorum vero, vel clericorum, et egenorum necessitati, salvo jure ecclesiæ, præstare [2] permittantur, pro tempore quo potuerit [a].

CAP. V.

Ex eodem, canone 4.

[3] *Ut episcopo liceat unam de Parochitanis ecclesiis monasterium facere*, idque ditare de ecclesiæ suæ bonis, sine ulla tamen ecclesiæ jactura.

* Si episcopus [4] unam de parochitanis ecclesiis suis monasterium [5] dicare voluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio vivat, [6] hoc de consensu concilii sui habeat licentiam faciendi, qui etiam si de rebus ecclesiæ pro eorum substantia aliquid, [7] quod detrimentum ecclesiæ non exhibet, eidem loco donaverit, sit stabile. Rei enim bonæ statuendæ sanctum concilium [8] dat assensum.

CAP. VI.

Ex eodem, canone 6.

[9] *Quod liberti ab episcopis vel ab aliis facti, et ecclesiis commendati, permanere debeant liberi*; á patrocinio tamen ecclesiæ, neque ii, neque ab eis progeniti recedant.

* [10] De libertis autem id Dei præcipiunt sacerdotes, ut si qui ab episcopis facti sunt, secundum modum quo canones antiqui dant licentiam, sint liberi: et tamen a patrocinio ecclesiæ [11] tam ipsi, quam ab eis progeniti non recedant. Ab aliis quoque libertati traditi, et ecclesiis commendati, [12] patrocinio episcopali regantur: a principe hoc episcopus postulet.

CAP. VII.

Ex eodem; canone 8.

[13] *Quod clericorum ex familiis fisci nullus umquam a rege postulet, et qui acceperit, irrita talis donatio maneat.*

[14] Innuente atque consentiente domino piissimo Reccaredo

---

[1] *Al.* Peregrinorum et clericoruum.

[2] *Al.* permittuntur pro tempore quæ potuerint.

[3] Al. *Ut liceat episcopo unam ex parochiis basilicam monasterium facere.*

* *Can.* 73. *c.* 18. *q.* 2.

[4] *Al.* unam de parochianis *vel* parœcianis.

[5] *Al.* dedicare voluerit.

[6] *Al.* hoc ad consensum concilii.

[7] *Al.* quo detrimentum ecclesiæ non exhibeat.

[8] *Al.* dat consensum.

[9] Al. *Ut servus ecclesiæ ab episcopo manumissus, a patrimonio ecclesiæ numquam recedat, et ut liberti aliorum ab episcopo defendantur.*

* *Can.* 63. *c.* 12. *q.* 2.

[10] *Al.* De libertis autem hoc, præcipit sancta synodus, ut si qui presbyteri aut diaconi ab episcopis facti sunt, secundum modum cui canones.

[11] *Al.* tam clerici quam ab eis.

[12] *Al.* patrocinio episcopi colligantur, et ne cuiquam donentur; a principe.

[13] Al. *Ut clerici de familia fisci a principe non donentur.*

[14] *Al.* Jubente autem atque consentiente domino Reccaredo rege, id præcepit.

[a] Quantum breviori potuerit tempore.

do rege, id præcipit sacerdotale concilium, [1] ut clericorum ex familia fisci [a] nullus audeat a principe donatos expetere, [2] sed reddito capitis sui tributo [b], ecclesiæ Dei, cui sunt alligati, usque [3] dum vivent, regulariter administrent.

1 *Al.* ut clericus ex familia fisci.

2 *Al.* sed tradito capitis.

3 *Al.* dum vivunt.

CAP. VIII.

Ex Concilio Narbonensi, anno 585. canone 7.

Ut clericus, qui adversus ecclesiæ utilitatem egerit, gradu dejiciatur.

Quicumque clericorum a maximo usque ad infra contra sanctæ ecclesiæ utilitatem agere, tractare, vel conari fuerit repertus, merito dejiciatur, qui fidem [c] servare minime cognoscitur.

CAP. IX.

Ex eodem, canone 8.

Ut clericus, qui de rebus ecclesiæ fraudem fecerit, restituat, et pœnitentiæ subjiciatur.

Quicumque clericus, subdiaconus, diaconus, presbyter sine conscientia episcopi, aliquid de possessionibus, vel de domo ecclesiæ tulerit, aut fraudem fecerit, non solum cum omni dedecore constrictus restituat, quod fecerit [d], sed etiam non debet ibi in ecclesia esse, ubi fraudem visus est operasse: duobus jaceat sub pœnitentia annis, et quum defleverit factum, revertatur ad officium.

CAP. X.

Ex Concilio Hispalensi I. anno 590. canone 1.

[4] *De manciplis ecclesiæ, ab episcopo manumissis*, ut nisi damnum ecclesiæ irrogatum compensari possit, ipsi ecclesiæ restituantur.

4 Al. *De disponendis ecclesiæ rebus post episcopi excessum.*

Interea considentibus nobis in ecclesia Spalensi, sancta

Ooo Hie-

a Ex servis regii patrimonii. *b* Tributo pro persona, vel opera, quæ ab ipso fieri posset. *c* Fidelitatem. *d* Damni scilicet.

Hierusalem [a], brevem [b] mancipiorum [1] ecclesiæ, quos libertasse visus fuerat decessor tuus [c] sanctæ recordationis Gaudentius episcopus, vestri nobis diacones obtulerunt, et non [2] solum quos libertaverat ibidem relegimus, sed etiam quos proximis suis de familiis ecclesiæ donaverat, in eodem breve recensuimus adnotatos. Qua de re canonum instituta consuluimus, si talis libertas, aut transactio potuisset esse stabilis: comperimus autem in canone [d], ut episcopus qui res proprias, excepto filiis et nepotibus, [3] alteris, et non ecclesiæ suæ dimiserit, quicquid de ecclesiæ rebus aut donavit, aut vendidit, [4] aut quoquomodo ab ecclesia transtulit, irritum haberetur; et ideo si res præcessoris tui Gaudentii episcopi ecclesia vestra non possidet, liberi qui ab eo facti sunt, non [5] sunt absoluti. Ceterum si res illius in compensationem ecclesiæ vestræ deserviunt [e], illi prorsus maneant liberi; nam si, ut dictum est, præstitum de suis rebus non [6] fecit ecclesiæ, damnum utique inferre non debuit [f]. Propterea ergo de uno consensu omnes significamus, magis humanius quam severius cogitantes, ut hi, quos constat tali conditione [7] fuisse libertos [g], in jure ecclesiæ maneant ut idonei, et peculium suum non aliis personis, sed tantum suis filiis derelinquant; ipsis quoque filiis et nepotibus [8] cum peculio ipsorum, quasi idoneis in jure ecclesiæ permanentibus, in extraneam eis personam non liceat [9] quippiam transmutare, sed si qui eorum sine herede discesserunt, peculium eorum vestræ proficiat ecclesiæ.

1 *Al.* ecclesiæ, quæ liberasse.

2 *Al.* solum quæ liberaverat . . . . . etiam quæ proximis . . . in eodem brevi invenimus annotata. Qua de re.

3 *Al.* alteri, et non.

4 *Al.* aut quod commodum ab ecclesia.

5 *Al.* sunt legitime absoluti.

6 *Al.* fecit tale damnum, utique ferre non debuit.

7 *Al.* fuisse liberatos.

8 *Al.* cum peculiis ipsorum.

9 *Al.* quippiam transmittere, si qui eorum sine herede decesserint . . . eorum sanctæ proficiat ecclesiæ.

CAP. XI.

Ex eodem, *canone* 2.

De mancipiis ecclesiæ, ab episcopo proximis suis collatis, ut ecclesiæ restituantur, nisi eidem episcopus tantumdem de propriis compensaverit.

Ea vero mancipia, quæ [10] memoratus episcopus de jure ecclesiæ sublata, suis proximis contulit, si similia [h] de proprio

10 *Al.* memoratus de jure ecclesiæ ipsi sublata.

a Ita dictum templum Hispalense, eo quod Jerusalem, de qua in Apocal. *cap.*21. allegorice sumatur pro ecclesia, et ecclesia jam tum pro templo. *b* Catalogum. *Inventario.* *c*. Alloquuntur Pegasio episcopo Astigitano, hoc est, civitatis *Ecija*, cui hujus concilii acta mittuntur a Leandro et ceteris concilii Patribus. Vide cap.13. de *Exord.* et *Epil. conc.* *d* In codice canonum, ex conc. Agathensi *can.* 33. *e* *Id est*: Sufficiunt. *f* *Videtur ita intelligendum*: Nam si nihil de suis rebus ecclesiæ præstitit, nihil etiam eidem ecclesiæ fraudare debuerat. *g* *Hoc est*: tali modo fuisse libertate donatos a Gaudentio, ut nihil in compensationem de propriis bonis contulerit ecclesiæ. *h* *Tantumdem.*

prio suo ecclesiæ ipsius non compensavit, ecclesia vestra [1] absque alia oppositione recipiat. Hanc formam non solum vestra, hoc est, [2] Astigitana servabit ecclesia, sed et si qui per omnem Bæticam provinciam tali conditione vel sorte de jure ecclesiæ commearunt [a], pari sententiæ subjacebunt. Durum est enim atque inrreligiosum, ut episcopus, qui ecclesiasticis stipendiis vivit, et proprietatem suam lucris ecclesiæ minime confert, aliorum oblationes a jure ecclesiastico privet.

1 *Al.* absque aliqua oppositione.
2 *Al.* Accitana servabit ecclesia, sed et omnes, qui per omnem.

CAP. XII.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 67.

De libertis ex familia ecclesiæ factis, si nihil ex proprio conferant sacerdotes qui eos faciunt, episcopi successores ipsos ecclesiæ restituant.

* [b] [3] Et si hi, qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, æterni Judicis [4] voce in futurum condemnabuntur, quanto magis hi qui auferunt pauperibus, quod non dederunt? * Quapropter episcopi, qui nihil ex proprio suo ecclesiæ Christi compensaverunt, hanc Divinam sententiam metuant, [5] et liberos ex familiis ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium est enim, ut qui res suas ecclesiæ Christi [6] non contulit, damnum inferat, et jus ecclesiæ [7] alienare intendat. Tales igitur libertos successor episcopus absque aliqua oppositione ad jus ecclesiæ revocabit, quia eos non æquitas, sed improbitas absolvit.

* *Can.* 39. *c.*12. *q.*2.
3 *Al.* Et si illi qui.
Matth. 25. *v.* 41.
4 *Al.* voce in futuro.
* Cap. 4. *Episcopi, qui nihil.* Extra. *de Rebus ecclesiæ alienand.*
5 *Al.* et libertos ex familiis.
6 *Al.* non contulerit.
7 *Al.* alienare contendat. Tales ergo libertos.

CAP. XIII.

Ex eodem, canone 68.

De discretione ex familia ecclesiæ manumissorum, qualiter manumittantur ab episcopo; oblatis scilicet pro uno, duobus ejusdem meriti et peculii.

* Episcopus, qui mancipium juris ecclesiæ, non retento ecclesiastico patrocinio [c], manumitti desiderat, duo meriti ejusdem et peculii coram concilio, ecclesiæ cui præeminet,

* *Can.* 58. *c.*12. *q.* 2.

 per

a Hoc est: Servi, qui eodem modo de jure ecclesiæ exierunt. *b* Canonem hunc transcriptum legimus in Capitul. Reg. Franc. apud Baluz. tom. 2. edit. Paris. pag. 266. num. 15. *c Hoc est:* manumissione directa.

per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat, [1] ut rata et justa inveniatur definitio commutantis. Tunc enim liberam manumissionem sine patrocinio ecclesiæ concedere poterit, quia eum quem libertati tradere disponit, jam [2] jure proprio acquisivit. *Integrum vide in cap. 2. de Servis Ecclesiæ.*

1 *Al.* ut vera et justa inveniatur definitio commutationis. Tunc.

2 *Al.* juri proprio.

CAP. XIV.

Ex eodem, canone 69.

Quod liberti ex familiis ecclesiæ, pro compensatione acquisitæ rei, a sacerdotibus possint fieri.

* Consensus totius concilii definivit, ut sacerdotes, [3] qui aut res suas ecclesiæ relinquunt, aut nihil habentes, aliqua tamen prædia, aut familias ecclesiis suis conquirunt, [4] licebit illis aliquos de familiis ejusdem ecclesiæ manumittere juxta rei collatæ modum, quem antiqui canones [a] decreverunt. Ita ut cum peculio et posteritate sua ingenui sub patrocinio ecclesiæ maneant, utilitates [b] injunctas sibi, juxta quod potuerint prosequentes.

* Cap. 3. *De rebus ecclesiæ alienandis.*

3 *Al.* qui aut aliquid ecclesiæ suæ.

4 *Al.* liceat illis.

CAP. XV.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. canone 5.

De stipendiis clericorum, vel laicorum, ut nisi per scripturam non tradantur, *ne a jure alienentur ecclesiarum.*

* Sæpe fit, ut proprietati originis obsistat longinquitas temporis: quapropter providentes decernimus, [5] ut quisquis clericorum vel aliarum quarumlibet personarum stipendium de rebus ecclesiæ cujuscumque episcopi percipit largitate sub precariæ [c] nomine, debeat professionem [6] scribere, ut nec per detentionem [d] diurnam præjudicium afferat ecclesiæ, et quæcumque in usum perceperit, debeat utiliter laborare, ut nec res Divini [7] juris videatur aliqua occasione negligi, et subsidium ab ecclesia, cui deserviunt, percipere possint clerici. Quod siquis eorum contemserit facere, [8] ipse stipendio suo videbitur privari.

* *Can. 72. c. 12. q. 2.*

5 *Al.* ut si quis clericorum stipendium.

6 *Al.* scribere nec per retentionem diurnam judicium afferat... in usu perceperit.

7 *Al.* juris videantur.

8 *Al.* ipse se stipendio suo videbitur privare.

a Vide supra cap. 10. 11. 12. *b* Labores, operas. *c* Precaria est titulus, quo jus acquiritur possidendi ecclesiæ prædium ad vitam. *d* Possessionem diuturnam.

CAP.

CAP. XVI.

Ex eodem, canone 15.

[1] *Ut res ecclesiæ, quibuslibet juste collatæ, in earum jure firma stabilitate permaneant.*

Quia his qui principibus [2] digne serviunt, atque deferentibus fidele illis obsequium constat nos [a] [3] optimum ministrasse suffragium, dum juste a principibus acquisita, in eorum jure persistere sancimus indivulsa; æquum est maxime, ut rebus ecclesiarum Dei adhibeatur a nobis providentia opportuna, adeo ut [4] quæcumque rerum ecclesiis Dei a principibus [5] juste concessa sunt vel fuerint, vel cujuscumque alterius personæ quolibet titulo illis non [6] injuste collata sunt vel extiterint, ita [7] in eorum jure persistere firma jubemus, ut evelli quocumque casu vel tempore nullatenus possint. Opportunum est enim, ut sicut fidelia servitia hominum [b] non existere censuimus ingrata [c], ita ecclesiis collata, quæ proprie sunt pauperum alimenta, [8] eorum in jure pro mercede offerentium maneant inconvulsa.

1 Al. *De collatis rebus ecclesiis, ut in earum jure perdurent.*

2 *Al.* digne deserviunt.

3 *Al.* optimum ministrare.

4 *Al.* quæcumque res ecclesiis.

5 *Al.* juste concessæ sunt.

6 *Al.* injuste collatæ.

7 *Al.* in earum jure persistere firma stabilitate jubemus.

8 *Al.* earum in jure.

CAP. XVII.

Ex Concilio Toletano IX. anno 655. canone 1.

Ut de rebus ecclesiæ nihil episcopi auferant; et qualiter proximi fundatoris ecclesiarum solicitudinem gerant.

Omnis itaque rei ecclesiasticæ [9] quantitas, sicut remedium veniæ [d] tribuit conferenti, ita damnum rite præparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus ecclesiæ, quæ in quibuscumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri suo aut cathedræ [10] propriæ unitati [e] connectat. Devotio enim uniuscujusque, sicut grataner votum contulit Deo, ita definivit, [11] quo plenitudo votorum conservaretur in loco, in quo velut si collata [12] tenentur, manet gratia offerentis, ita si frustrantur,

9 *Al.* quantitatis.

10 *Al.* propriæ civitatis unitate connectat.

11 *Al.* quod plenitudo.

12 *Al.* tenentur, manent.

a Canone præced. Vide cap. 9. de *Obedient. fidelit. et obseq. Regi defer.* *b* Regi facta. *c* *Id est*: sine præmio, vel gratitudine. *d* *Hoc est*: pro peccato. *e* Potius *unitate connectat.* Pleonasmus.

tur, imminet pernicies defraudantis [a]. Verum ut rei hujus potior soliditas [1] habeatur, * condignis filiis vel nepotibus, honestioribusque propinquis ejus qui construxit vel ditavit ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commonitionis honestæ conventione compescant, aut episcopo vel judici corrigenda denuntient. [2] Quod si talia episcopus agere tentet, metropolitano ejus hæc insinuare procurent. Si autem metropolitanus talia gerat, regis [3] hæc auditibus intimare non differant. Ipsis tamen heredibus in eisdem rebus non liceat [4] quasi juris proprii potestatem præferre, non [5] rapinam et fraudem ingerere, non violentiam quamcumque præsumere, sed hoc solum in salutarem solicitudinem adhibere, [6] quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut in multam vel in aliquam partem salutaris merces assumat. Siquis vero deinceps hæc monita temerare voluerit, et male rapta cum confusione restituet, et excommunicationis annuæ sententiam sustinebit. *Eumdem vide in cap. 25. de Metropol. et cap. 4. de Jurepatronatus.*

1 *Al.* habeatur. propinquis ejus, qui construxerunt vel ditaverunt ecclesiam.

* Can. 31. *Filiis aut nepotibus* caus.16.q.7.

2 *Al.* Quod si aut talia.

3 *Al.* hæc auribus insinuare.

4 *Al.* quasi in juris proprii.

5 *Al.* rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam.

6 *Al.* quod aut in multam noxam.... aut velut in multam partem aut aliquam salutaris.

CAP. XVIII.

Ex eodem, canone 3.

Si de rebus ecclesiæ pro præstatione aliquid dari dicatur, caussa præstiti cognoscatur, ne quid damni patiatur ecclesia.

Si sacerdos vel minister de rebus [7] ecclesiæ suæ quippiam alicui sub præstationis obtentu [b] [8] concedat, in serie instrumenti caussam præstiti evidenter exponat; ut ex hoc, aut juste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat. Aliter vero pro hujus negotii caussa deinceps [9] scriptura confecta non valeat.

7 *Al.* ecclesiæ, quippiam.

8 *Al.* concedat instrumento caussam... ut hoc.

9 *Al.* scriptura non valet.

a *Ita interpretarer hanc periodum*: Devotio enim uniuscujusque benefactoris, sicut gratanter aut benevole rem vel votum contulit Deo, sive ecclesiæ, ita voluit, quod plenitudo votorum, seu integra a se collata bona conservarentur in loco sive ecclesia; in qua quidem, sicut manet gratia, id est beneficium offerentis, si collata a se bona retinentur, ita manet pernicies aut flagitium fraudantis, si pereunt.

b Sub contractu præstiti fundi ad certum tempus.

CAP.

CAP. XIX.

Ex eodem, canone 5.

Si episcopus monasterium [1] *faciat, vel parochianam ecclesiam* [2] *ditet, quantam partem de rebus ecclesiæ conferat*; scilicet, si monasterium, quinquagesimam, si parochiam, centesimam.

[*] [3] Bonæ rei dare consultum [a], et præsentis habetur vitæ subsidium, et æternæ remunerationis [4] expectari cernitur præmium. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasterium construere [5] forte valuerit, et hoc ex rebus ecclesiæ cui [6] præsidet, ditare decreverit, non amplius ibidem, quam et quinquagesimam partem dare debebit; ut hac temperamenti æquitate servata, et cui tribuit, competens subsidium conferat, et cui tollit, damna gravia non [7] infligat. Ecclesia vero, quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro [8] suis munificare voluerit sepulturis, non amplius quam centesimam partem census ecclesiæ cui præsidet, ibidem conferre licebit, ea tamen cautela [9] servata, ut tantummodo quæ placuerit, ex his [10] duabus remunerandam assumat [b].

1 Al. *facit.*
2 Al. *ditat, quartam partem.*

[*] *Can.* 74. *c.* 12. *q.*2.
3 *Al.* Bonæ rei dare consilium, et præsentis.
4 *Al* expectare.
5 *Al.* forte voluerit.
6 *Al.* præsidet, ditaverit, non amplius ibidem quam quinquagesimam.
7 *Al.* infligat. Ad ecclesiam vero.
8 *Al.* suis magnificare voluerit scripturis, non amplius.
9 *Al.* servata, ut unam tantummodo.
10 *Al.* duabus remunerationem assumat.

CAP. XX.

Ex Concilio Emeritensi, anno 666. canone 21.

Qualiter stabilitum maneat, quod episcopus in amicis suis, servis, aut libertis de re ecclesiæ suæ donare voluerit in retributionem.

Non putandum est, contra regulam iri canonicam, quando ea instituimus, quæ servari oportet de re ecclesiastica. Quamvis etenim canonicæ sententiæ ordinem habeant, quid episcopus pro re ecclesiæ observare debeat; opportunum tamen est, ut ubi ab episcopo bonus impenditur profectus, a succedente institutus teneatur modus. Placuit hoc sancto concilio, ut si episcopus ecclesiæ suæ, in qua præsidet, de re-

[a] *Hoc est*: consilium præbemus rei bonæ peragendæ, eo quod pro ea et præsentis &c. [b] *Id est*: alterutrum eligat, aut ecclesiam, aut monasterium instituere; non utrumque.

rebus suis inventus fuerit plurima contulisse, quicquid amicis suis, servis, aut libertis, vel quibuslibet personis de ecclesiæ suæ rebus compertus fuerit aliquid donasse, si triplum aut multo plus patuerit esse quod conscripsit [a] in nomine ecclesiæ suæ, firmum maneat quod distribuit in personis quæ prænotatæ sunt superiori ordine. Nec licebit succedenti episcopo prioris sui irrumpere voluntatem. His etiam, si caussæ ecclesiasticæ fuerint commissæ, et fideliter prosequentes in rebus ecclesiæ profectum visi fuerint facere, laboris sui consequantur mercedem; ita ut de eo quicquid acquisierint (quia constat eos non sine utilitate ecclesiæ negotia commissa peregisse) de eo quicquid cum fide et bona intentione ad effectum perduxerint, et ad jus ecclesiæ per eos redactum patuerit, de mobili re decimum suum sequantur [b], pro immobili ab episcopo repensationem dignam accipiant. Et tamen quæ meruerint ipsi, aut posteritas eorum, vel quibus largiri voluerint, perenniter possideant. Si quis episcoporum contra hujus sententiæ ordinem agens, irrumpere voluerit quod prior ejus fecit, et vocem amittat [c] et scripturæ quæ facta est, pœnam adimpleat, insuper et a cœtu fraterno [d] excommunicatus maneat, ut excessus sui emendet caussam.

CAP. XXI.

Ex Concilio Bracharensi III. anno 675. can. 3.

1 Al. *Ne vasa Domino sacrata.*

[1] *Ne vasa Deo sacrata humanis usibus serviant*, neque vendantur, donentur, vel in proprios usus convertantur, sub perpetuæ excommunicationis pœna laico, et depositionis clerico imposita.

Persona, quæ sciendo Divina vasa vel ministeria aut in usus suos transtulerit, aut comedere in his vel poculum sibi sumendum elegerit, gradus sui vel officii periculum [e] sustinebit; ita tamen ut si de sæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur, si vero religiosus [f], ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis sententia et illi obnoxii tenebuntur, qui ecclesiastica ornamenta, vela, [g] vel quæ-

a Quod in scriptis, ecclesiæ contulit. *b* Consequantur. *c* Jus ferendi suffragii in concilio. *d* Omnium episcoporum communione disjunctus. *e* Amissionem.
f Clericus Religionis cultui deditus. *g* Quibus contegebantur parietes, sanctorum reliquiæ, et sanctuarium.

quælibet alia indumenta, atque etiam utensilia sciendo in usus suos transtulerint, vel aliis vendenda vel donanda crediderint. *Integrum vide in cap. 2. de Sacrilegio.*

CAP. XXII.

Ex eodem, canone 9.

Ne Rectores [1] ecclesiæ plus propria, quam ecclesiastica jura laborare intendant.

Non decet rectores ecclesiæ in suis strenuos [a], et in ecclesiasticis rebus esse remissos [b]. Nam quorumdam fertur opinio, quod quidam sacerdotum familias [c] ecclesiæ [2] in suis propriis laboribus quassent [d], rei propriæ profectum augentes, Dominicis vero dispendium nutrientes. *Unde quicumque sub hoc neglectu res Divinas laborare distulerit, speciali placito [e] distringendus [3] est, qualiter si de rebus seu augmentis ecclesiæ quæstum, [4] vel labores rei propriæ auxit, ut ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem vel perditionem induxit; quicquid in [5] rebus ecclesiæ minorationis exhibuit, tantum de rebus propriis ecclesiæ illi restituat, ex cujus rebus atque suffragiis [f] suos convictus fuerit ampliasse labores. Quod si aliquid pro utilitatibus ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendii vel perditionis quippiam pertulerit, si hoc [6] comprobare potuerit, totum illi a rebus ejusdem [7] ecclesiæ reformabitur [g], pro cujus utilitatibus id [8] expendisse comprobatur.

1 Al. *ecclesiæ prius propria.*

2 *Al.* in suis laboribus.

* Can. *Quicumque* 2. caus. 12. q. 4.

3 *Al.* est, ut si de rebus.

4 *Al.* vel laboribus suis proprie auxit, et ex hoc.

5 *Al.* rebus ecclesiæ minuit, illi restituat.

6 *Al.* comprobari potuerit.

7 *Al* ecclesiæ ejusdem reformabitur.

8 *Al.* expendisse probatur.

CAP. XXIII.

Ex Concilio Toletano XVII. anno 694. can. 4.

De sacris ministeriis vel ornamentis ecclesiarum, ne alienentur, sub excommunicationis et restitutionis pœna.

Sacerdotum quorumdam improbanda voluntas et infausta temeritas sacrosancta sibi commissa altaris ministeria atque cetera ecclesiæ ornamenta, non solum quia aliis tradunt pro suis nequissimis actibus abutenda, sed (quod

Ppp pe-

a Sedulos. *b* Desides. *c* Servos. *d* Operari faciant. *e* Speciali obligatione constringendus est. *f* Obventionibus. *g* De rebus ecclesiæ compensabitur.

pejus est) suis ea non pertimescunt usibus adjungere insumenda. Unde licet antiquorum Patrum sententia [a] de talibus personis, quæ vasa solummodo sacra disperdunt voluntate sacrilega, fuerit jam in præteritis promulgata; tamen in commune deinceps statuit coadunatio nostra, ut non tantum de sacris ministeriis, sed etiam et de universis ecclesiæ ornamentis, nihil unusquisque sacerdotum pro suis usibus vel voluntatibus confringere, vendere, aut naufragare [b] pertentet. Si quis vero sacerdotum hoc nostrum violare tentaverit statutum, secundum prisca canonum instituta honoris proprii ordinem amittat, ut sacrilegus perenni infamia denotatus a sacræ communionis perceptione (excepto in supremo temporis cursu) omnibus diebus vitæ suæ maneat alienus. Atque insuper si ejusdem temeratoris extiterit propriæ rei ambitio, quicquid de eisdem sacris ministeriis, vel ornamentis ecclesiæ visus est naufragasse, aut ipse aut pars [c] ejus compellatur parti ejusdem ecclesiæ ex integro reformare.

CAP. XXIV.

Ecclesia firmiter retineat bona per triginta annos obtenta, vel testamento donata, si testamentum ipsum viridici homines ratum habuerint, vel re vera confectum fuisse ministri ecclesiæ jurejurando asseveraverint.

Ex Concilio Legionensi anno 1012. canone 2.

Præcipimus etiam, ut quicquid testamentis concessum, et roboratum aliquo tempore ecclesia tenuerit, firmiter possideat; si vero aliquis inquietare voluerit illud quod concessum est testamentis, quicquid fuerit, testamentum in concilio adducatur, et a viridicis hominibus, utrum verum sit, exquiratur; et si verum inventum fuerit testamentum, nullum [1] super eum agatur judicium, sed quod in eo continetur scriptum, quiete possideat ecclesia in perpetuum. Si vero ecclesia aliquid jure tenuerit, et inde testamentum non habuerit, firment ipsum jus cultores [d] ecclesiæ juramento, ac deinde possideat perenni [2] ævo. Pareat triennium jure habito seu testamento [e]: Deo etenim fraudem facit, [3] qui per triennium [f] rem ecclesiæ rescindit [g].

1 *Al.* super illum agatur.

2 *Al.* ævo. Præjudicet tricennium jure.

3 *Al.* qui post tricennium rem.

a Vide supra cap. 21. *b* Fraudare. *c* Procurator. *d* Clerici Divinis cultibus dediti. *e* Possessio ex testamento, vel triginta annis firmata pariat jus. *f* Post triennium. *g* Adimit.

CAP.

CAP. XXV.

Ex eodem, canone 7.

Decrevimus iterum, ut nullus emat hereditatem servi ecclesiæ; qui autem emerit eam, perdat eam, et pretium.

CAP. XXVI.

Ex Synodo Compostellana anno 1114. *cap.* 10.

De placitis, et ceteris scripturis.

Placita [a] et cetera hujusmodi scripta ab authenticis [b] clericis, sive a judicibus, vel ab archidiacono, sive ab ipsius loci archipresbytero fiant; sin autem, cassa habeantur.

TIT. VIII.

DE ŒCONOMO ECCLESIASTICO.

CAP. I.

Ex Concilio Hispalensi II. anno 619. *canone* 9.

De œconomis, ab episcopo in testimonium habendis, et *ne ex laicis constituantur.*

* Nona actione didicimus, quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos, laicos habere in rebus Divinis constitutos œconomos. Proinde pariter [1] tractantes elegimus, ut unusquisque nostrum secundum Chalcedonensium Patrum decreta [c] ex proprio clero œconomum sibi constituat. Indecorum est enim, laicum vicarium esse episcopi, et sæculares in ecclesia judicare; in uno enim eodemque officio [2] non decet dispar professio: quod etiam in lege Divina prohibetur, dicente Moyse: *Non arabis in bove et asino simul*, id est, homines diversæ professionis in officio uno non sociabis. [3] Unde oportet nos et Divinis libris et sanctorum Patrum obedire præceptis, constituentes, ut hi qui in administrationibus ecclesiæ pontificibus sociantur, discrepare non [4] debeant nec professione, nec habitu. Nam cohærere et conjungi non possunt, quibus et studia et vota

* *Can.* 22. *c.* 16. *q.* 7.

1 *Al.* tractantes eligimus.

2 *Al.* non debet dispar esse professio. *Deut.* 22. *v.* 10.

3 *Al.* Unde et oportet.

4 *Al.* debeant, aut nec.

a Conventiones et pacta. b Auctoritate præditis. c Can. 26.

ta diversa sunt. Si quis autem episcopus posthac ecclesiasticam rem, [1] aut laicali procuratione administrandam elegerit, aut sine testimonio œconomi gubernandam crediderit, vere ut contemtor canonum, et fraudator ecclesiasticarum rerum non [2] solum a Christo de rebus pauperum [3] judicatur reus, sed etiam et concilio manebit obnoxius [a].

1 *Al.* aut per laicalem procurationem.
2 *Al.* solum Christo.
3 *Al.* judicabitur reus, sed etiam concilio.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *canone* 48.

4 *De institutione œconomorum* ex proprio clero, *id est, qui res ecclesiasticas tractant.*

4 Al. *De eligendis œconomis.* Et nihil aliud.

Eos, quos œconomos Græci appellant, hoc est, qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant, sicut sancta synodus Chalcedonensis instituit, omnes episcopos de proprio clero ad regendas ecclesias habere oportet; qui autem deinceps contemserit, obnoxius ejusdem magni concilii erit [b].

TIT. IX.

DE UNIONE ET DIVISIONE BENEFICIORUM.

CAP. I.

Ecclesia quæ decem habuerit colonos, presbyterum habeat; quæ minus decem, aliis uniatur ecclesiis.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. *canone* 5.

* Hoc necessario instituendum delegimus, ut plures ecclesiæ uni nequaquam committantur presbytero, quia solus per totas ecclesias nec officium valet persolvere, nec populis sacerdotali jure occurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impendere; ea scilicet ratione, ut ecclesia; quæ usque ad decem habuerit mancipia [c], super se habeat sacerdotem; quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis conjungatur ecclesiis. Si quis sane episcoporum hanc nostram institutionem parvipenderit, et quippiam ex-

* *Can.* 3. §. 1. *c.* 10. *q.* 3.

a Subdetur concilii episcoporum judicio. *b* Pœnis ab eod. conc. Chalced. constitutis subjicietur. *c* Servos adscriptitios, incolas.

exinde temerandum [a] crediderit, duorum mensium spatiis se noverit excommunicatione multari; ita nempe ut postquam ab hoc excommunicationis interdicto ad ordinis sui remeaverit locum, cunctas hujus canonis sanctiones modis omnibus studeat adimplere. *Integrum vide in cap. 5. de Episcop. dignit. provent. et in cap. 6. de Ecclesiis ædific. vel repar.*

CAP. II.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 3.

Ecclesiæ autem sint integræ, et non divisæ, cum presbyteris et diaconis, et cum totius anni circuli libris, cum ornamentis ecclesiasticis. *Quæ sequuntur in cap. 44. de Missæ, et Officii celebr. rat.*

TIT. X.

DE JURE PATRONATUS.

CAP. I.

Ecclesiæ semel constructæ præficiendus est a fundatore presbyter vel saltem diaconus, aut ab episcopo ostiarius.

Ex Concilio Toletano anno 597. *canone* 2.

Id etiam placuit Dei sacerdotibus, ne quisquam antistes infra suam paræciam Dei aulam inquirat, et munificus ille qui sanctam Dei ædificaverit ecclesiam, quod ibidem pro suo herede largitus est, eodem loco presbyter secundum priorum canonum instituta deserviens habeat [b]. Et si presbyterum ea facultas habere non permittit, vel diaconus instituatur. Certe si minor est census [c], ostiarius a sacerdote sit electus, qui nitorem infra sinus sanctæ ecclesiæ faciat [d], qui et sanctarum reliquiarum luminaria omni subsequenti [e] nocte accendat.

a Temere violandum. *b* *En sententiam*: Nullus episcopus jus sibi persuadeat habere instituendi clericos in ecclesiis suæ diœcesis, si hæc a pio fundatore constructæ sint, sed ab ipso fundatore presbyteri ibidem instituantur. *c* Redditus. *d* Qui de nitore ecclesiæ curet. *e* Nocte subsequente diei.

CAP.

CAP. II.

Si episcopus aliquid ex ecclesiæ bonis, præter tertiam oblationum partem sibi assumit, patroni eum in concilio judicandum convenient; non tamen ideo quidquam sibi juris in ecclesiæ rebus habere persuadeant.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *canone* 33.

Avaritia [1] *radix cunctorum malorum*, cujus sitis etiam sacerdotum mentes obtinet; multi enim fidelium [2] in amore Christi et martyrum in parochiis episcoporum Basilicas construunt, [3] oblationes conscribunt [a]; sacerdotes hæc auferunt, atque in usus suos convertunt. Inde est quod cultores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt. Inde labentium basilicarum ruinæ non reparantur, quia avaritia sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re * constitutum est a præsenti concilio, episcopos ita diœceses suas regere, ut [4] nihil jure præsumant auferre, sed juxta priorum auctoritatem conciliorum [b], tam de oblationibus [5] quam de tributis ac frugibus tertiam consequantur. Quod si amplius quippiam ab eis præsumtum extiterit, per concilium restauretur [c]; appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum, si jam illi a sæculo decesserunt. [6] * Noverint autem conditores basilicarum, in rebus quas eisdem ecclesiis conferunt, [7] nullam potestatem habere; sed juxta canonum instituta, [8] sicut ecclesiam, ita et dotem ejus ad ordinationem episcopi pertinere. *Eumdem vide in cap. 2. de Episcop. dignit. provent. et partem in cap. 6. de Bonis Ecclesiæ ministr.*

1 Al. *radix est cunctorum.*
1. *Timoth. 6. v.* 10.
2 *Al.* in honorem Christi.
3 *Al.* oblationes sanctas conscribunt.
* Can. 60. *Constitutum est*, caus. 16. q. 1.
4 *Al.* nihil ex earum jure.
5 *Al.* quam de decimis, tributis.
6 *Al.* Noverint ergo.
* Can. 6. *Noverint*, caus. 10. q. 1.
7 *Al.* nullam se potestatem.
8 *Al.* sicut ecclesia, ita et dos ejus ad episcopi ordinationem pertineat.

CAP. III.

Ex eodem, canone 38.

De suffragio fundatoribus ecclesiarum, vel filiis eorum, si ad inopiam venerint, *ex rebus ab ipsis collatis impertiendo.*

Præbendum est a sacerdotibus vitæ solatium indigentibus, et maxime his quibus restituenda vicissitudo est. * Quicumque ergo fidelium de facultatibus suis ecclesiæ aliquid de-

* Can. 30. *Quicumque* caus. 16. q. 7.

a Assignant. *b* Vide cap. 1. *de Eccles. ædific.* *c* Per sententiam concilii restituatur.

devotione [1] propria contulerunt, si forte ipsi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia suffragium [a] vitæ pro temporis usu percipiant. Si enim [2] clericis, vel monachis, seu peregrinis, aut quamlibet necessitatem sustinentibus, pro solo Religionis intuitu in usum res ecclesiasticæ largiuntur, quanto [3] magis his consulendum est, [4] quibus retributione justa debetur?

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano IX. anno 655. *canone* 1.

Qualiter proximi fundatoris ecclesiarum solicitudinem gerant, ut nihil de collatis ab ipso rebus depereat.

Omnis itaque rei [5] ecclesiasticæ quantitas sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum rite præparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus ecclesiæ, quæ in quibuscumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri suo aut cathedræ [6] propriæ unitati connectat. Devotio enim uniuscujusque sicut gratanter votum contulit Deo, ita definivit, [7] quo plenitudo votorum conservaretur in loco; in quo velut si collata [8] tenentur, manet gratia offerentis, ita si frustrantur, imminet pernicies defraudantis. Verum ut rei hujus potior soliditas [9] habeatur, condignis * filiis vel nepotibus, honestioribusque propinquis ejus, qui construxit vel ditavit ecclesiam, licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commonitionis honestæ conventione compescant, aut episcopo vel judici corrigenda denuntient. [10] Quod si talia episcopus agere tentet, metropolitano ejus hæc insinuare procurent. Si autem metropolitanus talia gerat, regis [11] hæc auditibus intimare non differant. Ipsis tamen heredibus in eisdem rebus non liceat, [12] quasi juris proprii potestatem præferre, non [13] rapinam et fraudem ingerere, non violentiam quamcumque præsumere; sed hoc solum in salutarem [b] solicitudinem adhibere, [14] quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut in multam vel in aliquam partem salutaris merces assumat. [c] Siquis vero deinceps hæc monita teme-

[a] Adjumentum. [b] Salubrem. [c] *Hoc est*: Quod aut nulla manus rapax nocumentum aliquod ecclesiæ inferat, neque sibi assumat multam, neque etiam aliquam partem salutaris, id est ecclesiasticæ merces, pro mercis.

1 *Al.* propria contulerint.

2 *Al.* clericis, seu monachis, vel peregrinis.

3 *Al.* magis consulendum.

4 *Al.* quibus retributio justa.

5 *Al.* ecclesiasticæ quantitatis.

6 *Al.* propriæ civitatis unitate connectat.

7 *Al.* quod plenitudo.

8 *Al.* tenentur, manent.

* Can. 31. *Filiis, aut nepotibus.* caus. 16. q. 7.

9 *Al.* habeatur, propinquis ejus, qui construxerunt, vel ditaverunt ecclesiam.

10 *Al.* Quod si aut talia.

11 *Al.* hæc auribus insinuare.

12 *Al.* quasi in juris.

13 *Al* rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam.

14 *Al.* quod aut in multam noxam... aut velut in multam partem, aut aliquam salutaris.

merare voluerit, et male rapta cum confusione restituet, et excommunicationis annuæ [a] sententiam sustinebit. *Eumdem vide in cap. 25. de Metropol. et cap. 17. de Rebus Eccles. non alien.*

CAP. V.

Ex eodem, canone 2.

1 Al. *quoadusque.*

Ut fundatores ecclesiarum, [1] quousque advixerint, earum habeant curam, ipsique illic ministros eligant servituros.

Quum sæpe sit solitum, etiam illa quæ non debentur, prece [b] supplicationis et vi quodammodo extorqueri doloris, [2] quanto magis sine obstaculo concedi debent exquisita simul et ordine juris, et dolore compassionis? [c] Quia ergo fieri plerumque cognoscitur, ut ecclesiæ parochiales vel sacra monasteria ita quorumdam episcoporum vel insolentia vel incuria horrendam decidant in ruinam ut gravior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, [3] quam in construendo gaudii extiterat labor, ideo pia compassione * decernimus, ut quamdiu earumdem fundatores ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locis [4] curam permittantur habere solicitam, et solicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsi offerant episcopis ordinandos. Quod si tales forsan non inveniantur ab eis, tunc quos episcopus loci probaverit Deo placitos, sacris cultibus instituat, cum eorum conniventia servituros. [5] Quod si spretis eisdem fundatoribus, rectores ibidem præsumserit episcopus ordinare, et ordinationem [d] suam irritam noverit esse, et ad [6] verecundiam sui, alios in eorum loco, quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari.

2 *Al.* quanto jam sine, *vel* quanto magis et sine.

3 *Al.* quam in struendo.

* Can. 32. *Decernimus*, caus. 16. q. 7.

4 *Al.* curam habeant solicitam.

5 *Al.* Quod si superstitibus.

6 *Al.* verecundiam suam.

a Unius anni. *b* Iterata supplicatione. *c* *Id est*: quæ debentur jure concedi, et ut vitetur compassionis et doloris caussa. *d* Institutionem.

CAP.

TIT. XI.

DE FESTIS DIEBUS, EORUMQUE OBSERVANTIA.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. canone 21.

De his qui ad ecclesiam [1] *tarde accedunt.*

Si quis in civitate [2] positus, per tres Dominicas [a] ecclesiam non [3] accesserit, pauco tempore abstineat, ut correptus esse videatur.

1 *Al.* *tardius accedunt.*
2 *Al.* positus tres.
3 *Al.* accesserit tanto tempore.

CAP. II.

Ex eodem, canone 43.

De celebratione Pentecostes, ab omnibus observanda.

Pravam institutionem emendari placuit juxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti diem [4] Pentecostes [b] celebremus. Quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisse notetur.

Act. Apost. cap. 2. v. 1.
4 *Al.* Pentecostes post Pascha celebremus.

CAP. III.

Ex Concilio Cæsaraugustano anno 380. can. 2.

Ut diebus Dominicis nullus jejunet, nec diebus Quadragesimæ ab ecclesia se absentet, sub anathematis pœna.

[*] Item legit: ne quis jejunet die Dominica caussa temporis, aut persuasionis, aut [5] superstitionis; ut quadragesimarum diebus ab ecclesiis non desint, nec habitent latibula cubiculorum ac montium, [6] qui in his suspicionibus perseverant, sed exemplum et præceptum custodiant sacerdotum, et ad alienas villas, agendorum conventuum caussa non conveniant [c]. Ab universis episcopis dictum est: anathema sit, [7] qui hoc commiserit. *Eumdem vide in cap. 3. de Jejuniis.*

[*] *Can. 15. de Cons. dist. 3.*
5 *Al.* superstitionis, nec quadragesimæ diebus ab ecclesiis fideles desint; nec habitent in latibulis.
6 *Al.* qui in suspicionibus.
7 *Al.* qui hæc commiserit.

a Eo quod solis Dominicis diebus ad ecclesiam venire tenerentur fideles.
b Ab ipsis ecclesiæ exordiis celebratum fuisse festum Pentecostes colligitur etiam ex Tertull. *de Corona Milit.* cap. 3. Epiphan. de *Exposit. Fidei* num. 22. August. epist. ad Januar. *de Ritib.* cap. 16. et Leg. Theodos. et Valentin. 5. tit. 5. lib 15. *Cod. Theod.* quod quidem festum quidam forte celebrare detrectabant, ne Judæos imitari viderentur. *c* Contra Priscillianistas, qui in his se superstitionibus exercebant.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 4.

Ut tribus hebdomadis, quæ sunt ante Epiphaniam, ab ecclesia nemo recedat, sub anathematis pœna.

[1] Item legit: viginti et uno die, quo a XVI. kal. Januarii usque in diem Epiphaniæ, quæ est octavo Idus Januarii, continuis diebus [a], nulli liceat de ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad ecclesiam. Quod qui non [2] observaverit, his decretis anathema sit in perpetuum. Ab universis episcopis dictum est: anathema sit.

1 *Al.* Item legit: Vicesimo primo die.

2 *Al.* observaverit de suspectis *vel* de susceptis, anathema.

CAP. V.

Ex Epistola Leonis Magni ad Turibium Asturicensem anno 447. cap. 4.

De Natali [3] *Domini, quod in eo Priscillianistæ jejunia celebrent*; atque etiam Dominico die.

3 Al. *Domini in eo quod Priscillianistæ.*

Quarto autem capitulo continetur, quod Natalem Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica ecclesia veneratur, quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, non vere isti honorent, sed honorare se simulent jejunantes eodem die, sicut et die Dominico qui est dies resurrectionis Christi. Quod utique ideo faciunt quia Christum Dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quamdam illusionem [4] ostentata videri volunt quæ vera non fuerint, sequentes dogmata Cerdonis atque Marcionis, et cognatis suis Manichæis per [5] omnia concordantes. Qui sicut in nostro examine detecti atque convicti sunt, Dominicum diem, quem nobis Salvatoris nostri resurrectio consecravit, exigunt in mœrore jejunii, [6] solis, ut proditum est, reverentiæ hanc continentiam devoventes, ut per omnia sint a nostræ Fidei unita-

Joan. 1. v. 14.

4 *Al.* ostentata videri volunt, quia vera non fuerit, sequentes.

5 *Al.* omnia consonantes.

6 *Al.* soli, ut proditum.

a A die 17 Decembris usque in diem Epiphaniæ, quæ celebratur die 6. Januarii in honorem Nativitatis Domini fuerunt omnes festi dies, quam quidem Nativitatem, quod Priscillianistæ non crederent, non colebant.

tate discordes, et dies qui a nobis in lætitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Unde dignum est, ut inimici crucis Christi et resurrectionis.[1] talem excipiant sententiam, qualem elegerunt doctrinam. *Idem vide in cap. 6. de Incarnatione, et cap. 4. de Jejuniis.*

1 *Al.* talem accipiant... qualem elegere.

CAP. VI.

Festum Paschatis ad diem vigesimam quartam Aprilis indicitur pro anno 455.

Ab eodem Leone M. in epistola anno 454. ad episcopos Galliarum et Hispaniarum de Paschate anni CDLV.

Dilectissimis fratribus, universis episcopis catholicis per Gallias et Hispanias constitutis, Leo, Romæ episcopus. Quum in omnibus divinorum præceptorum regulis exequendis, sacerdotalem observantiam oporteat esse concordem, maxime nobis et principaliter providendum est, ne in Paschalis festi die vel ignorantia vel præsumtio peccatum diversitatis incurrat. Unde quia tempus sacratissimæ sollemnitatis ita dispositos habet limites suos, ut salutare sacramentum nunc citius, nunc tardius oporteat celebrari *a*, non desinit apostolicæ sedis solicitudo prospicere, ne devotio ecclesiastica aliquo turbetur incerto. Quum autem in quibusdam adscriptionibus Patrum, futurum proxime Pascha Domini ab aliis in diem quintum decimum kalendas Majas, ab aliis in diem octavum kalendas easdem inveniretur adscriptum, tantum me diversitas ista permovit, ut clementissimo principi Marciano curam de hac re animi mei panderem, ut præcipiente ipso, ab his qui habent hujus supputationis peritiam, diligentius illic discussa ratione quæreretur, quo die possit veneranda sollemnitas rectius celebrari. Quo rescribente, octavo kalendas Majas definitus est dies. Quia ergo studio unitatis et pacis malui Orientalium definitioni acquiescere, quam in tantæ festivitatis observantia dissidere, noverit fraternitas vestra, die viii. ka-

Qqq 2

a Constitutum quippe fuit in Syn. Nicæn., ut Pascha celebretur in Dominica die, immediate sequenti lunæ 14. quæ in Æquinoctium vernum caderet, vel proxime illud consequeretur.

kalendas Majas [a] ab omnibus Resurrectionem Dominicam celebrandam, et hoc ipsum per vos aliis fratribus esse intimandum, ut Divinæ pacis consortio, sicut una Fide jungimur, ita una sollemnitate feriemur. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data post consulatum Opilionis, quinto kalendas Augustas.

CAP. VII.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. *can.* 4.

Ut nullus episcopus, vel infra positus die Dominico caussas judicare præsumat.

* *Can.* 1. *c.* 15. *q.* 4.
1 *Al. incipit*: Nullus episcoporum.

2 *Al.* audeat vendicare, nisi hoc. *vel:* ventilare, nisi hoc.

3 *Al.* licentiam vindicandi, excepto criminali negotio.

* 1 Ut nullus episcoporum, aut presbyterorum, vel clericorum die Dominico propositum cujuscumque caussæ negotium 2 audeat judicare, nisi ut hoc tantum, ut Deo statuta sollemnia peragant. Ceteris vero diebus convenientibus personis, illa quæ justa sunt, habeant 3 licentiam judicandi, exceptis criminalibus negotiis. *Eumdem vide in cap.* 1. *de Cleric. percus.*

CAP. VIII.

Ex Epistola VIGILII PAPÆ *ad Profuturum Episcopum Bracharensem anno* 538. *cap.* 5.

De Paschæ festivitate, aliisque festivitatibus *precum ordine, ac Missarum sollemniis.*

4 *Al.* X. kalend.

5 *Al.* habere diversum, sed semper esse eodem.

Pascha vero futurum nos, si Deus voluerit, 4 XI. kalendarum Majarum [b] die celebraturos esse cognoscite. Ordinem quoque precum in celebritate Missarum nullo nos tempore, nulla festivitate significamus 5 habere divisum, sed semper eodem tenore oblata Deo munera consecrare. Quo-

a Hoc anno communi fuit Epacta 26. Aur. num. 16. Lit. Domin. b. et quum luna 14. inciderit in diem 18. Aprilis cum Lit. Domin. C. quæ respondet feriæ secundæ, idcirco Pascha celebratum est post elapsos alios sex dies, videlicet die 24. Aprilis, quæ est octavò kal. Majas. *b* Ut nihil desit, quo de hac prave consarcinata epistola dubitemus, juxta decretum in Syn. Nicæna, quem computum sequutus est Leo Papa, supra *cap.* 6. Pascha anni 539. non debuit incidere in diem 21. Aprilis, neque in diem 22. ejusd. uti habent alii Codices; in hoc quippe anno fuit Epacta 28. Aur. num. 8. Lit. Dom. b. et luna 14. incidit in diem 23. Aprilis cum litera A. quæ sabbato respondet, quod ideo translatum est in diem sequentem 24. Aprilis cum litera B. Dominicali.

Quoties vero Paschalis, aut Ascensionis Domini, vel Pentecostes, et Epiphaniæ, Sanctorumque Dei fuerit agenda festivitas, singula capitula diebus apta subjungimus, quibus commemorationem sanctæ sollemnitatis aut [1] eorum facimus, quorum natalia celebramus; cetera vero ordine consueto prosequimur. Quapropter et ipsius canonicæ precis textum direximus subter adjectum, quem Deo propitio ex apostolica traditione suscepimus. Et ut caritas tua cognoscat, quibus locis aliqua festivitatibus apta connectes, Paschalis diei preces [2] similiter adjecimus. *Integrum vide in cap. 5. de Mis. et Offic. celebrat.*

1 *Al.* eorum facimus.

2 *Al.* simul *vel* sic adjecimus.

CAP. IX.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. can. 9.

Ut per singulos annos a metropolitano episcopo Pascha pronuntietur, ac deinde a unoquoque episcopo in die Natalis Domini.

* Placuit, ut postquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, [3] illud omnibus modis observetur, ut superventurum ipsius anni Pascha, quoto kalendarum die vel quota luna debet suscipi, a metropolitano episcopo nuntietur. Quod ceteri episcopi vel reliquus clerus breviculo subnotantes, unusquisque in sua ecclesia, adveniente Natalis die Domini * [4] adstanti populo, post lectionem evangelicam [5] nuntient, ut introitum quadragesimæ nullus ignoret, in cujus principio convenientes in unum vicinæ ecclesiæ, per triduum cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes, celebrent Litanias. Tertio autem die, celebratis hora nona sive decima Missis, dimisso populo, præcipiant [6] quadragesimæ servare jejunia, et mediante quadragesima, ex diebus viginti baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre. *Eumdem vide in cap. 3. de Litaniis, et cap. 8. de Jejuniis; et partem in cap. 12. de Metropol.*

* *Can. 5. de Cons. dist. 3.*

3 *Al.* illud omnimodis observetur, ut superventuri.

4 *Al.* adstante.

5 *Al.* nuntient, in cujus.

6 *Al.* quadragesimæ jejuniis servire *vel* observare jejunia, et mediante.

* Hodie fit in die Epiphaniæ in Cathedral. Eccles. Hisp.

CAP.

CAP. X.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 48.

De non celebrandis nataliis martyrum in quadragesima.

* *Can. 9. c. 33. q. 4. ex Laod. can. 51.*

* Non liceat in quadragesima natales martyrum celebrare [a], sed tantum sabbato, et Dominico pro commemoratione eorum oblationes offerri; sed nec natalitia. *Quæ sequuntur, cap. 13. de Impedim. Matrim.*

CAP. XI.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *canone* 23.

1 Al. *Ut in sanctorum natalitiis Ballimanthiæ prohibeantur.*

[1] *Quod Balemanthiæ [b], et turpes cantici prohibendi sunt a sanctorum sollemniis.*

* *Can. 2. Cons. dist. 3.*
2 *Al. incipit:* Irreligiosa consuetudo est, quam.
3 *Al.* consuevit, populi.
4 *Al.* saltationibus turpibus invigilant, cantica non solum mala canentes, sed et religiosorum.
5. *Al.* curæ committatur.

* [2] Exterminanda est omnino irreligiosa consuetudo, quam vulgus per sanctorum sollemnitates agere [3] consuevit, ut populi qui debent officia Divina attendere, [4] saltationibus, et turpibus invigilent canticis, non solum sibi nocentes, sed et religiosorum [c] officiis perstrepentes. Hoc etenim ut ab omni Hispania depellatur, sacerdotum et judicum a concilio sancto [5] curæ committitur.

CAP. XII.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. *canone* 4.

Ut dies Dominicus ab omnibus observetur, et nulla eo die fiant opera.

Ut omnis homo, tam ingenuus quam servus, Gothus, Romanus, Syrus, Græcus vel Judæus [d] die Dominico nullam operam faciant, nec boves jungantur, excepto si in mutando [e] necessitas incubuerit. Quod si quisquam præsum-

a Vestigium hujus disciplinæ hoc est, quod non celebrentur octavæ sanctorum in quadragesima. *b* Saltationes inhonestæ a voce græca *βαλλιζω ambulo.* Vide Syn. Laod. *can.* 53. *c* Clericorum. *d* Quasi volens omnes omnino comprehendere. *e Forte:* in mutando domicilio.

sumserit facere, si ingenuus est, det comiti [a] civitatis solidos [b] sex, si servus, centum flagella suscipiat.

CAP. XIII.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 5.

De annuntiatione Paschæ, ante Epiphaniam inter episcopos exquirenda.

Solet in Hispaniis de sollemnitate Paschali varietas existere prædicationis [c], diversa enim observantia laterculorum [d] Paschalis festivitatis interdum errorem parturit. Proinde placuit, ut ante tres menses Epiphaniorum metropolitani sacerdotes literis invicem se inquirant, ut [1] communi sententia edocti, diem Resurrectionis Christi et comprovincialibus suis insinuent, et uno tempore celebrandum annuntient. *Eumdem vide in cap. 23. de. Metropol.*

1 *Al.* communi scientia docti diem Resurrectionis Christi comprovincialibus.

CAP. XIV.

Ex Concilio Toletano X. anno 656. canone 1.

[2] *De celebritate festivitatis Dominicæ Matris*, agenda per octo dies a decimoquinto kalendas Januarii.

[3] Quum nihil Fidei sinceritas per diversitatem adversum incurrat, et unitatem catholicæ regulæ varietas nulla discerpat, est tamen quod nisi temporum unitate servetur, [4] et discidium indiscissæ unitati [e] parturiat, et sacramentorum [f] unitate constare non valeat. [5] Hinc est, quod paschale festum nisi uno die [g] celebremus et [6] tempore, in Judaicum decidamus errorem [h]. Hinc adventum Sancti Spiritus post [7] resurrectionem Dei nisi expectemus tempore definito [8] dierum, simul et numero, non possumus impleri ejusdem Spiritus dono; quoniam si caret plenitudinis numero, carere potest et mysterii sacramento. Hinc Nativitatis Dominicæ sacrum, quo evidenter de utero virginali

2 Al. *De celebritate Annuntiationis Dominicæ.* Et nihil amplius.

3 *Al.* De celebritate festivitatis Divinæ Matris quum nihil.

4 *Al.* et dissidium indicissæ unitatis.

5 *Al.* Hino est enim quod.

6 *Al.* tempore, ne in Judaicum.

7 *Al.* Resurrectionem Domini nisi.

8 *Al.* dierum numerum non possumus implere.

a Gubernatori. *b* Solidus argenteus respondet tribus regalibus, undecim morapetinis, et duabus sextis partibus alterius morapetini de *vellon*. Aureus quinquaginta, vel octoginta regalibus. *c* Varii varie opioantur in assignatione diei Paschæ. *d* Diversa enim assignatio, quæ in diversis observatur codicibus seu tabellis. *e Scilicet*, ecclesiæ. *f* Mysteriorum. *g Scilicet*, Dominica die post lunam 14. Martii. Vide supra *cap.* 6. et 8. *h* Uno cum ipsis die, luna videlicet ipsa 14. celebremus.

li Verbum prodiit caro factum, absque dubio servat [1] temporis cursum, et repræsentat specialis Dei momentum. Si ergo nativitatis et mortis incarnati hujus Verbi dies absque immutatione ita certus habetur, ut absque diversitate in orbe toto terrarum ab omni concorditer ecclesia celebretur, cur non festivitas gloriosæ matris ejus eadem observantia uno simul ubique die, similique habeatur honore? Invenitur [2] etenim in multis Hispaniæ partibus hujus sanctæ Virginis [3] festum non uno die per omnes annorum circulos [4] agi; quoniam transducti homines diversitare temporum [a], dum varietatem sequuntur, unitatem celebritatis non habere probantur [b]. Qua de re quoniam die, qua invenitur Angelus Virgini Verbi conceptum et nuntiasse verbis et indidisse [c] miraculis, [5] eadem festivitas non potest celebrari [6] condigne, quum interdum quadragesimæ dies vel Paschale festum videtur incumbere, in quibus nihil de sanctorum sollemnitatibus, sicut ex antiquitate regulari [d] cautum est, convenit celebrari; [7] quum etiam et ipsam Incarnationem Verbi non conveniat tunc celebritatibus prædicari, quando constat id ipsum Verbum post mortem carnis gloria resurrectionis attolli, ideo speciali constitutione sancitur, ut ante octavum diem, quo natus est Dominus, Genitricis quoque eius dies habeatur celeberrimus et præclarus. Ex pari enim honore constat, ut [e] sicut Nativitatem Filii sequentium dierum insequitur dignitas, ita festivitatem Matris tot dierum sequatur sacra sollemnitas [f] [8] Nam quod festum est Matris, nisi Incarnatio Verbi? [9] Cujus utique ita debet esse sollemne, sicut est et ejusdem Nativitas Verbi. Quod tamen nec sine exemplo decedentis [g] moris, qui per diversas mundi partes dignoscitur observari, videtur institui; [10] in multis namque ecclesiis a nobis et spatio remotis et terris [h], hic mos agnoscitur retineri. Proinde ut de cetero quicquid est dubium, sit remotum, sollemnitas Dominicæ Matris die decimoquinto kalendarum Januariarum omnimodo celebretur [i] et Nativi-

1 *Al.* temporis et cursum, et repræsentat speciale Dei monimentum.

2 *Al.* etenim multis.

3 *Al.* festum in uno.

4 *Al.* agi. Quo enim transducit homines diversitas temporum, dum varietatem celebritatis non habere probantur?

5 *Al.* eadem die festivitas.

6 *Al.* condigne, quod interdum quadragesima, vel Paschale festum videatur.

7 *Al.* quum secundum ipsam.

8 *Al.* Nam quid festum.

9 *Al.* Cujus festum ita debet esse.... Nativitatis Verbi... exemplo decentis moris.

10 *Al.* in multis itaque.

a Quæ parit diversitatem opinionum. *b* Demonstrant. *c* *Indixisse*, legerem. *d* Vide supra cap. 10. *e* *Hoc est*: Quia decet, ut pari honore Incarnatio Verbi, ac ejus Nativitas celebretur, sicut Nativitatem &c. *f* Cujus disciplinæ vestigium sunt Missæ illæ sollemnes et festivis modulationibus decantatæ quæ in quibusdam Hispaniarum ecclesiis his diebus celebrantur, et vulgari vocabulo dicuntur de *Aguinaldo*. *g* Legerem: *decentis*, legitimi. *h* Hac etiam die celebratur Annuntiatio secundum ritum Ambrosianum. Vide Bened. XIV. de *Festis* lib. 2. cap. 3. n. 16. *i* Quo circa festum hoc dictum est olim *Maternitatis B. V.* Vide Breviar. Ilerden. an. 1571. cujus loco post receptum Officii Romani Ritum, subrogatum est festum Expectat. Partus B. V. M. quod vulgo dicitur *de la O.*

vitas Filii ejus, salvatoris nostri die octavo kalendarum earumdem, sicut mos est, sollemnis in omnibus habeatur.

CAP. XV.

Ex Concilio Cæsaraugustano III. anno 691. canone 2.

Ut confinitimi episcopi de sacra sollemnitate Paschali annua vice primatum suum requirant.

Si quidem sancta institutio Patrum [a] de sollemnitate Paschali præcipiat, ut omnes confinitimi episcopi annua vicissitudine primatum suum inquirant, quo tempore Paschæ festum peragant; tamen quia didicimus, nonnullos episcopos sententiam Patrum transgredientes, propter quod etiam debuerunt usquequaque vigilantes manere; placuit omnibus nobis, ut abinceps cuncti confinitimi [b] episcopi nullam sibi [1] occasionem [c] subjicientes, aut longinquitate itineris [d] præcaventes, annua recursione festivitate Paschali, tempore congruo primatem [e] suum, sub cujus potestatis manserint regimine, inquirant, ut quo die, et tempore illis Paschæ festum pronuntiaverit, solicita veneratione peragant. *Eumdem vide in cap. 45. de Metropol.*

1 *Al.* occasionem objicientes.

CAP. XVI.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap. 6.*

Ut vespere sabbati omnes ab opere cessent, et Officiis ecclesiasticis intersint.

Sexto vero titulo admonemus, ut omnes christiani die sabbati advesperascente [f] ad ecclesiam concurrant, [2] et Dominica matutina Missas et omnes Horas audiant, opus servile non exerceant, nec sectentur itinera, nisi orationis caussa, aut sepeliendi mortuos, aut visitandi infirmos, aut pro Regis secreto [g], aut pro Saracenorum impetu. Nullus

2 *Al.* et die Dominica matutina Missam.

[a] Vide supra cap. 13. [b] Ejusdem provinciæ. [c] Excusationem. [d] Tamquam cautione vel securitate se contegentes. [e] Metropolitam. [f] Juxta antiquum morem, de quo in Syn. Tarrac. can. 7. *de Residen. Cleric.* cap. 4. de quo nonnihil adhuc vestigii remanet in aliquibus provinciis, in quibus festa quoad cessationem ab opere servili incipiunt sabbato ab occasu solis. [g] *Hoc est*: mandato ad exequenda secretiora.

etiam Christianus cum Judæis in una domo maneat, nec cum eis cibum sumat. Si quis autem hanc nostram constitutionem fregerit, per septem dies pœnitentiam agat. Quod si pœnitere noluerit, si major persona [a] fuerit, per annum integrum communione careat, si inferior [b] persona fuerit, centum flagella accipiat. *Partem vide in cap. 19. de Judaismo.*

CAP. XVII.

Ex Syn. Compostellana anno 1114. *cap.* 9.

De die Dominica.

In Dominica die ruriculas ad civitatem, negotiatum ire prohibemus.

CAP. XVIII.

Ex eodem, cap. 19.

Ne in Dominica sajones licentiam habeant pignorandi.

Ab hora nona sabbati usque in feriam secundam, hora prima, nullus sajo [c] habeat licentiam pignorandi [d], nisi homicidas, latrones, scilicet [e] violatores virginum per vim, rausatores [f], et proditores. Et si aliquis de extranea patria justitiam postulaverit, infrà supradictum [g] tempus justitiam sumat.

TIT. XII.

DE FUNERIBUS, ET SEPULTURIS.

CAP. I.

Ut sepultura ecclesiastica careant, qui violentam sibi inferunt mortem, et qui pro scelere aliquo capite damnantur.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *cap.* 16.

[*] Can. 12. c. 23. q. 5.

[*] Item placuit, ut hi qui sibi ipsis aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut suspendium vel

a Ingenuus homo. b Vilis. c Regius justitiæ minister. d Pignori capere. e Pro etiam. f Raptores cujusvis rei. g In cap. 14. Vide cap. 8. de *Caussis Cler. agitand.*

[1] vel quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur: multi enim sibi hoc per ignorantiam [2] usurpaverunt. Similiter et de his [3] placuit, qui pro suis sceleribus puniuntur [a]. *Idem vide in cap. 8. de Homicidio.*

1 *Al.* aut quolibet modo violentiæ.

2 *Al.* usurpant.

3 *Al.* placuit fieri.

CAP. II.

Ut sepultura ecclesiastica priventur, qui sine baptismi susceptione decedunt.

Ex eodem, cap. 17.

Item placuit, ut catechumenis sine redemtione [b] baptismi defunctis, simili modo [4] neque oblationis commemoratio, neque psallendi impendatur officium; nam et hoc per ignorantiam usurpatum est. *Idem vide in cap. 13. de Baptismo et cap. 10. de Catechumenis.*

4 *Al.* non oblationis sanctæ commemoratio.

CAP. III.

Ut intra templi ambitum defunctorum corpora non sepeliantur.

Ex eodem, cap. 18.

Item placuit, ut corpora defunctorum nullo modo [5] in basilica sanctorum sepeliantur, sed si necesse est, de foris circa murum basilicæ usque adeo non abhorret. Nam si firmissimum hoc privilegium usque [6] nunc manet [c] civitates [d], ut nullo modo intra ambitus murorum cujuslibet defuncti [7] corpus humetur, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reverentia obtinere.

5 *Al.* intra basilicam.

6 *Al.* nunc retinent civitates... intra ambitum.

7 *Al.* corpus sit humatum.

a Ex hoc fortassis originem duxit consuetudo illa denegandi Eucharistiam capite damnatis in Hispania. Quam quidem abolere studuit Alphonsus Sap. *Leg.* 7. *tit.* 3. *P.* 1. quod tamen nonnisi Philippus II. assequutus est anno 1569. *Leg.* 9. *tit.* 1. *lib.* 1. *N. R.* *b* Sine acceptione. Dicitur, redemtio, quia baptismus redimit animam a dæmonis captivitate. *c* *Habent.* *d* Leg. 6. tit. 17. lib. 9. *Cod. Theod.*

CAP. IV.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 69.

De eo, quod non liceat Christianis, prandia ad monumenta portare.

• *Can.* 29. *Cons dist.* 1. *ex Arel. III. can.* 5. *et Capitul. Reg. Franc. lib.* 6. *num.* 194.
1 *Al.* sacrificare mortuis.

• Non liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulcra deferre, et 1 sacrificare de re mortuorum [a].

CAP. V.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *can.* 22.

2 Al. *Ut religiosorum corpora psallendo tantum deducantur.*

2 *Quod religiosorum corpora cum hymnis et canticis tantum deferenda sunt ad sepulcra.*

• *Can.* 28. *c.* 13. *q.* 2.
3 *Al. incipit:* Qui Divina.
4 *Al.* vel in pectoribus se aut proximos.
5 *Al.* Apostolus sanctus.
1. *Thessal.* 4. *v.* 12.
Joan. 11. *v.* 35.
6 Al. *nolumus vos.*
7 *Al.* christianos omnes.

• 3 Religiosorum [b] omnium corpora, qui Divina vocatione ab hac vita recedunt, cum psalmis tantummodo, psallentium vocibus debere ad sepulcra deferri. Nam funebre carmen [c], quod vulgo defunctis cantari solet, 4 vel pectoribus se proximos, aut familias cedere [d], omnino prohibemus. Sufficiat autem, quod in spe resurrectionis, Christianorum corporibus famulatus Divinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos 5 Apostolus lugere defunctos, dicens: *De dormientibus autem* 6 *nolo vos contristari, sicut et ceteri qui spem non habent* [e]. Et Dominus non flevit Lazarum mortuum, sed ad hujus vitæ ærumnas ploravit resuscitandum. Si enim potest hoc episcopus 7 Christianorum omnium prohibere, agere non moretur. A religiosis tamen omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

a Consuetudo e Paganis orta. Vide Hieron. *in Jerem.* cap. 16. *b* Fidelium.
c Profanum scilicet et gentilicum ad extorquendos adstantium fletus.
d Molestiam ingerere et dolorem cordibus propinquorum et domesticorum defuncti.
e Unde apud Mozarabes, officium mortuorum *Alleluja* respersum videmus.

CAP.

CAP. VI.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 5.

Et de illis, qui defunctorum conviviis assistunt, ut aliquid pro eorumdem animabus defunctorum peragant.

Clerici et laici, qui ad convivia [a] defunctorum venerint, sic panem defuncti comedant, ut aliquid boni pro ejus anima faciant, ad quæ tamen convivia vocentur pauperes et debiles pro anima defuncti.

TIT. XIII.

DE LITANIIS.

CAP. I.

Ex Concilio Gerundensi anno 517. *canone* 2.

Ut Litaniæ post Pentecosten, a quinta feria usque [1] *in sabbatum celebrentur.*

1 Al. *in sabbato.*

De litania [b], [2] ut expleta sollemnitate Pentecostes [c], sequens septimana a quinta feria usque in sabbatum, per hoc triduum, abstinentia celebretur. *Idem vide in cap. 5. de Jejuniis.*

2 *Al. sic integer canon*: Ut expleta sollemnitate Pentecostes, in sequenti septimana, a quinta feria in sabbatum, per hoc triduum abstinentia celebretur.

CAP. II.

Ex eodem, canone 3.

De secundis Litaniis, faciendis kal. Novembris, nisi dies Dominica intercesserit.

[3] Item secundæ Litaniæ faciendæ sunt kalend. Novem-

3 *Al.* Item secunda Litania facienda est.

a Videntur permissa convivia in funeribus, quæ cap. 4. interdicuntur; in quæ tamen invehitur Gaudentius Episcopus Brixiens. *Tract.* 4. Nihilominus consuetudo hæc viget adhuc in nonnullis Hispaniæ oppidis. *b* Preces, supplicationes, seu rogationes, quarum varia erant tempora et ritus. Hæ consistebant præsertim in abstinentia a carnibus. Vide Syn. Aurel. I. *can.* 29. Eas primo instituit Mamertus Episcopus Viennensis anno 469. illisque assignavit tres dies, qui Ascensionem præcedunt; qua quidem consuetudine a ceteris Galliarum et finitimarum provinciarum episcopis recepta, non tamen ab omnibus iidem ipsi dies designati sunt. *c* Remanet adhuc disciplina hæc in jejunio quod dicitur *Quat. Tempor.* post Pentecosten, at in officio Gothico a feria quarta ante Pentecosten, quatuor diebus jejunium observari jubetur.

vembris [a], ea tamen conditione servata, ut si iisdem diebus Dominica intercesserit, in alia hebdomada, secundum prioris abstinentiæ observantiam, a quinta feria incipiatur [b]; [1] et in sabbato vespere [c], Missa facta [d] finiantur [e]. Quibus tamen diebus a carnibus [2] et a vino abstinendum, decrevimus. *Idem vide in cap. 6. de Jejuniis.*

1 *Al.* et in sabbati vespere Missa facta finiatur.
2 *Al.* et vino.

CAP. III.

Litaniæ per triduum habendæ sunt in exordio quadragesimæ, quod quidem ex diei Paschatis promulgatione colligendum est.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. can. 9.

* *Can. 25 Cons. dist. 3.*

* Placuit, ut postquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, [3] illud omnibus modis observetur, ut superventurum ipsius anni Pascha, quoto kalendarum die, vel quota luna debet suscipi, a metropolitano episcopo nuntietur. Quod ceteri episcopi, vel reliquus clerus breviculo subnotantes, unusquisque in sua ecclesia, adveniente Natalis die Domini, [4] adstanti populo post lectionem [5] evangelicam nuntient, ut introitum quadragesimæ nullus ignoret: in cujus principio convenientes in unum vicinæ ecclesiæ, per triduum cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes [f], celebrent Litanias [g]. Tertio autem die, celebratis hora nona sive decima Missis, dimisso populo præcipiant [6] quadragesimæ servare jejunia, et mediante quadragesima ex diebus viginti baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre. *Idem in cap. 9. de Festis diebus, et cap. 8. de Jejuniis, et partem cap. 12. de Metrop.*

3 *Al.* illud omnimodis observetur, ut superventuri.
4 *Al.* adstante.
5 *Al.* evangelicam nuntiet; in cujus principio.
6 *Al.* quadragesimæ jejuniis servire, *vel* observare jejunia, et mediante.

a Apud Mozarabes, tribus diebus ante festum S. Martini jejunium servatur, quod dicitur: *Kalendarum Novembrium.* Istæ vero Litaniæ appellantur secundæ, quia primæ erant post Pentecosten ante æstatis initium; secundæ kalendis Novembris, id est, ad hiemis ingressum. *b* Videtur mysticam aliquam caussam involvere, quod Litaniæ tribus continuis diebus celebrarentur. *c* *Hoc est:* post meridiem. *d* Quæ celebrabatur post Nonam, sicuti et hodie; hora tamen tertia post meridiem. *e* Perdurare videntur Litaniæ hæ in jejunio *Quat. Temp. Septembr.* *f* Hæ videntur fuisse processionales. *g* Quæ hodie celebrantur post Dominicam I. quadragesimæ, vel potius notantur tantum in Kalendario.

CAP.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano V. anno 636. canone 1.

De institutione novarum. Litaniarum, per triduum habendis ab Idibus Decembris; transferendis vero in sequentem hebdomadam, si dies Dominica intervenerit.

Apud urbem Toletanam diversis ex provinciis Hispaniæ sacerdotes Domini [1] in uno pacis collegio in basilica S. Confessoris [a] Leocadiæ, qui consedimus, gratiarum actiones omnipotenti Domino persolvimus propter suam magnam misericordiam, cujus nutu in hanc convenimus concordiam, et gloriosi principis nostri [2] Chintilæ Regis initia, ob cujus salutis et felicitatis constantiam, supernam imploramus [3] clementiam, quod in medio nostri cœtus ingressus, cum optimatibus et senioribus palatii sui supplex se omnium orationibus commendavit, suosque fideles ita facere sancta exhortatione coegit, atque hanc institutionem, quam ex præcepto ejus et decreto nostro sancimus, Divina inspiratione [4] præmisit [b], scilicet, ut in cuncto regno, a Deo sibi concesso, specialis, et propria hæc religiosa omni tempore teneatur observantia, ut a die Iduum Decembrium [c] [5] Litaniæ triduo usque annua successione peragantur, et indulgentia delictorum lacrimis impetretur. Quod si dies Dominica intercesserit, in sequenti [6] hebdomada celebrentur, ut quoniam abundante iniquitate, et deficiente caritate, eo usque protelatur malitia, ut nova exerceantur facinora, nova hæc ipsa surgat consuetudo, quæ possit ante [7] omnipotentis oculos vestra esse purgatio.

1 *Al.* in uno pacis osculo *vel* in unum positi et collecti in basilica sanctæ Martyris Leocadiæ. . . . omnipotenti Deo.
2 *Al.* Chintilani *aut* Svintilæ Regis.
3 *Al.* clementiam, qui se in medio.
4 *Al.* promisit, *vel* permisit.
5 *Al.* Letaniæ triduo ubique annua. . . peragatur.
6 *Al.* hebdomada celebretur, ut quoniam deficiente caritare, ut usquequaque prolata malitia, nova quoque hæc exerceantur.
7 *Al.* omnipotentis Dei oculos nostra esse purgatio.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. canone 2.

De observatione Litaniarum, quæ in præcedenti synodo constitutæ sunt.

Religiosissimi principis nostri devotionem, et nostrorum

a Martyris. *b* Videtur, Chintilam orationem habuisse ad Patres hujus concilii, quæ tamen non extat. *c* Unde originem habet jejunium *Quat. Temp.* post Dominica III. Advent.

rum consacerdotum primo anno regni sui constitutionem cum magna reverentia et veneratione suscipientes, quam jam constat in omni regno suo annua vice [1] celebrari, placuit etiam nostra assensione firmari. Proinde universalis auctoritate censemus concilii, ut hi dies Litaniarum, qui in synodo [a] præmissa sunt instituti, eodem in tempore quo jussi sunt excoli, [2] annuo recursu omni observatione habeantur celeberrimi, ut pro illis, quibus nunc usque simul implicati sumus delictis, sit nostra expiatio ante oculos Dei omnipotentis. *Idem vide in cap. 7. de Confirm. concil.*

1 *Al.* celebrari, quam placuit.

2 *Al.* anno recursu.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano XVII. anno 694. can. 6.

De diebus Litaniarum, per totos duodecim menses celebrandis.

Quamquam priscorum Patrum institutio, per totum annum, per singulorum mensium [b] cursum Litaniarum vota decreverit persolvendum, nec tamen specialiter sanxerit, pro quibus caussis id ipsum sit peragendum, tamen quia cooperante humani generis adversario, multa inolevit oberrandi consuetudo, et jurisjurandi transgressio, ideo secundum Evangelistam, qui ait: *Vigilate, et orate, ne intretis in tentationem*, in commune statuentes decernimus, ut deinceps per totum annum, in cunctis duodecim mensibus, per universas Hispaniæ et Galliarum provincias, pro statu ecclesiæ Dei, pro incolumitate principis nostri, atque salvatione [c] populi, et indulgentia totius peccati, et a cunctorum fidelium cordibus expulsione diaboli, exomologeses [d] votis gliscentibus [e] celebrentur, quatenus dum generalem omnipotens Dominus afflictionem perspexerit, et delictis omnibus miseratus indulgeat, et sævientis diaboli incitamenta ab animis omnium procul efficiat.

Matth. 26. *v.* 41.

a Vide supra cap. 4. *b* In singulis quibusque tertiis partibus anni. Vide supra cap. 1. 2. 3. 4. vel potius refertur ad Litanias seu abstinentias, quæ ex præscripto Syn. Illiberit. *can.* 23. observandæ erant. Vide cap. 1. de *Jejuniis*. *c* Salute. *d* Litaniæ pœnitentiales. *e* Elevatis vocibus.

TIT.

TIT. XIV.

DE JEJUNIIS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 23.

De temporibus jejuniorum, per singulos menses, duobus exceptis, servandis.

1 JEJUNIA seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Julii et Augusti, 2 ob eorumdem infirmitatem [a].

1 *Al. incipit:* Jejuniorum superpositiones per singulos menses.

2 *Al.* ob quorumdam.

CAP. II.

Ex eodem, canone 26.

3 *De hoc, ut omni sabbato jejunetur.*

Errorem [b] placuit corrigi, 4 ut omni sabbati die [c] jejuniorum superpositionem [d] celebremus.

3 Al. *Ut omni sabbato jejunetur.*

4 *Al.* ut sabbati die superpositiones jejuniorum.

CAP. III.

Ex Concilio Cæsaraugustano anno 380. *can.* 2.

Ut diebus Dominicis nullus jejunet, nec diebus quadragesimæ ab ecclesia se absentet, sub anathematis pœna.

* Item legit: ne quis jejunet die Dominica caussa temporis, aut persuasionis, aut superstitionis, 5 ut de quadragesimarum diebus ab ecclesiis non desint, nec habitent latibula cubiculorum ac montium, qui in his suspicionibus perseverant, sed exemplum et præceptum custodiant sacerdotum, et ad alienas villas agendorum conventuum

* *Can.* 15 *Cons. dist.* 3.

5 *Al.* ut nec quadragesimæ diebus ab ecclesiis fideles desint, nec habitent in latibulis cubiculorum ac montium, qui in suspicionibus.

a Ob solis ardorem, præsertim in Bætica ubi habitum est hoc concilium, qui quidem solet exitialis esse, et morborum caussa. *b* Adde: *non jejunandi in sabbato.* *c* Videntur Hispani ab abstinentia sabbati abhorruisse; unde Syn. Cojacens. *cap.* 11. uti infra *cap.* 14. ad jejunium feriæ sextæ tantum constringit fideles; atque hinc repetere possumus originem non diu abolitæ consuetudinis, permittendi esum ex extremis animalium partibus in die sabbati. *d* Strictius jejunium.

caussa non conveniant [a]. Ab universis episcopis dictum est: anathema sit, [1] qui hoc commiserit. *Eumdem vide in cap. 3. de Festis diebus.*

1 *Al.* qui hæc commiserit.

CAP. IV.

Ex Epistola LEONIS PAPÆ *ad Turibium Asturicensem, anno* 447. *cap.* 4.

De Natali [2] *Domini*, et Dominica die, *quod in eo Priscillianistæ jejunia celebrent.*

2 Al. *Domini in eo quod Priscillianistæ.*

Quarto autem capitulo continetur, quod Natalem Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica ecclesia veneratur, quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, non vere isti honorent, sed honorare se simulent, jejunantes eodem die, sicut et die Dominico, qui est dies resurrectionis Christi. Quod utique ideo faciunt, quia Christum Dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quamdam illusionem [3] ostentata videri volunt, quæ vera non fuerint, [b] sequentes dogmata Cerdonis atque Marcionis, et cognatis suis Manichæis per [4] omnia concordantes, qui sicut in nostro examine detecti atque convicti sunt, Dominicum diem, quem nobis Salvatoris nostri resurrectio consecravit, exigunt in mœrore jejunii, [5] solis, ut proditum est, reverentiæ hanc continentiam devoventes, ut per omnia sint a nostræ Fidei unitate discordes; et dies qui a nobis in lætitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Unde dignum est, ut inimici crucis Christi, et resurrectionis [6] talem excipiant sententiam, qualem elegerunt doctrinam. *Idem vide in cap. 6. de Incarnat. Verbi Dei; et cap. 5. de Festis dieb.*

Joan. 1. v. 14.

3 *Al.* ostentatam videri volunt, quia vera non fuerit, sequentes.

4 *Al.* omnia consonantes.

5 *Al.* soli, ut proditum.

6 *Al.* talem accipiant ... qualem elegere.

a Contra Priscillianistas, qui negantes Resurrectionis mysterium, hujusmodi excogitatis effugiis, celebrare detrectabant. *b Hoc est*: Volunt Priscillianistæ ad exemplum Cerdonis, Marcionis, et Manichæorum, Christum Dominum per ostensionem, seu apparenter, non vere a mortuis resurrexisse.

CAP.

CAP. V.

Ex Concilio Gerundensi anno 517. *canone* 2.

Ut Litaniæ post Pentecosten, a quinta feria usque [1] *in sabbatum celebrentur* cum abstinentia.

De Litania, [2] ut expleta sollemnitate Pentecostes, sequens septimana, a quinta feria usque in sabbatum, per hoc triduum abstinentia celebretur. *Idem vide in cap. 1. de Litaniis.*

1 Al. *in sabbato.*

2 Al. *[illegible]*: Ut expleta sollemnitate Pentecostes, in sequenti septimana, a quinta feria in sabbatum, per hoc triduum abstinentia celebretur.

CAP. VI.

Ex eodem, canone 3.

De secundis Litaniis, faciendis kal. Novembris cum abstinentia; et si dies Dominica intercesserit, in proximam hebdomadam transferendis.

[3] Item secundæ Litaniæ faciendæ sunt kalend. Novembris, ea tamen conditione servata, ut si iisdem diebus Dominica interceserit, in alia hebdomada secundum prioris abstinentiæ observantiam, a quinta feria incipiatur, [4] et in sabbato vespere, Missa facta finiantur. Quibus tamen diebus a carnibus [5] et a vino [a] abstinendum, decrevimus. *Eumdem vide in cap. 2. de Litaniis.*

3 *Al.* Item secunda Litania facienda est.

4 *Al.* et in sabbati vespere, Missa facta finiatur.

5 *Al.* et vino.

CAP. VII.

Non licet in Natali Domini, vel Dominicis diebus ex instituto jejunare.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *can.* 4.

Si quis [6] Natalem Christi secundum carnem non bene honorat, sed honorare se simulat, jejunans in eodem die, et in Dominico, quia Christum in [7] vera hominis natura natum esse non credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus, [8] et Priscillianus, anathema sit. *Eumdem vide in cap. 9. de Incarnat.*

6 *Al.* Natale Christi.

7 *Al.* vera natura.

8 *Al.* et Priscilliani dixerunt.

a Ita obtinet apud Græcos.

CAP. VIII.

Quo nulli fas sit ignorare, quænam sint jejunii quadragesimalis exordia, in festo Natalis Domini annuntiandum est proximum Pascha.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. can. 9.

* Can. 25. Cons. dist. 3.

1 *Al.* illud omnimodis observetur, ut superventuri.

2 *Al.* adstante.

3 *Al.* evangelicam nuntiet, in cujus principio.

4 *Al.* quadragesimæ jejuniis servire. *Vel* observare jejunia, et mediante.

* Placuit, ut postquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, [1] illud omnibus modis observetur, ut superventurum ipsius anni Pascha, quoto kalendarum die vel quota luna debet suscipi, à metropolitano episcopo nuntietur. Quod ceteri episcopi, vel reliquus clerus breviculo [a] subnotantes, unusquisque in sua ecclesia, adveniente Natalis die Domini, [2] adstanti populo, post lectionem [3] evangelicam nuntient, ut introitum quadragesimæ nullus ignoret, in cujus principio convenientes in unum vicinæ ecclesiæ, per triduum cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes, celebrent Litanias. Tertio autem die, celebratis hora nona sive decima Missis, dimisso populo præcipiant [4] quadragesimæ servare jejunia, et mediante quadragesima, ex diebus viginti baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre. *Eumdem vide in cap. 9. de Festis diebus, et cap. 3. de Litaniis, et partem in cap. 12. de Metropolit.*

CAP. IX.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 50.

De non solvendo jejunio in quinta feria ante festum *Paschæ.*

* Can. 7. Cons. dist. 3. ex Laodic. can. 50.

5 *Al.* totam quadragesimam peragere.

* Non liceat quinta feria novissimæ septimanæ jejunium solvere, et omnem exhonorare quadragesimam, sed sincère [b] abstinentes [5] totam quadragesimam perexire.

a Codice proprio. *b* Integre, et rigorose.

CAP.

CAP. X.

Ex eadem, cap. 57.

[1] *De non jejunando die Dominica, neque genuflectendo, similiter ut in quadragesima.*

* [1] Si quis presbyter propter publicam pœnitentiam [a] a sacerdote acceptam, aut aliqua necessitate die Dominica pro quadam religione jejunaverit, sicut Manichæi, anathema sit [3]. Similiter et quod ab Apostolis traditum canon tenet antiquus [b], placuit, tam per omnes [4] Dominicas, quam per omnes dies Paschæ, usque ad quinquagesimam [5] non prostrati neç humiliati, sed erecto vultu [c] ad Dominum orationum fungamur officio, quia in his diebus gaudium [6] resurrectionis Dominicæ [d] celebramus.

1 Al. *De non jejunando in die Dominico neque genuflectendo.*

* *Can.* 17. *dist.* 30. *ex Gangren. can.* 18. *et Niceno can.* 20.

2 *Al.* Si quis presbyter publica pœnitentia a sacerdote accepta, aut aliqua necessitate.

3 *Al.* Similiter quia quod ab Apostolis traditum est, canon.

4 *Al.* Dominicas et per omnes.

5 *Al.* non prosternant se in oratione humilitatis, sed recto vultu ad Dominum orationis.

6 *Al.* resurrectionis Domini.

CAP. XI.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 8.

De non solvendo jejunio in sexta feria, quæ præcedit sollemnitati *Paschæ*, *exceptis languidis*, *senibus*, *et parvulis*, sub pœna privationis a perceptione Corporis et Sanguinis Christi.

Quidam in die ejusdem Dominicæ [7] Passionis [e] ad horam nonam jejunium solvunt, conviviis abutuntur, et dum sol ipse eodem die tenebris palliatus lumen subduxerit, ipsaque elementa turbata mœstitiam totius mundi ostenderint, illi jejunium tanti diei polluunt, epulisque inserviunt. Et quia totum eumdem diem universalis ecclesia propter passionem Domini in mœrore et abstinentia peragit, quicumque in eo jejunium præter parvulos, senes, et languidos ante peractas indulgentiæ [8] preces resolverit, a Paschali [9] gaudio repellatur, nec in eo Sacramentum Corporis et Sanguinis Domini percipiat, qui diem [10] passionis ipsius per abstinentiam non honorat.

7 *Al.* Passionis ab hora nona jejunium solvunt, conviviis adhibentur.

8 *Al.* preces solverit.

9 *Al.* gaudio depellatur.

10 *Al.* passionis ejus per abstinentiam non honoravit.

a Hoc perperam additum ex propria sententia a Martino Brach. *b* *Can.* 20. Syn. Nicænæ. *c* Id quod nunc etiam observamus. *d* Qua, scilicet, translati sumus de statu servorum ad honorem filiorum Dei. *e* Quæ hodie dicitur feria sexta in Parasceve.

CAP.

CAP. XII.

Kalendis Januarii, et quadraginta ante Pascha diebus a carnibus abstinendum est.

Ex eodem, canone 11.

Kalendis [1] Januariis, quæ propter errorem gentilitatis [a] aguntur, omnino Alleluja [2] non decantetur. In quibus etiam præter piscem et olus, [3] sicut in aliis quadraginta diebus, a ceteris carnibus abstinetur [b], et a quibusdam nec vinum bibitur. *Integrum vide in cap. 24. de Missæ et Offic. Eccles. celebr. rat.*

1 *Al.* Januarii.

2 *Al.* non decantabitur.

3 *Al.* sicut et in illis quadraginta diebus ceteris.

CAP. XIII.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653. can. 9.

[4] *De his, qui esum carnium in quadraginta diebus percipiunt,* ut Dominicæ Resurrectionis communione, et esu carnium toto illo anno priventur.

4 Al. *De his qui prætextu incommodæ ægritudinis jejunium solvunt.*

Nonæ intentionis admonitu [c] detecta est ingluvies horrenda voracium, quæ dum freno parsimoniæ non adstringitur, Religioni [5] contraire censetur; nam dicente Scriptura, *Qui spernit minima*, [6] *paullatim decidet in maxima*, illi tanto edacitatis improbæ sumtu grassantur, ut cœlestia et pene summa contemnere videantur. Etenim quum quadragesimæ dies anni totius decimæ deputentur [7] quæ in oblatione jejunii Domini consecrantur, quibus etiam saluberrime conditio humani generis expiatur, [8] dum a quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur, quatuor elementis formatus propter transgressionem Decalogi quater decies convenienter affligitur [d], [9] illi ausu temerario hæc omnia contemnentes, voracitatis ingluviem non frenant, et quod pejus est, Paschalia festa [e] illicitorum [10] esuum præceptione profanant. Quibus ex hoc adeo acerrime interdicitur, ut quisquis absque inevitabili ne-

5 *Al.* contraire monstratur, dicente enim Scriptura.
Ecclesiastici 19. *v.* 1.

6 Al. *paullatim decidet*, illi tanta edacitatis improbitate grassantur.

7 *Al.* quæ in renovatione jejunii Domino consecrantur.

8 *Al.* dum ex quatuor.

9 *Al.* illis, qui ausu temerario hæc omnia contemnunt, nec voracitatis ingluviem frenant.

10 *Al.* esuum perceptione profanant; ex hoc adeo... quisquis sine inevitabili necessitate, atque fragilitate, et evidenti.

a Festum in honorem Jani et Strenæ, in quo viri muliebribus, et mulieres virilibus indumentis susceptis, comessationes et aleas agitabant. Vide Bened. XIV. *de Festis* lib. 1. cap. 1. n. 21. *b* Vide Syn. Turonens. II. *can.* 18. *c* Nona sessione. *d* Rationes allegoricæ, tunc temporis usitatæ. *e* Festa Paschæ proxima.

necessitate atque fragilitatis evidenti languore, seu etiam ætatis impossibilitate diebus quadragesimæ esum carnium præsumserit attentare, non solum reus erit resurrectionis Dominicæ,[a] verum etiam alienus ab ejusdem diei sancta Communione. Et hoc illi cumuletur ad pœnam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carnium abstineat gulam [b], quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam. Illi vero, quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare præsumant, quam a sacerdote [1] permissum accipiant.

1 *Al.* permissum percipiant.

CAP. XIV.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 11.

Ut omnes die veneris jejunium observent.

Undecimo autem titulo mandamus, ut christiani per omnes sextas ferias jejunent, et hora congrua cibo reficiantur, et faciant labores suos.

CAP. XV.

Ex Syn. Compostellana anno 1114. *cap.* 12.

De quadragesima, et quid agi in his diebus prohibeatur.

Diebus quadragesimæ characteres [c] fieri, calumniarum caussas definire, judicia exercere, fossatariam [d] dari, nisi magna expeditionis [e] necessitas ingruerit, nostris quidem, non extraneis, qui pro dominorum suorum velle tractabuntur, excepta furti, rausi [f], homicidii, quadragesimalis [g] tributi caussa [2] removimus.

2 *Al.* removemus.

a Peccatum incurret ob inhonoratam resurrectionem Dominicam. *b* Contineat gulam suam. *c* Ludos, quibus vulgus ob stupiditatem fascinatur. *d* Tributum mortis caussa exigi solitum a dominis de servis. *e* Negotiorum scilicet. *f* Rapinæ.

g Eleemosyna offerri solita in quadragesima. Vel potius, tributum, quod esset, unum de quadraginta, caussa forte expeditionis adversus Saracenos impositum.

TIT. XV.

DE PUBLICA SACRÆ SCRIPTURÆ INSTITUTIONE.

CAP. I.

Ex Concilio Cæsaraugustano anno 380. can. 1.

Ut feminæ fideles a virorum alienorum cœtibus separentur.

1 *Al.* catholicæ a virorum.
2 *Al.* nec ad ipsas legentes alii studio.

1. *Cor.* 14. *v.* 34.
1. *Timoth.* 2. *v.* 12.

Ut mulieres omnes ecclesiæ [1] catholicæ, et fideles a virorum alienorum lectione et cœtibus separentur, [2] vel ad ipsas legentes aliæ studio vel docendi vel discendi conveniant [a]; quoniam hoc Apostolus jubet. Ab universis episcopis dictum est, anathema futuros, qui hanc concilii sententiam non observaverint.

CAP. II.

Ex eodem, canone 7.

Ut Doctoris sibi nomen non imponat, cui concessum non est.

Item lectum est: Ne quis doctoris [b] sibi nomen imponat, præter has personas, quibus concessum est [c], secundum quod scriptum est. Ab universis episcopis dictum est: Placet.

a Contra Priscillianistas, apud quos mulieribus quoque datum est munus interpretandi Sacras Scripturas. *b* Magistri. *c* Contra Priscillianum ejusque gregales, inter quos, laicos, uti Priscillianus ipse, docendi sibi munus arrogare sollemne fuit.

FINIS SECUNDÆ PARTIS.

COLLECTIO MAXIMA
CONCILIORUM HISPANIÆ,
EPISTOLARUMQUE DECRETALIUM
CELEBRIORUM
A JOSEPHO CARDINALI DE AGUIRRE EDITA.

Nunc vero ad Juris Canonici Corporis exemplum nova methodo digesta.

STATUS PRIMIGENIUS.

AMPLECTITUR CONCILIA USQUE AD GREGORII IX. COMPILATIONEM CELEBRATA.

PARS III.

QUÆ AD ACTIONES SPECTAT.

LIBER I.
DE CONCILIIS.
TIT. I.
DE CONVOCATIONE CONCILIORUM.
CAP. I.

Romanus Pontifex Hispaniarum Episcopos hortatur, ut ad extinguendas Priscilliani erroris reliquias nationale concilium celebrent.

Ex Epistola Leonis M. ad Turibium Asturicensem, anno 447. cap. 17.

HABEATUR ergo inter vos [a] episcopale concilium, et ad eum locum, qui omnibus opportunus sit, vicinarum provincia-

 rum

[a] Provinciæ scilicet Gallæciæ Episcopos.

rum conveniant sacerdotes [a], ut secundum ea, quæ ad tua consulta respondimus, plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter episcopos, qui hujus hæreseos [b] contagio polluantur; a communione sine dubio separandi, si nefandissimam sectam per omnium sensuum pravitates [c] damnare noluerint. *Quæ sequuntur, in cap. 3. de Hæresi.* Nulla.

Ex ejusdem epilogo.

Dedimus itaque literas ad fratres et coepiscopos nostros Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicos [d], eisque concilium synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis solicitudinem pertinebit, ut nostræ ordinationis auctoritas [e] ad prædictarum provinciarum episcopos deferatur. Si autem aliquid, quod absit, obstiterit quominus possit celebrari generale concilium, Galliciæ saltem in unum conveniant sacerdotes, [1] quibus congregatis fratres nostri Idatius et Ceponius imminebunt [f], conjuncta cum eis instantia [g] [2] tua, quo citius vel provinciali conventu remedium tantis vulneribus adferatur. [3] Data XII. kal. Augusti, Alypio et Ardabure, Viris clarissimis Consulibus. *Vide cap. 2. de Sedis Apostolicæ Vicar.*

1 *Al.* quibus congregandis.

2 *Al.* tua, quatenus de provinciali.

3 *Al.* deest *a*: Data.

CAP. II.

A futurum provinciale concilium convocantur episcopi in Synodo Toletana II. anno 527. in Epilogo.

Sane juxta priorum canonum decreta [h], concilium apud fratrem nostrum Montanum [i] episcopum, si Dominus voluerit, futurum [4] pronuntiamus; ita ut frater et coepiscopus noster Montanus, qui in Metropoli est, ad comprovinciales nostros Domini sacerdotes literas de congreganda synodo adveniente tempore debeat destinare [k]. *Eumdem vide in cap. 8. de Metropol. et quæ sequuntur, in cap. 1. de Adprecat. pro Rege.*

4 *Al.* pronuntiamus. Itaque statuimus, ut frater.

a Episcopi. *b* Priscillianæ. *c* In omnibus ejusdem hæresis partibus. *d* Bætica fortassis provincia Priscillianæ hæresis vestigia non conservabat. *e* Decretum nostrum. *f* Se adjungent. *g* Solicitudine. *h* Syn. Arelat. II. can. 18. *i* Apud Civitatem Toletanam, in qua sedet Metropolita Montanus. *k* Mittere.

CAP.

CAP. III.

Toletanæ Provinciæ Episcopi ad proximi anni concilium convocantur

in Concilio Toletano IX. anno 655. in Epilogo.

Antiquitatis [a] [1] dein ordinem saluberrime retinentes, postquam rationem festi paschalis fraternitas vestra cognovit, noverit se anno venturo [b] die kalendarum Novembrium caussa peragendi concilii in hac urbe favente Domino congregari, ut simili disceptatu [2] ad quæ prospexerimus, congrua decernamus [c], aut solius pacis conventu lætemur [d]. *Quæ sequuntur in cap. 27. de Exord. et Epil. concil.* Consummatumque.

1 *Al.* deinc.

2 *Al.* aut quæ prospexerimus.

TIT. II.

DE VOCANDIS AD CONCILIA.

CAP. I.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. canone 6.

Ut episcopus, qui a Metropolitano commonitus ad synodum non venerit, excommunicetur.

* [3] Si quis episcopus, commonitus a metropolitano, ad synodum nulla gravi intercedente necessitate corporali, venire contemserit, sicut statuta [4] Patrum [e] sanxerunt, usque ad futurum concilium cunctorum episcoporum caritatis communione privetur. *Eumdem vide in cap. 4. de Metropol.*

* *Can. 14. dist. 18.*

3 *Al.* Siquis episcoporum.

4 *Al.* Patrum censuerunt.

a Syn. Tolet. III. can. 18. Vide sis *de Temp. celebr. Concil.* cap. 3. *b* Re ipsa coacta est synodus Tolet. X. an. 656. sed kal. Decembris. Vide *de Exord.* cap. 28. *c Hoc est:* ut per discussionem huic similem, congrua constituamus decreta de his, quæ emendanda cognoverimus. *d* Aut saltem de mutua per pacis osculum salutatione gaudeamus. *e* Syn. Laod. can. 40.

CAP. II.

Ex eodem, *canone* 13.

1 Al. *Ut episcopus diœcesanos presbyteros, et quosdam ex laicis moneat literis convenire.*

2 *Al.* e cathedralis ecclesiæ presbyteris.

[1] *Ut episcopus diœcesanos presbyteros, et quosdam ex laicis convenire literis ad synodum moneat.*

Epistolæ tales per fratres [a] a metropolitano sunt dirigendæ, ut non solum [2] a cathedralibus ecclesiis presbyteri [b], verum etiam de diœcesanis [c] ad concilium trahant, et aliquos de filiis ecclesiæ sæcularibus [d] secum adducere debeant [e]. *Eumdem vide in cap. 5. de Metropol.*

CAP. III.

Ex collectione Martini Bracharensis, *cap.* 18.

De synodo facienda bis in anno, ad quam convenire debeant omnes provinciæ episcopi, omnesque presbyteri et diaconi.

* *Can.* 15. *dist.* 18. *ex Antioch. c.* 20.
3 *Al.* ecclesiasticas caussas.
4 *Al.* omnes provinciales episcopos, ita ut ad concilium procedant omnes presbyteri et diacones, ut eorum qui se læsos existimant, in concilio.... judicium perducantur.

* Propter [3] ecclesiasticas curas et altercationum solutiones bene placuit, per singulas provincias bis in anno concilium fieri, convocante metropolitano episcopo [4] omnes provinciæ episcopos, ita ut in his conciliis prodeant omnes presbyteri, diaconi, vel hi quorum in concilio caussæ examinatæ ad justum judicium prodantur. *Integrum vide in cap. 17. de Metropol. et cap. 2. de Temp. celebr. concil.*

CAP. IV.

Ex eadem, *cap.* 19.

5 Al. *De episcopo, qui noluerit venire ad synodum.*
* *Ex Laodic. can* 40.
6 *Al. incipit*: Ad concilium convocatus episcopus non debet contemnere, sed ire.... pertinent, docere.

[5] *De episcopis, qui venire ad synodum noluerint.*

* [6] Non liceat ad concilium convocatos episcopos continere [f], sed ire, et ea quæ ad utilitatem ecclesiæ vel ceterorum pertinent, aut docere si novit, aut doceri si nescit. Nam si extra ægritudinem contemserit ire, reus erit fraterni concilii [g].

a Ad fratres, id est, episcopos. *b Potius*: Conveniant presbyteri civitatis, in qua extat cathedra episcopalis. *c* Rusticanis. *d* Servos seu libertos ecclesiæ. *e* Famulatus caussa. *f* Contemnere, uti extat in canone Laodicæno juxta vulgatam versionem.
g Hoc est: Dignus erit, ut a fratribus seu episcopis, in concilio congregatis, hujus absentiæ caussa examinetur.

CAP.

CAP. V.

Synodici congressus ex episcopis, presbyteris, diaconis, notariis, et selectis laicis constantur.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 4.

Corona [a] facta de sedibus episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant, [1] diacones in conspectu episcoporum stent. Deinde ingrediantur laici qui [2] electione concilii interesse meruerint [b]. Ingrediantur quoque et notarii, quos ad recitandum [c] vel excipiendum [d] ordo requirit. *Integrum vide in cap. 2. de Concil. celebr. forma.*

1 *Al.* diaconi in conspectu eorum stent.
2 *Al.* electioni concilii.

CAP. VI.

Ex Concilio Emeritensi, anno 666. canone 5.

Ut episcopus ad suam personam ad concilium non diaconem, sed aut archipresbyterum aut presbyterum dirigat.

Juxta canonicum ordinem tempore quo concilium per metropolitani voluntatem [e] et regiam jussionem [f] electum [g] fuerit agere, omnes confinitimos episcopos in unum oportet adesse, nec pro tali re quælibet caussa opponi debet ad excusationem. Quod si contigerit aliquem de fratribus [h] retineri ab infirmitate, qualiter [i] non possit venire, aut per regiam jussionem injunctum accipere [k] aliquid agere [l], ut sit [m] per quod non possit concilio interesse, quicquid tale accederit, metropolitano suo fideliter intimet [n] cuncta per suam epistolam manu sua subscriptam, ut postmodum quæratur, an ne excusationem faciat aliquam [o]. Ad suam tamen personam [p] non aliter nisi aut archipresbyterum suum diriget, aut si archipresbytero impossibilitas fuerit, presbyterum utilem, cujus dignitas cum prudentia pateat [q], a tergo episcoporum inter

a Circulo, seu choro. *b* *Hoc est*: quos concilium dignos judicaverit, quod eidem intersint. *c* Caussarum scilicet acta, sive processus. *d* Depositiones videlicet testium. *e* Vide tit. de *Convocat. concil.* *f* Concilia enim non nisi jubente Principe, vel saltem permittente, consueverunt congregari. Vide sis tit. de *Exord. et epil. concil.* a cap. 9. *g* Decretum. *h* Episcopis. *i* Ita ut. *k* *Potius*: acceperit. *l* *Id est*: aut a rege aliquod sibi demandatum fuisset expediendum negotium. *m* Quod tale sit. *n* Pandat. *o* *Id est*: ut inde examinetur, an proposita ab episcopo caussa vera et sufficiens sit. *p* Pro sua tamen persona. *q* *Adde*: qui possit.

ter presbyteros sedere, et quæque in eo concilio fuerint acta, scire [a] et subscribere. Injustum enim hoc accipit [b] cœtus noster, ut quisquam episcoporum diaconum ad suam personam dirigat. Hic enim quia presbyteris junior esse videtur, sedere cum episcopis in concilio nulla ratione permittitur [c]. Quemcumque ergo ex presbyteris dirigere [d] elegerit, instructum per informationem [e] dirigat, ut ratio poscit, atque cum eo mandatarium [f] suum juxta legis [g] ordinem munitum [h]; ut si a quolibet contra eumdem episcopum in concilio fuerit suggestum [i], ab eo quem direxerit [j], qui petit [k] accipiat responsum, et justitia quæ fuerit ordinata [l] nullam postmodum dilationem habeat [m]. *Eumdem vide in cap. 31. de Metropolitis.*

CAP. VII.

Ex eodem, canone 7.

Qualiter secundum priorum canonum instituta concilium fiat; ut scilicet convocati episcopi á metropolita constituto tempore convenire debeant.

Decretum est de [n] priscis canonibus [o] semel in anno fieri concilium, ubi elegerit metropolitanus episcopus, atque in ea sancta regula manet ordinatum, ut comprovinciales episcopi, dum a suo metropolitano fuerint admoniti, præsentes esse debeant ad locum temporis debiti [p], quæ res non extra regiam agitur voluntatem [q]. Sunt nonnulli, qui pro hoc admonitionem sui metropolitani, et regiam jussionem accipiunt, et minime implent quæ jubentur; hos priscorum canonum [r] sententiæ excommunicatos esse jubent usque ad tempus superventuri concilii, et quamvis excommunicationis damno feriantur, nihil tale in his impenditur quod debeant metuere [s]. Placuit huic sanctæ synodo, ut quisquis ille episcopus ad concilium venire distulerit admonitus, illic excommunicationis [t] agat [u] tempus, ubi

a Probe capere. *b* Putat esse. *c* Diaconi stare in concilio jubentur supra cap. 5. *d* Mittere. *e* Chartam, qua de rebus in concilio agendis edoceatur. *f* Procuratorem. *g* Vide sis tit. de Procurat. *Cod. Theod.* et Leg. 2. tit. 3. lib. 2. *Fori Jud.* *h* *Scilicet*, mandato. *i* Objectum. *j* A procuratore videlicet, quem misit. *k* Ille nimirum, qui contra episcopum fortassis petierit. *l* Sententia, quæ fuerit lata. *m* In executione scilicet. *n* *Pro* : a. *o* Can. 20. syn. Antioch. Vide infra de *Temp. celebr. concil.* cap. 2. *p* *Intellige* : ad locum et tempus debitum, hoc est, assignatum. *q* Vide supra cap. proximo. *r* Vide sis supra cap. 1. *s* *Id est* : nulla in eos contorquetur pœna, quæ ipsis metum incutiat. *t* Detrusionis et pœnitentiæ. *u* Peragat.

ubi cum his qui præsentes fuerint, elegerit metropolitanus [a]. Cella vero et res ad eum pertinentes, quousque ille sub pœnitentia fuerit, instantia et solicitudine regantur metropolitani. Quia ideo est hoc electum [b], ut discat sub pœnitentia quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad suam redierit cellam, rem in statu inveniat, quæ ecclesiæ suæ est debita [c]. *Eumdem vide in cap. 33. de Metropolitis.*

CAP. VIII.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. can. 15.

Quisquis autem episcoporum excepta inevitabili caussa vel necessitate, de peragendo se concilio absentaverit, unius [1] anni excommunicatione plectendus est. *Integrum vide in cap. 5. de Temp. celebr. concil. et cap. 38. Metropol.*

1 *Al.* anni erit excommunicatione plectendus. *Et nihil amplius.*

CAP. IX.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. can. 12.

[2] *De interdictione*, vel assignatione *temporis constituti*, *quo debeat concilium celebrari*, convenientibus sub excommunicationis pœna uniuscujusque provinciæ episcopis.

2 Al. *De indictione* vel *indicto temporis.*

[3] Placuit hoc venerando concilio, ut juxta priorum canonum [d] instituta episcopi singularum provinciarum annis singulis in unaquaque provincia kalendis Novembribus concilium celebraturi conveniant. Quisquis autem in prædictis kalendis Novembribus pro celebratione synodi venire distulerit, excommunicationi debitæ subjacebit. *Eumdem vide in cap. 6. de Temp. celebr. concil.*

3 *Al.* Placuit huic sancto concilio... priorum episcoporum singularum provinciarum canonum instituta, annis. . Novembris concilium.

a *Hoc est*: ubi decreverit metropolita una cum his episcopis, qui concilio interfuerint. b Decretum. c *Id est*: bona omnia integra, et nihil imminuta. d Vide de *Tempor. celebr. concil.* cap. 3.

TIT. III.

DE TEMPORE CELEBRANDI CONCILII.

CAP. I.

Ex Epistola HORMISDÆ PAPÆ *ad universos Episcopos Hispaniæ anno* 521. *cap.* 3.

De Concilio bis *per annos singulos celebrando.*

Ob hoc Patres [a] providentia, qua Spiritus Sanctus cultores suos [b] compungere [c] dignatus est, incitati, bis in anno per parochias singulas concilia haberi debere docuerunt, ut in unum juxta salubris institutionis dogmata congregati, pro ecclesiasticis caussis tractandis libere convenirent, ut si juxta votum universa consistunt [d], Deum junctis vocibus, qui præstat desiderata, collaudent. Difficile est enim, ut [1] cujusdam cor pravis sic cogitationibus induretur, ut a se patiatur culpanda fieri [e], quum noverit, se [2] judicium subiturum esse concilii. Præcinctos ad hanc viam semper lumbos habeant [f], scientes, rationem actuum suorum esse reddendam. Suspendantur [g] ab illicitis per [3] formidinem, et qui nequiverint [h], per pudorem. De conveniendo bis in anno notum est, canones sanctos constituisse; et præfinitum [i] quidem, si possibile est, inviolabiliter convenit custodiri. Sed si aut temporum necessitates aut emergentes caussæ hoc non patiuntur impleri, semel saltem, quamvis non licuerit [j], sine ulla excusatione præcipimus convenire.

1 *Al.* cujusquam.

2 *Al.* judicium subeundum.

3 *Al.* formidinem, qui.

CAP. II.

Ex collectione Martini Bracharensis cap. 18.

De Synodo bis in anno *facienda.*

* Propter [4] ecclesiasticas curas et altercationum solutiones

* *Can.* 15. *dist.* 18. *ex Antioch. c.* 20.

4 *Al.* ecclesiasticas caussas.

a Concilii Nicæni can. 5. *b* Fideles, scilicet, qui eum colunt. *c* Interius excitare. *d* *Hoc est*: ut si omnia synodalia decreta inviolata persistant, ut in votis habemus. *e* *Id est*: ut velit grave agere. *f* Integritate vitæ paratos se esse demonstrent ad judicium sustinendum concilii, si deliquerint; metaphora sumta ab eo qui præcingitur ad viam capescendam, ut expeditius absque vestimentorum obstaculo incedat. *g* Retrahantur. *h* Qui nequiter egerint. *i* *Intellige*: tempus. *j* *Puta*: quamvis difficillimum fuerit.

nes bene placuit per singulas provincias bis in anno concilium fieri, convocante metropolitano episcopo [1] omnes provinciæ episcopos, ita ut in his conciliis prodeant [a] omnes presbyteri, diaconi, vel hi quorum in concilio caussæ examinatæ ad justum judicium prodantur. Et qui manifeste episcopi vel presbyteri aut diaconi inventi fuerint in offensa [b], secundum rationem [c] excommunicentur [d], quamdiu communi consensu de his placuit dare sententiam. Nulli autem episcopo liceat propria apud semetipsum concilia [e] facere, præter eos qui sunt metropolis creditæ. *Idem vide in cap. 17. de Metropolit. et partem in cap. 3. de Vocand. ad concil.*

1 *Al.* omnes provinciales episcopi, ita ut ad concilium procedant omnes presbyteri et diacones, ut eorum qui se læsos existimant, in concilio... judicium perducantur. Et si qui.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. can. 18.

[2] *Quod semel saltem in anno ad concilium sacerdotes, et judices, atque actores patrimonii fiscalis debeant convenire.*

[3] Præcipit hæc sancta et veneranda synodus, ut stante priorum auctoritate canonum [f], quæ bis in anno præcipit congregari concilia, [4] consulta itineris longitudine et paupertate ecclesiarum Hispaniæ, semel [5] in anno in locum quem metropolitanus elegerit, episcopi congregentur. Judices vero locorum [6] vel actores fiscalium patrimoniorum [g] ex [7] decreto gloriosissimi domini nostri [h], simul cum sacerdotali concilio autumnali tempore, die kalend. Novembrium in unum conveniant, ut discant, quam [8] pie et juste cum populis agere debeant, ne in angariis [i] aut in operationibus [j] superfluis [k] sive privatum [l] honorent [m] sive fiscalem [n] gravent. Sint enim prospectores [o] episcopi secundum regiam admonitionem, qualiter judices cum populis agant, ita ut ipsos præmonitos corrigant, aut insolentias eorum, auditibus principis innotescant [p]. Quod si correptos emendare nequiverint, et ab ecclesia et a communione suspendant. A sacerdote vero et a senioribus [9] deliberetur, quod provincia sine suo detrimento præstare de-

2 Al. *Ut semel in anno concilium fiat, et judices et actores præsentes sint.*

3 *Al.* Præcepit hæc sancta et universalis synodus.

4 *Al.* considerata itineris.

5 *Al.* in anno, in loco.

6 *Al.* aut actores.

7 *Al.* decreto domini nostri Reccaredi Regis simul cum sacerdotum concilio, aut vernali tempore, aut die kalend.

8 *Al.* pie, juste, et humaniter cum populis agere debeant, nec injustis vectigalibus et immoderatis exactionibus ipsos premant, sed potius per miserationem compatientes a gravaminibus defendant, ut bonos populi tutores facere decet, nec in angariis aut operibus superfluis sive privatum onerent, sive fiscalem gravent. Sint etenim prospectatores episcopi, secundum Regis admonitionem... agant, ut aut ipsos... eorum, principum auribus innotescant.

9 *Al.* deliberetur, quid per provincias in suo detrimento præstare debeant judices, si ad concilium non venerint. Concilium vero non solvatur.... conveniatur.

[a] Ad hæc concilia eant. [b] In delictum aliquod incidisse. [c] Justitiam. [d] Excommunicati persistant. [e] Provincialia scilicet. [f] Vide sis supra cap. 1. et 2. [g] Regii Patrimonii conservatores. [h] Reccaredi. [i] Exactionibus. [j] Seu laboribus servilibus. [k] Quibus populi non essent obligati. [l] *Id est*: populum. [m] *Potius*: onerent. *Aut*, honorem privatum, id est populi bona. [n] Regium patrimonium. [o] Perquirant, perscrutentur. [p] Innotescere faciant.

beat judicium [a]. Concilium autem non solvatur, nisi locum prius elegerint, quo, succedente tempore iterum ad concilium veniatur, ut jam non necesse habeat metropolitanus episcopus pro congregando concilio literas destinare, si in priori concilio tempus omnibus denuntietur et locus. *Eumdem vide in cap. 18. de Metropol.*

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *canone* 3.

De qualitate conciliorum, vel quare, aut quando fiant, scilicet, saltem semel in anno.

1 *Al.* Christi magis depulit.

Nulla penè res disciplinæ mores ab ecclesia [1] Christi depulit, quam sacerdotum negligentia, qui contemtis canonibus, ad corrigendos ecclesiasticos mores synodum facere negligunt. Ob hoc a nobis universaliter definitum est, ut quia juxta antiqua Patrum decreta [b] bis in anno difficultas temporis fieri concilium non sinit, saltem vel semel a nobis celebretur. Ita tamen, ut si caussa fidei est, aut quælibet alia ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ et [2] Galliæ [c] synodus convocetur, si vero nec de fide nec de communi ecclesiæ utilitate tractabitur, speciale erit [3] concilium uniuscujusque provinciæ, ubi metropolitanus elegerit peragendum. Omnes autem qui caussas adversus episcopos, aut judices, aut potentes, aut contra quoslibet alios habere noscuntur, ad eumdem concilium concurrunt, et quæcumque examine synodali a quibuslibet prave usurpata inveniuntur, regii executoris instantia [d] justissime his quibus jura sunt, reformentur [e]. Ita ut pro compellendis judicibus vel sæcularibus viris ad synodum, metropolitani studio idem executor a principe postuletur [f]. Quintodecimo autem kalendarum Juniarum congreganda est in unaquaque provincia synodus propter [g] vernale tempus, quando herbis terra vestitur, et pabula germinum inveniuntur. *Partem in cap. 21. de Metropol.*

2 *Al.* Galliciæ.

3 *Al.* concilium, prout uniuscujusque provinciæ metropolitanus elegerit.

a Hoc est: episcopus et seniores sive Optimates curent, quod excommunicato judice, non desit in provincia, qui judicis agere possit officium. *b* Vide supra cap. 1. et 2.
c Narbonensis, quæ Gallia Gothica dicebatur. *d* Cognoscebatur siquidem in concilio de caussis civilibus, iisque sæcularium etiam personarum, præsertim quum ageretur de restitutione injuste ablatæ rei; sed sententia a regio ministro exequenda erat.
e Justissime his, quibus de jure debentur, restituantur. *f Id est*: Metropolitæ erit, petere a principe, ut idem regius executor synodo intersit. *g* Ad.

CAP.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. *can.* 15.

De institutione certi temporis, a metropolita vel a principe assignandi, *quo concilium* semel in anno [1] *agitetur*.

Peractis omnibus, quæ ad correctionem nostri ordinis in hoc concilio promulgata sunt, placuit definire, ut paternis institutionibus [a] obsequentes, omni anno ad peragendam celebritatem concilii in metropolitana sede, tempore quo principis vel metropolitani electio definierit, devotis semper animorum [2] studiis confluamus, nec quibuslibet requisitis occasionibus [b] absentemur, sed in [3] præfato die quo indictum fuerit, adunatis in metropolitana sede [4] omnibus pontificibus, concilium Deo præsule [c] celebretur. Quisquis autem episcoporum, excepta inevitabili caussa vel necessitate, de peragendo se concilio absentaverit, unius [5] anni excommunicatione plectendus est. Quod si deinceps absque celebratione concilii, anni unius meta transierit, [6] omnes in commune pontifices Carthaginensis provinciæ superioris censuræ sententia obnoxios retinebit, id est, si nulla sibi impediente principis potestate, solius propriæ voluntatis libido se ad celebrandum concilium non collegerit. *Eumdem vide in cap. 38. de Metropol. et partem in cap. 8. de Vocand. ad concil.*

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. *can.* 12.

[7] *De interdictione* aut assignatione *temporis constituti, quo debeat concilium celebrari*, scilicet semel in anno, kalendis Novembris.

[8] Placuit hoc venerando concilio, ut juxta priorum canonum instituta episcopi singularum provinciarum annis singulis in unaquaque provincia kalendis Novembribus concilium celebraturi conveniant. Quisquis autem in prædictis kalendis Novembribus pro celebratione synodi venire di-

Vvv 2

1 Al. *agatur*.

2 *Al.* studiis conferamur.

3 *Al.* præparato die, quo judicium fuerit.

4 *Al.* omnibus provinciæ pontificibus.

5 *Al.* anni erit excommunicatione plectendus. Quod.

6 *Al.* omnium in commune pontificum Carthaginis provinciæ... sententiam obnoxius.... nulla eum potestate vel infirmitate, aut inevitabili caussa, sed solius propriæ voluntatis lubitu se se ad celebrandum.

7 Al. *De indictione* vel *indicto temporis*.

8 *Al.* Placuit hoc sancto concilio, ut juxta priorum episcoporum singularum provinciarum canonum instituta annis... Novembris.

a Vide sis supra cap. 3. et 4. b Nec quibuslibet de industria quæsitis obstaculis.
c Juvante.

distulerit, excommunicationi debitæ subjacebit. *Eumdem vide in cap. 9. de Vocandis ad concil.*

TIT. IV.

DE CONCILII CELEBRANDI FORMA.

CAP. I.

In episcoporum conventu primus sedeat metropolita, reliqui secundum ordinationis suæ tempus.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. cap. 6.

ITEM PLACUIT, ut conservato metropolitani episcopi primatu [a] ceteri episcoporum secundum suæ ordinationis tempus alius alio sedendi deferat locum [b]. *Eumdem vide in cap. 11. de Metropol.*

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 4.

Formula qualiter concilium fiat.

1 *Al.* ante mane ortum.
2 *Al.* cunctis ad unam.
3 *Al.* diacones.
4 *Al.* diaconi.
5 *Al.* qui electioni.

Hora itaque prima diei, [1] ante solis ortum ejiciantur omnes ab ecclesia, obseratisque foribus, [2] cuncti ad unam januam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stent, et convenientes omnes episcopi pariter introeant, et secundum ordinationis suæ tempora resideant. Post ingressum omnium episcoporum atque consessum, vocentur deinde presbyteri, quos caussa probaverit introire [c]. Nullus se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediantur [3] diaconi probabiles [d] quos ordo [e] poposcerit interesse; et corona [f] facta de sedibus episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant, [4] diacones in conspectu episcoporum stent. Deinde ingrediantur laici, [5] qui electione concilii interesse meruerint [g]. Ingrediantur quoque et notarii, quos ad recitandum [h] vel excipiendum [i] ordo [j] requirit, et obseren-

tur

a Primæ sedis honore. *b* Junior ordinatione episcopus superiorem sedem seniori cedat. *c* Quorum adsistentiam, res quæ in concilio agenda sit, poposcerit. *d* Probatæ vitæ. *e* Rerum agendarum genus. *f* Circulo, choro. *g* Quos concilium judicaverit idoneos. *h* Pronuntiandum caussarum acta. *i* Excipiendas testium depositiones. *j* Quæ sese offerunt in concilio tractanda.

tur januæ. [1] Sedentesque in diuturno silentio sacerdotes, et cor totum ad Deum habentes, dicat archidiaconus: *Orate.* Statimque omnes [2] in terra prostrabuntur, et orantes diutius tacite cum fletibus atque gemitibus, unus ex episcopis senioribus surgens, orationem palam fundat ad Dominum, cunctis adhuc in terra jacentibus. Finita autem oratione, et responso ab omnibus: *Amen*, rursus dicat archidiaconus: *Erigite vos.* Et confestim omnes surgant, et cum omni timore Dei et disciplina [a] tam episcopi quam presbyteri sedeant. Sicque omnibus in suis locis in silentio considentibus, diaconus alba indutus codicem canonum [b] in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronuntiet. Finitisque titulis, metropolitanus episcopus concilium alloquatur, dicens: Ecce, sanctissimi sacerdotes, recitatæ sunt ex canonibus, [3] sanctorum Patrum sententiæ de concilio celebrando; si qua igitur quempiam vestrum actio commovet [c], coram suis fratribus proponat. Tunc si aliquis quamcumque querelam quæ contra canonem agit [d], in audientia sacerdotali protulerit, non prius ad aliud transeatur capitulum, nisi primum quæ proposita est actio, terminetur. Nam et si presbyter aliquis, aut diaconus, clericus, sive laicus, de his qui foris steterint, concilium pro qualibet re crediderit appellandum [e], ecclesiæ metropolitanæ archidiacono caussam suam intimet [f], et ille concilio denuntiet. Tunc [g] illi introeundi et proponendi licentia concedatur. Nullus autem episcoporum a cœtu communi secedet, antequam hora generalis secessionis adveniat. Concilium quoque nullus solvere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcumque deliberatione communi finiuntur, episcoporum singulorum manibus subscribantur. Tunc enim Deus suorum sacerdotum concilio interesse credendus est, si tumultu omni abjecto, solicite atque tranquille ecclesiastica negotia terminentur. *Partem vide in cap. 22. de Metropol. et cap. 5. de Vocandis ad concil.*

1 *Al.* Sedentibusque... sacerdotibus, et cor tantum ad Deum habentibus.

2 *Al.* in terram prosternentur, et orantibus.

3 *Al.* priscorum Patrum.

a Humilitate. *b* Peculiarem Hispaniæ conciliorum collectionem. *c* Si quis vestrum habet aliquid, quod adversus aliquem opponat. *d* De aliqua re, quæ sit contra canonum præscriptum facta. *e* *Hoc est*: Nam et si aliquis ex his, qui non intersunt concilio, sive presbyter, sive diaconus, sive laicus caussam adversus aliquem concilio exponendam habuerit. *f* Declaret. *g* Postea.

CAP.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. canone 1.

Ne tumultu concilium agitetur, sub triduæ excommunicationis pœna.

* Can. 3. c. 5. q. 4.
1 *Al.* nullus debeat.
2 *Al.* perturbare, nullus etiam.
3 *Al.* obstinatis disceptationibus.
Jacobi 1. v. 26.
Isaiæ 32. v. 17.
4 *Al.* aut consultationibus considentium agitur.
5 *Al.* vocibus sensus audientium turbent, nec judicii vigorem.
Proverb. 22. v. 10.
6 *Al.* omni dedecore de consessione abstractus.

* In loco benedictionis considentes Domini sacerdotes [1] nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus [2] perturbari, nullis etiam vanis fabulis, vel risibus agi, et quod est deterius, [3] obstinatis concertationibus tumultuosas voces effundere [a]. *Si quis enim*, ut Apostolus ait, *putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Cultum enim sua justitia perdit, quando silentia judicii obstrepentium turba confundit [b], dicente Propheta: *Erit cultus justitiæ silentium.* Debet ergo quicquid [4] aut contendentium collationibus agitur, aut accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis [5] vocibus audientiam turbent [c], nec judicantium vigorem de tumultu enervent [d]. Quicumque ergo in conventu concilii hæc, quæ præmissa sunt, violanda crediderit, et contra hæc interdicta aut tumultu, aut contumeliis, vel risibus concilium perturbaverit, juxta divinæ legis edictum quo præcipitur: *Ejice derisorem, et exibit cum eo jurgium*, et cum [6] omni confusionis dedecore abstractus, a communi cœtu secedat, et trium dierum excommunicationis sententiam perferat.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano XVII. anno 694. can. 1.

De tribus diebus, quibus initio concilii nihil aliud agendum jubetur, nisi tantum de Fide ac de aliis rebus spiritualibus, nullo sæcularium interposito.

Ternarius numerus, in eo quod initium, mediumque, fi-

a Præfata sententia paucis immutatis verbis, transcripta est a Patribus Conc. Trid. sess. II. *b* *Hoc est*: Percipi non potest, cuinam sit adserendum jus, quando obstrepentium turba solvit silentium, et confundit judicium. *c* Vocum intelligentiæ obsistant. *d* Nec judicum mentem tumultuosis vocibus contundant, et enervent.

finemque sortitur, Trinitatis speciem signare videtur. Ac proinde numerositas sacerdotum in nomine Sanctæ Trinitatis pro synodo agenda solet congregari, opportune instituendum credimus in initio totius adunationis, ut trium dierum spatiis, percurrente [a] jejunio [b], de mysterio Sanctæ Trinitatis [c] aliisque spiritualibus, sive pro moribus sacerdotum corrigendis, nullo sæcularium assistente, inter eos habeatur collatio, ita nempe ut dum scriptis caussis [d], sub nominis Divini timore per triduum habita fuerit altercatio, ejusdem Trinitatis juvamine ceterarum caussarum negotia inoffensibili peragantur instantia [e].

CAP. V.

Ex Concilio Legionensi anno 1012. *canone* 1.

In primis censuimus, ut in omnibus conciliis, quæ deinceps celebrabuntur, caussæ ecclesiæ prius judicentur judiciumque [f] rectum absque falsitate consequantur.

CAP. VI.

Ex eodem, canone 6.

Judicato ergo ecclesiæ judicio, adeptaque justitia, agatur caussa Regis, deinde populorum [g].

TIT. V.

DE CONFIRMATIONE ET ACCEPTATIONE CONCILIORUM.

CAP. I.

Canones præcedentium conciliorum confirmantur in Concilio Bracharensi I. anno 561. *cap.* 22.

[1] ITEM PLACUIT, ut quæcumque præcepta antiquorum cano-

1 *Al.* Item placuit, ut præcepta antiquorum canonum, quæ modo in concilio recitata sunt, nullus.

a Comitante. *b* Ut in Tolet. III. Vide cap. 12. de *Exord. et epil. concil.* *c* Sicuti in Brach. I. Vide cap. 10. de *Exord.* Brach. III. cap. 31. de *Exord.* Tolet. XII. cap. 32. de *Exord.* Tolet. XIII. cap. 33. de *Exord.* &c. *d* Pronuntiatis caussarum scriptis *processibus.* *e* Cursu. *f* Sententiam. *g* Solebant enim in conciliis, his præsertim, quæ Saracenorum expulsionis tempore celebrata sunt, tam ecclesiastica quam profana agitari præsertim, episcopis, rege, et Proceribus adstantibus; ita ut eorum aliqua, et hoc maxime Legionense, conventus aut curiæ, vel concilia mixta potius quam ecclesiastica fuisse videantur.

nonum modo in concilio recitata sunt, [a] nullus audeat prærterire. Si quis autem quasi contumax [1] transgreditur, ille necesse est, ut de suo degradetur officio.

1 *Al.* traansgreditur ista, necesse est.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *canone* 1.

2 Al. *Ut conciliorum statuta, et Præsulum Romanorum decreta custodiantur.*

[2] *De observatione priorum canonum.*

Post damnationem hæresis Arianæ, et Fidei sanctæ catholicæ expositionem, hoc [3] sanctum præcipit concilium, ut quia in nonnullis vel hæresis vel gentilitatis necessitatibus per Hispaniarum ecclesias canonicus prætermissus est ordo [b], dum et licentia abundaret transgrediendi, et disciplinæ optio negaretur, [c] [4] dumque omnis excessus, hæresis foveretur patrocinio, ut abundantiam mali temperet districtio disciplinæ, pace ecclesiæ, Christi misericordia reparata, omne quod priscorum canonum auctoritas prohibet, sit resurgente disciplina inhibitum, et agatur omne quod [5] præcipit fieri. Maneant in suo vigore conciliorum omnium constituta, simul et synodicæ sanctorum Præsulum Romanorum epistolæ [d]. Nullus deinceps ad promerendos honores ecclesiasticos [6] contra vetita canonum aspiret indignus; nihil ex hoc fiat quod sancti Patres, Spiritu Dei pleni, sanxerunt debere non fieri; et qui præsumserit, severitate priorum canonum distringatur.

3 *Al.* sanctum præcepit... quia a nonnullis.... gentilitatis necessitate.

4 *Al.* dum omnis... hæresis probaretur patrocinio, ut. *vel* et abundantia mali temporis, procul esset districtio disciplinæ. At nunc pace.... reparata, quod.

5 *Al.* præcepit fieri. Permaneant.

6 *Al.* contra canonum statuta aspiret.

CAP. III.

Ex eodem, in fine.

Incipit [7] *edictum regis* Reccaredi *in confirmatione concilii* Toletani III.

7 Al. *edictum Regis pro confirmatione concilii.*

[8] Gloriosissimus et piissimus dominus noster Reccaredus

8 *Al.* Gloriosissimus dominus noster Recc. Rex. Universis sub regimine nostræ potestatis consistentibus. Amatores nos sui Divina.

[a] Ex codice canonum, de quo supra tit. 4. cap. 2. et tit. *de Exord. et epilog.* cap. 10. §. *Relecti.* qui quidem codex ex conciliis Nicæno, Sardicensi, Constantinopolitano I. Ephesino, Calcedonensi, simulque Provincialibus Græcis, Africanis, Hispanis, et Gallis conflatus erat. Vide sis præfat. nostram. [b] Prætermissa est conciliorum celebratio. [c] Et disciplinæ seu correctionis restitutio negaretur. [d] Synodicæ epistolæ, eæ scilicet, quas Romani Pontifices, adhibito romani cleri consilio expediebant, quorum insertas fuisse nonnullas Hispano conciliorum codici, colligas ex indice, quem suo volumini I. *de Antiquit. Eccl. Hispanæ*, præfixit Cajetanus Cennius, et Card. de Aguirre volum. IV. *Collect. Max.* Vide sis præfat. nostram.

dus rex. Universorum sub regni nostri potestate consistentium amatores nos suos Divina faciens Veritas, nostris principaliter sensibus inspiravit, ut caussa instaurandæ Fidei ac disciplinæ ecclesiasticæ, episcopos omnes Hispaniæ [1] nostro præsentandos culmini juberemus. Præcedente autem diligenti et cauta deliberatione, sive quæ ad Fidem conveniunt, seu quæ ad morum correctionem [2] respiciunt; quum enim sensus maturitate, et intelligentiæ gravitate constent esse digesta, nostra proinde auctoritas [3] id omnibus hominibus ad regnum nostrum pertinentibus jubet, ut siquæ definita sunt in hoc sancto concilio, [4] habito in urbe Toletana anno regni nostri feliciter quarto, nulli contemnere liceat, nullus præterire præsumat. Capitula enim quæ nostris sensibus placita, et disciplinæ congrua a præsenti conscripta sunt synodo, in omni auctoritate [a], sive clericorum, sive laicorum, sive quorumcumque omnium observentur, et [5] maneant.

I. de observatione priorum canonum. II. de symbolo proferendo a populis in ecclesia. III. [6] ut episcopo non liceat rem alienare ecclesiæ. IV. ut episcopo liceat [7] unam de parochitanis ecclesiis monasterium facere. V. [8] ut episcopis, presbyteris, diaconibus, ex hæresi venientibus jam non liceat misceri uxoribus. Vel quod hi, qui semper [9] catholici fuerunt, in cellulis suis cum mulieribus extraneis non morentur. VI. quod liberti ab episcopis vel ab aliis facti, et ecclesiis commendati permanere debeant liberi. VII. quod lectio in omnibus sacerdotalibus mensis [10] legi debet. VIII. quod de clero ex familiis fisci [11] nostri nullus umquam postulet a rege, et qui acceperit, irrita talis donatio maneat. IX. de ecclesiis ab hæresi translatis, ut [12] ad eos episcopos, in quorum sunt parochiis, permaneant. X. [13] de viduis, quæque voverint continentiam, teneant; et quæ nubere elegerint, quibus voluerint nubant, æque et de virginibus. XI. quod pœnitentes secundum modum antiquorum canonum agere pœnitentiam debeant. XII. quod qui voluerint pœnitentiam agere, prius tondeantur, aut habitum mutent. [14] XIII. quod non liceat duos clericos in forum [15] caussare. XIV. [16] quod judæis uxores, vel concubinas christianas habere, sive comparare mancipia christiana, et judaizare non liceat, vel publica officia peragere. XV. quod manere debeat firmum, si servi fisci nostri ecclesias fecerint, [17] easque peculio ditaverint. XVI. quod idololatriæ cultura a sacerdotibus vel

[1] *Al.* nostro præsentari culmini.

[2] *Al.* respiciunt, sensus maturitate... constant.

[3] *Al.* hoc omnibus.

[4] *Al.* acto in urbe.

[5] *Al.* maneant, id est.

[6] *Al.* De episcopis, ut eis non liceat.

[7] *Al.* unum de parochianis.

[8] *Al.* ut episc. et presb. et diac. ex hæresi conversis jam.

[9] *Al.* catholici fuerint.

[10] *Al.* legi debeat. VIII. Quod clericos ex.

[11] *Al.* nostri umquam nullus agere præsumat, et qui... talis ordinatio.

[12] *Al.* ad episcopos... pertineant.

[13] *Al.* de viduis, quod quæ voluerint, continentiam teneant.. æque de virginibus.

[14] *Al. deest cap. XIII.*

[15] *Al.* caussare caussam publicam.

[16] *Al.* quod non liceat Judæis de Christianis ducere uxores vel concubinas, sive comparare manc. christ. et judæis non liceat, vel publica officia peragere.

[17] *Al.* easque de peculio suo dotaverint.

[a] Firmiter.

a judicibus exquerenda sit, [1] atque examinanda. XVII. quod qui [2] filios suos necaverint, a sacerdotibus vel a judicibus distringantur. XVIII. quod semel in anno ad concilium sacerdotes et judices, atque actores patrimonii nostri debeant convenire. XIX. quod ecclesiarum [3] omnium dos ad episcopi ordinationem debeat pertinere. XX. quod sacerdotes moderanter agere debeant per parochias. XXI. quod servi ecclesiæ sive clericorum non [4] debeant a judicibus, vel nostris actoribus in aliqua angaria fatigari. XXII. quod religiosorum corpora cum hymnis et canticis tantum [5] deferenda sunt ad sepulcra. XXIII. quod [6] balimantiæ, et turpes cantici prohibendi sunt a sanctorum sollemnitatibus.

Has omnes constitutiones ecclesiasticas, quas summatim breviterque perstrinximus, sicut plenius in canone [a] continentur, manere perenni stabilitate sancimus. [7] Si quis vero clericus aut laicus harum sanctionum obediens esse noluerit, si episcopus, presbyter, diaconus, aut clericus fuerit, ab omni concilio excommunicationi subjaceat; si vero laicus fuerit, et honestioris loci [b] [8] persona est, medietatem facultatum suarum amittat, fisci juribus profuturam; [9] si vero inferioris loci [c] persona est, amissione rerum suarum multatus, [10] in exilio deputetur.

1 *Al.* atque exterminanda.
2 *Al.* filium suum necaverit. . . . distringatur.
3 *Al.* omnium caussa.
4 *Al.* debeant a nostris actoribus in
5 *Al.* deferenda sint.
6 *Al.* Ballimatthiæ, *vel* Vallemantiæ, et turpia cantica prohibenda sunt a sanctorum sollemniis.
7 *Al.* Si quis clericus ergo aut laicus harum sanctionum obediens observator esse noluerit, superba fronte majorum statutis repugnans, si episcopus.
8 *Al.* persona fuerit.
9 *Al.* si vero minoris loci.
10 *Al.* in exilium.

CAP. IV.

Synodus Oscensis confirmatur

in Concilio Egarensi anno 614. *in Exord.*

Convenientes in unum episcopi provinciæ Tarraconensis in locum Egara [d], id sancta instituit synodus, ut constitutio [e], quæ dudum in anno tertiodecimo regni divæ memoriæ Reccaredi regis, in concilio Oscensi constituta quidem, sed conscripta, minime fuit confirmata, ut in perpetuum valitura perduret. *Integrum vide in cap. 6. de Cleric. castit.*

a In codice, cui adjectæ jam fuerant, de quo supra. *b* Honestioris gradus: persona nobilis. *c* Vilis persona. *d* Hodie *Tarrasa*. *e* Vide cap. 5. *de Cleric. castit.*

CAP.

CAP. V.

Decretum constitutum canone LXXV. Concilii Toletani IV. de fidelitate regibus servanda, in omnibus conciliis pronuntiandum, decernitur

in Concilio Toletano V. anno 636. canone 7.

Propter malarum mentium facilitatem, et memoriæ oblivionem hoc sacratissima statuit synodus, ut in omni concilio episcoporum Hispaniæ, universalis concilii decretum, quod propter principum nostrorum est salutem constitutum, peractis omnibus, in synodo publica voce [1] debeat pronuntiari, quatenus sæpe [2] supplicatum [a] auribus, vel assiduitate, iniquorum mens territa corrigatur, quæ ad prævaricandum et oblivione et facilitate [3] producitur. *Eumdem vide in cap. 7. de Obedient. fidelita. et obseq.*

1 *Al.* debet pronuntiari.
2 *Al.* replicatum.
3 *Al.* perducitur.

CAP. VI.

Definita in Synodo Toletana quinta confirmare constituit Chintila rex

in Decreto ad calc. ejusd. Concilii Toletani V.

In nomine Domini, Flavius Chintila rex. Quum boni principis cura omni nitatur vigilantia, providere patriæ gentisque suæ commodo, tunc potissimum non existit infructuosa, si etiam [b] sua industria placatur Divina clementia. Ideoque nostræ mansuetudinis, collectis in urbem Toletanam ex provinciis diversis episcopis, adhortationis extitit instantia [c], ut tempore congruo hæc religionis per eorum sententiam institueretur observantia, ut a die Iduum Decembrium, quod eorum decrevit sanctitas [d], litaniæ per omnes regni nostri provincias omni debeant celebrari devotionis cura. Quo circa tam sacratissimæ electioni [e] et omni desiderio amplectendæ, regali auctoritate faventes, et quæcumque in eadem synodo definita sunt, confirmantes, decrevimus [f], ut in triduo conscripto juxta quod re-

a Publicatum. b Quando. c *Hoc est*: instanter adhortati sumus. d Can. 1. Vide *de Litaniis* cap. 4. e Decreto. f *Potius*: decernimus.

verendissimorum virorum continet decretum, ab omni anima christiana cœlorum Domino humilitatis satisfactio dependatur, et pro facinoribus atque flagitiis, quibus quotidie grassante diabolo irretimur, lacrimis jejuniisque digna obsequia rependamus. Verumtamen, ut vobis certius præfatorum Patrum sententia innotescat, eam subter connecti præcipimus. Oraculis [a] autem nostris sancimus, ut hi, quorum in quibuslibet rebus patriæ nostræ invigilat [b] cura, id est, tam optimatum, quam comitum, judicum etiam, ceterorumque ordinum, præcipua solicitudo existat, ut his diebus ab omni omnino inquietudine [c], vel qualibet negotiorum actione omnis conditio, ætas, et sexus debeat vacare, ut otio sancto mancipati, aptiores erga Deum reddi possint, cœlestem implorando misericordiam consequi. Ergo ut omnes hoc præcepto nostro præmoneantur, sacerdotum industriæ delegamus. Datum sub die pridie kalendas Julias, anno feliciter primo regni nostri. Toleto.

CAP. VII.

Confirmatur decretum de observatione litaniarum in synodo Toletana quinta, canone primo constitutum

in Concilio Toletano VI. anno 638. *canone* 2.

Religiosissimi principis nostri devotionem, et nostrorum consacerdotum primo anno regni sui constitutionem cum magna reverentia et veneratione suscipientes, quam jam constat in omni regno suo annua vice [1] celebrari, placuit etiam nostra assentione firmari. Proinde universalis [d] auctoritate censemus concilii, ut hi dies [2] litaniarum, qui in synodo præmissa sunt instituti, eodem in tempore, quo jussi sunt excoli, [3] annuo recursu omni observatione habeantur celeberrimi, ut pro illis, quibus nunc usque simul implicati sumus delictis, sit nostra expiatio ante oculos Dei omnipotentis. *Eumdem vide in cap. 5. de Litaniis.*

1 *Al.* celebrari, quam placuit.
2 *Al.* Letaniarum.
3 *Al.* anno recurso.

a *Hoc est*: diplomate, rescripto. b *Id est*: incumbit. c Bellico vel forensi strepitu.
d Ut in exordio hujus concilii. Vide cap. 24. *de Exord. et epil.*

CAP.

CAP. VIII.

Decretum de defensionis et dilectionis officiis ab omnibus regiæ stirpi impendendis, constitutum in synodo Toletana quinta, canone quinto, confirmatur

in præfato Concilio Toletano VI. canone 16.

[a] Sicut insolentia malorum regum odiosa semper et execrabilis extitit subjectis, ita bonorum provida utilitas amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat, [1] aut quis toleranter christianus videat regis sobolem aut posteritatem expoliari rebus, aut privari dignitatibus? Quod ne fiat, quum generalis hæc promatur de principis filiis [2] sententia nostra, id est, de præsenti excellentissimi et gloriosissimi principis Chintilani regis posteritate, [3] dentur [b] aperta nobis decreta, ut ea quæ synodus præterito anno in hac ecclesia habita constituit circa omnem posteritatem ejus, universitas regni sui conservet. *Integrum vide in cap. 10. de Obedient. &c. Regi defer.*

1 *Al.* aut quis talem errantem christianum videat, qui regiam sobolem, aut posteritatem conetur expoliare rebus, aut privare dignitatibus. Quod ne fiat, generalis.

2 *Al.* sententia, et de præsentis excellentissimi Chintilani.

3 *Al.* dantur apta, *vel* dentur aperta decreta a nobis, ut.

CAP. IX.

Constitutio contra eos, qui vivente rege, de futuro vaticinantur, lata in concilio Toletano quinto, canone quarto, confirmatur

in præfato Concilio Toletano VI. canone 17.

Quamquam in concilio anteriori, quod anno primo [4] gloriosissimi principis nostri [c] habitum est, de hujusmodi re fuerit promulgata sententia, tamen [5] placet iterare quod convenit custodire. Itaque regis vita constante, nullus sibi aliquo opere vel deliberatione, seu cujuscumque dignitatis laicus, seu [6] gradus episcopatus, presbyterii, aut diaconii consecratus, ceterisque clericatus officiis [7] deditus, regem provideat [d] contra viventis regis utilitatem, et proculdubio voluntatem, nullo blandimento vel suasione pro eadem spe, aut alios in se trahat, aut ipse in alium acquiescat. *Quæ sequuntur, in cap. 11. de Obedient. &c. Regi defer.*

4 *Al.* gloriosi principis.

5 *Al.* placet iterata juxta quod convenit custodiri.

6 *Al.* gradu episcopi, presbyteri, aut diaconi.

7 *Al.* deditus futurum Regem.

a Canon hic extat in Leg. 5. *Prol. For. Jud.* b Edantur a nobis. c Chintilæ.
d *Hoc est*: prævideat, simulque procuret moriturum vel necandum.

CAP.

CAP. X.

Decretum de fidelitate regi servanda, constitum in synodo Toletana quarta, canone septuagesimo quinto confirmatur

in praef. Concilio Toletano VI. canone 18.

1 *Al.* synodo saluti nostrorum.

2 *Al.* testamur.

3 *Al.* vel omni martyrum.

4 *Al.* principis attrectet.

5 *Al.* regni sibi usurpet.

6 *Al.* adversitate.

Jam quidem in antecedenti universali [1] synodo pro salute nostrorum principum constat esse consultum, sed libet iterare bene sancita, et digna auctoritate munire salubriter ordinata. Ideoque [2] contestamur coram Deo et omni ordine angelorum, coram prophetarum, atque apostolorum, [3] vel omnium martyrum choro, coram omni ecclesia catholica, et christianorum coetu, ut nemo intendat in interitum regis, nemo vitam [4] principis nece attrectet, nemo eum regni gubernaculis privet, nemo tyrannica praesumtione apicem [5] regni usurpet, nemo quolibet machinamento in ejus [6] adversitatem sibi conjuratorum manum associet. *Integrum vide in cap. 12. de Obedient. et fidelit. Reg. praest.*

CAP. XI.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653 *can.* 11.

7 Al. *De confirmatione universalium decretorum.*

[7] *De profanatoribus decretorum Patrum* Hispaniarum, ut honore suo et communione priventur; et de Patribus qui a majori, et potiori parte in concilio dissentiunt, ut alterius partis sententiae acquiescant.

8 *Al.* aerumnas relevat.

9 *Al.* judiciorum praeteritae lites.

Undecimae occasionis articulo [a] decretorum universalium perenne dedimus firmamentum, scientes quod multimoda semper Deus oppositione judiciorum [8] aerumnam relevet oppressorum [b], et sicut malis [c] exigentibus hominum, permittit exerceri poenas ultionum, ita quum voluerit, gravedines relevat pressurarum [d]. Hinc et decreta praecedentium Patrum ad contentionis jurgium radicitus evellendum, rite synodalem fieri censuere conventum, ut illic de diversitate [9] judiciorum [e] proten-

a Undecimo rerum gerendarum ordine, undecima sessione. *b* *Id est*: scientes, quod nonnumquam Deus injuste oppressos sublevet mediis judiciorum concertationibus. *c* Criminibus. *d* *Id est*, *ut supra*: sublevat injuste ob falsam criminis accussationem oppressos. *e* *Hoc est*: ut illic inter diversas partium concertationes, quae in judiciis eveniunt.

tensæ lites habeant terminum, ubi Spiritus Sanctus universalem coadunaverit cœtum. Ab hoc ergo Spiritu Sancto succensi, [1] ne quilibet inposterum aut impune [2] valeant commoveri, aut generalia [3] statuta convellere, plena decernimus unanimitate connexi, ut quæcumque pro fidei caussis, ecclesiasticisque negotiis, aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, aut futuris etiam in decretis vel [4] sint vel fuerint definitiones conscriptæ universali auctoritate, nullus his deinceps contradicere audeat, nullus ea evertere præsumat, nullus non implere contendat. Nam si quis ex religione [a] contra hæc inobediens, aut susurrans, [5] vel si certe lacerator, aut invidus, [6] aut non potius eorumdem factor extiterit gratiosus, et honoris sui, et communionis sanctæ lugeat amissione multatus. Quum [7] vero quælibet sancta synodus agitur, aut pacifice [8] inter pontifices quippiam definitur, si pauciores per nescientiam, vel contentionem forte dissentiant, aut commoniti plurimorum sententiæ cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confusionis abscedant, et [9] excommunicationis annuæ sententiam luant.

1 *Al.* ne quælibet.
2 *Al.* valeant committi.
3 *Al.* statuta convelli.
4 *Al.* quæ sint vel fuerint.... universalis auctoritatis, nullus deinceps... nullus ea reverberare. *Vel* nullus evertere.
5 *Al.* aut certe.
6 *Al.* ac non potius... fautor extiterit, gratia et honore sui, et communionis sacræ lugeat.
7 *Al.* vero, aut quælibet.
8 *Al.* inter episcopus.
9 *Al.* aut excommunicationis.

CAP. XII.

Ex eodem, canone 12.

[10] *De his, qui spernunt hæc sancita*, scilicet, quæ lata sunt in Judæos in concilio Toletano IV.

10 Al. tantum: *De Judæis.*

[11] Duodecima, quæ est finalis et ultima, sacratissimi principis obsecratione piissima, pro Judæorum abominabili [12] et nefanda perfidia, execranda [b] nostro cœtui perpatuit caussa. Quam icciro in fine sententiarum censuimus esse ponendam, quoniam eamdem gentem delicti sui merito retro ductam [c], per Divinæ sanctionis oracula, a capite [13] positam deflemus in caudam [d]; sed quia Christus ut pro nobis, ita quoque pro illis est mortuus, juxta quod ipse ait: *Non sum missus nisi ad oves, quæ perierant domus Israel*, necessarium duximus, summam pro eis impendere curam, pro quibus suam Christus ponere non dedignatus est animam. Ideoque principali clementia [14] devotissime

11 *Al.* Duodecimæ quæstionis propositione, quæ est.
12 *Al.* ac nefanda.
13 *Al.* sepositam, deflemus nunc esse in cauda.
Matth. 15. v. 24.
14 *Al.* devotissime approbante, quæ ob hoc.

a Religionis et observantiæ prætextu. b *Quasi diceret*: execrandorum hominum.
c Ob suam pervicatiam contra Deum conversam. *Ac si diceret*: ut qui essent *caput*, seu populus a Deo prædilectus, in *caudam*, sive ad infimum et contemtibilem statum rejectos esse defleamus, juxta illud: *Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus.*

1 *Al.* a Deo solidari.

2 *Al.* indignum reputans, orthodoxæ... imperare, et infidelium societate pollui.

3 *Al.* suppleantur intentione. Qui autem.

me præfaventes, quæ ob hoc sui regni apicem [1] a Domino solidari præoptat [a], si catholicæ Fidei pereuntium [b] turmas acquirat. ([2] indignum [c], orthodoxæ Fidei principem sacrilegis imperare, fideliumque plebem infidelium societate polluere) nihil aliud pro his ex nostra sententia definitur, quam ut decreta concilii Toletani [d], quod divæ memoriæ Sisenandi regis aggregatum est tempore, a nobis ac posteris omnimoda [3] suppleantur [e]. Quisquis autem ab ejusdem synodi voluerit sententia dissentire, ut vere sacrilegum se noverit condemnari.

CAP. XIII.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. *canone* 22.

Qualiter excommunicari oportet, qui canonis, id est concilii *hujus non custodierit sententiam.*

Quia juvante nos Divina gratia, ea in hoc sancto concilio peregimus quæ ad rectitudinem ecclesiastici ordinis sunt debita, in aliquibus sententiis cavendi [f] modum imposuimus, aliqua tamen, quia singulari ordine non manent constricta [g], per hujus sententiæ decretum instituimus [h], quod quisque episcoporum, vel presbyterorum, atque in inferiori gradu constituti, debeant metuere [i]. Quisquis hujus canonicæ regulæ instituta servare distulerit, quamlibet major [k] esse videatur, mediocris vero, aut [l] inferiori gradu constitutum se esse perspexerit, ut caussa permiserit [m], a metropolitano episcopo, cum suis confinitimis [n], qui supranotatum sententiarum ordinem [o] custodierit, is qui servare distulerit, excommunicatum se evidentissime noverit. *Eumdem vide in cap. 35. de Metropol.*

a Hoc est: Ideoque cupientes piis principis Reccesvinthi votis, cum summa erga ipsum nostri animi affectione obsecundare. *b* Judæorum scilicet, qui misere pereunt. *c Hic adde*: quippe est. *d* Vide tit. de *Judaismo* a cap. 5. *e* Suppleantur pro his, quæ hic decernenda fuerant. *Vel potius intellige*: huic adjiciantur decreto.
f Adde hic: ne transgrediantur. *g Hoc est*: quia sigillatim in unoquoque titulo, sententiæ, seu canones non fuerunt pœnarum inflictione muniti. *h Hic adde*: hoc.
i Adde: scilicet. *k Puta*: quamtumvis excelsæ dignitatis persona. *l Adde*: aut qui in. *m* Secundum caussæ gravitatem. *n Adde*: is. *o Adde*: non.

CAP. XIV.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681.

Lex edita in confirmatione concilii Toletani, sub die octava kalendarum Februarii, anno feliciter primo gloriæ nostræ, scilicet Ervigii regis.

In nomine Domini, Flavius Ervigius rex. Magna salus populi gentisque [1] nostræ regno conquiritur, si hæc synodalium decreta gestorum, sicut pio devotionis nostræ studio acta sunt, ita inconvulsibilis nostræ legis valido oraculo [a] confirmentur, ut quod serenissimo nostræ celsitudinis jussu a venerandis Patribus et clarissimis palatii nostri senioribus discreta titulorum exaratione est editum, præsentis legis hujus nostræ edicto ab æmulis defendatur.

[2] Etenim hæc ipsa definitio canonum sub isto renotata ordine titulorum, id est, de agnita et [3] confirmata prælectione fastigii principalis [4] in nomine nostræ serenitatis [b]. Item de his, qui pœnitentiam non sentientes accipiunt. Item de culpatorum receptione vel communione apud ecclesiam [c]. Item ut in locis ubi episcopus non fuit, numquam episcopus ordinetur. Item de quorumdam consuetudine sacerdotum fœdissima, qui oblatis Deo per se sacrificiis non communicant. Item de concessa Toletano pontifici generalis synodi potestate, ut episcopus alterius provinciæ cum connivEntia principum in urbe regia ordinetur. Item de recepto testimonio personarum quæ per legem, quæ de promotione exercitus facta est, testificandi licentiam perdiderunt. Item de his qui uxores suas divortio intercedente relinquunt. Item de confirmatione legum, quæ in Judæorum nequitiam promulgatæ sunt, juxta earumdem legum præfixum ordinem titulorum, qui in eorum canone adnumerantur. Item de his qui ad ecclesiam confugium faciunt. Item de cultoribus idolorum. [5] Item de interdicto [d] temporis constituti, quo debuit concilium celebrari. Item conclusio definitionum, in qua et Deo gratiæ referuntur, et pro principe exoratur. Quibus omnibus [6] synodalibus gestis atque decretis et debitam reverentiam ho-

Yyy no-

1 *Al.* nostræ, ac regni.

2 *Al.* Est enim hæc ipsa... notata.

3 *Al.* confirmata prælatione.

4 *Al.* in nomine Sanctæ Trinitatis.

5 *Al.* Item de indicto... quo debeat.

6 *Al.* synodalibus decretis, atque peractis, et debitam.

a Decreto. b *Id est*: De examinata et confirmata electione nostræ serenitatis ad regni fastigium. c *Hoc est*: de culpatis contra regem, ab ecclesia recipiendis, si rex eos receperit. d *Id est*: indictione vel assignatione.

noris impendimus, et patulum auctoritatis nostræ vigorem his [1] innectere procuramus. Ideoque præmissas has constitutiones synodicas a præsenti die vel tempore, id est, ab octavo kalendas Februarii, anno primo regni nostri, nullus audeat contemnere, nullus etiam præterire; nemo earumdem constitutionum audeat jura convellere, nullus temerator hæc [2] decreta subvertat, nemo illicitator [a] vel contemtor vigorem his institutionibus [3] subtrahet, sed generaliter per cunctas regni nostri provincias hæc canonum instituta nostræ gloriæ temporibus acta, et auctoritatis debitæ fastigio præpollebunt, et irrevocabili judiciorum exercitio, [4] prout constitutæ sunt, in omnibus regni nostri provinciis celebres habebuntur.

Si quis autem hæc instituta contemnat, contemtorum se noverit damnari sententia, id est, ut juxta voluntatem nostræ gloriæ, et excommunicatus a cœtu nostro resiliat, et insuper decimam [5] partem rei suæ fisci partibus [b] sociandam amittat. Quod si nihil habuerit facultatis, unde prædictam compositionem [c] [6] persolvere possit, absque aliquo infamio sui quinquaginta eum oportebit ictibus [7] verberari.

Edita lex in confirmatione [8] concilii Toleto, sub die octavo kalendarum Februariarum, anno feliciter primo regni gloriæ nostræ.

In nomine Domini Flavius [9] Ervigius rex hoc legis nostræ edictum in confirmatione hujus concilii promulgatum subscripsi.

1 *Al.* innectere properamus.
2 *Al.* decreta subvertere.
3 *Al.* subtrahat.
4 *Al.* prout constituta sunt, celebres habebuntur. *Vel* constituta sunt, inviolabili tenere judiciorum habebuntur.
5 *Al.* partem facultatis suæ.
6 *Al.* exolvere possit, absque alia infamia.
7 *Al.* verberari, ut semper infamis permaneat.
8 *Al.* concilii Toletani, sub die octavo kalendas Februarii.
9 *Al.* Eringius.

CAP. XV.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. can. 9.

De confirmatione concilii Toletani XII. quod factum est anno primo gloriosissimi Ervigii regis.

Licet unanimi consensionis nostræ judicio gesta synodalis concilii Toletani XII. acta sunt atque disposita, quæ anno primo gloriosi principis Ervigii in hac urbe regia celebrata sunt, nunc tamen inconvulsibilis nostræ definitionis assensu ea ipsa gesta prout gesta sunt vel conscripta, omni temporum æternitate valitura decernimus, et omnimodæ soliditatis vigore firmamus juxta ordinem capitulorum qui in eisdem gestis conscriptus esse probatur, id est: De

[a] Transgressor. [b] Patrimonio Regio. [c] Multam pecuniariam.

De agnita et confirmata prælectione fastigii principalis in nomine gloriosi domini nostri Ervigii regis [a]. Item de his qui pœnitentiam non scientes accipiunt. Item de culpatorum receptione vel communione apud ecclesiam [b]. Item ut in locis ubi episcopus non fuit, [1] numquam episcopus ordinetur. Item de quorumdam consuetudine sacerdotum fœdissima, qui oblatis Deo per se sacrificiis non communicant. Item de concessa Toletano pontifici generalis synodi potestate ut episcopi alterius provinciæ, cum conniventia principum, in urbe regia ordinentur. Item de recepto [c] testimonio personarum, qui per legem, quæ de promotione exercitus facta est, testificandi licentiam perdiderunt. Item de his, qui uxores suas divortio intercedente relinquunt. Item de confirmatione legum, quæ in judæorum nequitiam promulgatæ sunt, juxta earumdem legum præfixum ordinem titulorum, qui in eodem canone annumerantur. Item de his, qui ad ecclesiam confugium faciunt. Item de cultoribus idolorum. Item de interdicto [d] temporis constituti, quo debeat concilium celebrari. Item conclusio definitionum, in qua et Deo gratiæ referuntur, et pro principe exoratur; statuentes videlicet, ut qui contra supradictorum capitulorum decreta venire præsumserit, et ecclesiasticæ excommunicationis sententia feriatur, et ad legem [e] gloriosi principis, quæ in confirmatione ejusdem concilii facta est, teneatur obnoxius.

[1] *Al.* nusquam episcopus.

CAP. XVI.

Ex eodem Toletano XIII. anno 683.

Lex in confirmatione concilii, edita ab Ervigio rege.

In nomine Domini, Flavius Ervigius rex. Eximia synodalis auctoritas et veneranda est pariter et tremenda, quæ in tantum per donum Sancti Spiritus agit, [f], ut ex diversitate multorum animorum et cordium unum cor unamque animam fecisse monstretur, dum numerositas aggregata pontificum non per sententiam discrepat, non per stimulum diversa objectat, non per judicium aliud unus, quam uni-

Yyy 2

[a] *Id est*: De examinata et confirmata electione Ervigii ad regni fastigium.
[b] *Hoc est*: De recipiendis ab ecclesia excommunicatis ob culpam contra regem commissam, si eos rex jam receperit. [c] Restituto. [d] Indictione. [e] Vide supra cap. proximo. [f] Cujus tanta est virtus ex Spiritus Sancti dono.

universitas format. Et ideo reverendum mihi conventum synodalis concilii, in cujus medio præsentia Sancti Spiritus se habitare promisit, devote venerans instanterque honorans [a], ea quæ illorum ore nostræque gloriæ hortatu digesta sunt, in notitiam deducamus singulorum. Illa dicimus synodalis concilii gesta, quæ anno quarto regni nostri in Toletana urbe noscuntur esse confecta [b], quarum institutionum evidentia [c] [1] sine cunctatione omnibus innotescant, hic ea prælegimus specialiter renotanda. Est igitur primus canon, de reddito testimonio dignitatis eorum, quos profanatio infidelitatis cum Paullo traxit in societatem tyrannidis; quos celsitudo nostra, una cum filiis per hujus nostræ legis edictum et testimonio nobilitatis pristinæ, uti et rebus, quas per auctoritatis nostræ vigorem perceperint, decernimus [d].

1 *Al.* ut sine.

Item secundus est titulus de accusatis sacerdotibus, seu etiam optimatibus palatii atque Gardingis, sub qua eos justitiæ cautela examinari conveniat, quos gloriæ nostræ mansuetudo, juxta ipsius canonis instituta, nullis tormentorum generibus ante publicam discusionem subjici censuit; sed omnes qui deinceps fuerint accusati, juxta sanctionem prædicti concilii erunt proculdubio judicandi. Unde id specialiter observandum fore censemus, ut quicquid contra hanc regulam sententiæ nostræ, vel prædicti canonis institutionem, aut in personam cujusquam fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ extiterit judicatum, juxta prædicti canonis instituta nullo vigore subsistat; quod persona ipsa aliter quam decernimus judicata, aut testimonii sui dignitatem amittat, aut quæstu rei propriæ careat.

Tertius quoque canon est de tributorum principali relaxatione in plebe, ubi nostræ gloriæ auctoritate simul et exhortatione sancitum est, ut [2] omne tributorum præteritorum annorum, usque in anno primo regni nostri, quod in privatis sive in fiscalibus [3] populis relucet, absolutionis perpetuæ debeat sanctione laxari; ea tantum præcipiens thesauris publicis exhiberi, quæ exacta et non illata fuisse constiterit.

2 *Al.* omne tributum.

3 *Al.* populis subjacet. *Vel* rejacet.

Quartus post hæc sequitur canon de munitione prolis, quem promtæ [4] voluntatis annisu omnis conventus sacerdotum atque etiam seniorum condere prælegerunt.

4 *Al.* voluntatis effectu.

Quin-

a *Adderis*: oportet ut. *b* Scilicet in Tolet. XIII. *c* *Adde etiam*: ut.
d *Forte addendum*: restitui.

Quintus canon sequitur, ne defuncto principe relictam ejus conjugem quisquam sibi aut in conjugio, aut in adulterio audeat copulare.

Sextus deinde sequitur canon, ut exceptis servis vel libertis fiscalibus, nullus de servitute quorumlibet aut libertis deinceps ad Palatinum officium transeat. Quod si fecerint, præsentis legis nostræ edicto ad propriæ servitutis jugum modis omnibus reducendi sunt; qualiter a dominis suis si superstites sunt, aut eorum propinquis quibus decedentium successio ex lege debetur, servituti tradantur.

Post hunc septimus est canon, de his, qui pro accidentia jurgiorum altaria nudare præsumunt, vel luminaria ecclesiæ subtrahunt.

Octavus quoque canon sequitur, ne admonente metropolitano quisquam ex confinitimis ad locum ubi invitatur, venire contemnat.

Nonus quoque canon sequitur, de confirmatione concilii Toletani XII. quod factum est anno primo gloriæ nostræ.

Decimus huic canon adjungitur, ubi speciali sententia definitur, utrum audeant ministrare hi, qui pœnitentiam in sacerdotio constituti accipiunt.

Undecimus quoque canon habetur, ne quis alienum clericum vel monachum suscipiat fugientem.

Duodecimus post hæc canon scribitur, de non excommunicandis a proprio episcopo personis illis, quæ ad metropolitanum suum negotia sua suggesturæ accesserint.

Ultimus et tertius decimus post hunc canon subsequitur, de relatione gratiarum, quæ post peractionem concilii Deo et principi persolvuntur. Quæ omnia præmissa synodalia institutionum decreta a præsenti die, vel tempore omni cura omnique diligentia per cunctas regni nostri provincias decernimus observanda. Qualiter et perspicuum auctoritatis validæ fastigium subeant, et perpetuo vigoris ordine solidata persistant.

Quam ob rem sacræ hujus legis oraculo omnibus generaliter religiosis [a], atque etiam laicis sub regni nostri ditione manentibus interdicimus pariter et jubemus, ut prædicta synodalia gesta nullus contemnat, nullus etiam præterire aut convellere audeat, nemo notus [b] harum constitutionum jura resolvat, nemo incognitus [c] nescientiæ suæ objectibus excusare se conjiciat [d], nam a præme-

a Clericis. b Scienter. c Ignoranter. d Contendat, conetur.

memorato superius die et tempore et auctoritatis debitæ vigore pollebunt, et institutionum suarum regulis cunctorum universitas adstringetur.

Si quis autem hujus nostræ legis violator extiterit, ac non potius ea quæ præmissa sunt custodierit, et diutinam ecclesiasticæ disciplinæ excommunicationem excipiat, et decimam partem rei suæ fisci partibus sociandam, amittat. Quod si nihil habuerit facultatis, unde prædictam compositionem [a] persolvere possit, absque aliquo infamio sui quinquaginta eum oportebit ictibus verberari. Hujus igitur legis nostræ decretum, quod in confirmatione hujus sacri concilii noscitur promulgatum, gloriosæ manus nostræ exaratione subscripsimus, et ad perennem memoriam valorem ei perpetuum innodamus. Edita lex in confirmatione concilii, Toleto, sub die Idus Novembris. Era 721. anno quoque feliciter quarto regni gloriæ nostræ. In Dei nomine, Ervigius rex.

CAP. XVII.

Ex Concilio Toletano XIV. anno 684. can. 3.

De adversitate duplici, qua non potuit generale concilium fieri, qua non obstante sextæ synodi generalis acta suscepta et approbata sunt.

Et quæ siquidem totius allegationis illatio exhibita nobis est [b] temporis infesti urgente pressura, quo non solum tellus omnis hiemali stricta gelu, glaciali nivium immensitate duruerat, sed et tunc quando ex generali concilio [c] nos absolutos jam esse constabat. Quo gemino obsistentis caussæ obice præpediti, generaliter iterato tunc non quivimus aggregari, quos et vicina [d] concilii absolutio propriis sedibus reddiderat imminutos [e], et procellosi temporis adversitas non sinebat iterum adunari dispersos. Sed licet in unum generaliter colligi per idem tempus Hispanorum omnium præsulum societas nequivisset, sparsis tamen sedibus atque locis præfatas gestorum regulas [f] pertractandas suscepimus, susceptas perlegimus, approbantes in his de utrarumque Jesu Christi Filii Dei differentia naturarum, quo gemina in

a Pœnam. b *Ac si diceret*: Quæ quidem sextæ synodi generalis acta exhibita nobis sunt, et allata. Vide sis cap. 33. et 34. de *Exord. et epilog. concil.* c Tolet. XIII. d Proxima. e Fessos. f Concil. Constantinop. III. sexti generalis.

in eo voluntas et operatio prædicatur, recti dogmatis sensum, inculpandæ disputationis edictum, apostolicæ traditionis stilum.

CAP. XVIII.

Ex eodem, canone 4.

De responsis partis nostræ, quibus præfata sextæ synodi acta acceptata sunt, et ad omnis Hispaniæ cleri ac populi notitiam, conciliis provincialibus coactis, transmissa sunt.

Placuit proinde illo tunc tempore apologeticæ defensionis nostræ responsis [a] satisfacientes Romano Pontifici, ea ipsa gesta firmare, nostræque fidei sensum purissima verborum enodatione depromere. Et quia illic de hac gemina voluntate et operatione Jesu Christi Filii Dei copiose et dilucide insigniuntur quæ vera sunt, quæ jam utique Romanis partibus per legatos Hispaniæ destinata sunt, nunc nobis id operis restat, ut juxta canonum speciale decretum [b], quo concilium generale pro Fidei caussis aggregari præcipitur, utraque operum gesta et synodico dirimantur examine, et discreta conciliorum fulciantur auctoritate, quo juxta edictum præmemorati principis [c] gloriosi, adunato per singulas quasque provincias regni ejus conciliorum conventu, synodica iterum examinatione decocta, vel communi omnium conciliorum judicio comprobata, per singula Hispaniæ provinciarum concilia præmemorata synodi gesta, seu etiam eadem partis nostræ responsa, omnium notionem attingant, salubri etiam divulgatione in agnitionem plebium transeant.

CAP. XIX.

Ex eodem, canone 5.

De iterata discussione, et acceptatione *præmemorati concilii.*

Communi proinde jam omnium judicio placet, ut quia generaliter in unum omnes Hispaniæ præsules aggregari non

a Extant in cap. 11. *de summa Trinit.* et cap. 14. de *Incarnat. Verbi Dei.* b Tolet. IV. can. 3. Vide sis de *Tempore celebr. concil.* cap. 4. c Ervigii, memorati cap. 34. de *Exord. et epil. concil.*

non quivimus, saltem discretis provinciis concilia celebremus, quo prædicta synodi gesta, vel nostræ partis responsa et digno probitatis demum decoquantur judicio [a], et synodico laudabili illustrentur stilo [b]. Ideo nos primum omnes Carthaginis provinciæ pontifices pari animorum judicio prædicta gesta cum antiquis conciliis conferentes, assistentibus quoque nobis vicariis reverendissimorum sublimiumque primarum [c] sedium episcoporum, id est, Tarraconensis provinciæ Cypriani, Narbonensis Sunifredi, Emeritensis Stephani, Bracharensis Juliani, Hispalensis Floresindi, iterato ea ipsa gesta probavimus, decretis quidem illis synodalibus, et præcipuis in omnibus consona, et Nicenæ quidem, Constantinopolitanæ, vel Ephesinæ Fidei concordantia. Chalcedonensis vero tam esse unita, utpote ipsis verbis edita vel libata; quippe quibus sumta videtur pene omnis ipsius stili præcurrentis materia.

CAP. XX.

Ex eodem, canone 6.

De præmemorati concilii honore collato.

Et ideo supradicti acta concilii in tantum a nobis veneranda sunt, et recipienda constabunt, in quantum a præmissis conciliis non discedunt, immo in quantum cum illis concordare videntur. Habebunt ergo sui ordinis locum, quæ sublimationis habent et meritum [d]. Unde his conciliis ea ipsa subnectenda decernimus, quorum et auctoritate fulta probamus.

CAP. XXI.

Ex eodem, canone 7.

De loco vel ordine, quo jam dictum concilium collocari oporteat, scilicet post Chalcedonense.

Post Chalcedonense [e] igitur concilium, hæc debito hono-

a Et nostro examinata judicio adprobentur. b Et a synodo scholiis illustrentur. c Metropolitarum. d Eo ordine in codice canonum locabuntur, qui eis juxta meritum competat. e In antiquo tamen ecclesiæ Hispanæ codice inserta esse non videntur sextæ synodi acta, uti colligitur ex codicis indice, de quo satis in præfatione nostra.

nore, loco et ordine collocanda sunt, ut cujus glorioso themate fulgent, ei [a] loci et ordinis coaptentur honore.

CAP. XXII.

Ex eodem, canone II.

De communi omnium judicio, quo præfata *responsa partis nostræ firmata sunt.*

Illa igitur apologetica defensionis nostræ responsa, quæ ob istorum confirmationem sunt edita, pro multorum instructione, et utilitate ecclesiasticæ disciplinæ, simili honoris et reverentiæ vigore firmamus, atque ad vicem decretalium epistolarum [b] ea permanenda sancimus.

CAP. XXIII.

Ex Concilio Toletano XV. anno 688.

Data lex in confirmatione concilii generalis Toletani XV. *sub anno primo regni gloriosi Egicani principis nostri.*

[1] Decretis et eximiis temporis nostri gestis synodalibus præfaventes, quibus et doctrinæ sacrosanctæ Fidei [2] audivimus copiam [c], et indissolubilis juramenti novimus confractam esse catenam, id lege promulgata decernimus, ut ea ipsa, quæ inconvulso canonum vigore decreta sunt, ab omnibus cautissima et diligenti observatione serventur. Si quis autem his ipsis definitionibus contraire voluerit, decima suarum rerum parte multabitur, excommunicationis insuper sententia ferietur.

1 *Al.* Discretis et eximiis.
2 *Al.* audimus.

a Forte: ejus. *b* Scilicet Romanorum Pontificum, quæ insertæ sunt Hispano canonum codici, non tamen apologia inserta fuisse videtur, uti ex ejus indice evincitur. Vide sis iterum præfat. nostram. *c Hoc est*: quos et audivimus recitare exemplar doctrinæ sacrosanctæ Fidei.

CAP. XXIV.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. can. 7.

De publicatione concilii, ut ab unoquoque episcopo fiat, cujus decreta si quis improbare auserit, bimestri excommunicatione plectatur.

Grandis populo datur emendationis correctio, si gesta synodalia dum quandoque peraguntur [a], relatione pontificum in suis parochiis [b] publicantur. Et ideo plena decernimus unanimitate connexi, ut dum in qualibet provincia [1] concilium agitatur, unusquisque episcoporum admonitionibus suis infra sex mensium spatium omnes abbates, presbyteros, diaconos, atque clericos, seu etiam omnem conventum civitatis ipsius, ubi præesse dignoscitur, nec non et cunctam diœcesis suæ plebem aggregare nequaquam moretur, quatenus coram [2] eis publice omnia reserata de his quæ eodem anno in concilio acta vel definita extiterint, plenissime notiores efficiantur. Profecto etenim pravorum severitas [c] extirpatur, dum canonica instituta ad agnitionem eorum observanda modis omnibus deducuntur. Ita scilicet, ut quæ sunt aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, nullus his contradicere audeat, nullus ea reverberare [d] præsumat, nullus non implere contendat. Quod si quispiam ea aut parvipendenda crediderit, aut contemnenda delegerit [e], aut contra hæc inobedientia tumidus, susurratione [f] plenus, invidia incensus, et laceratione perfunctus [g], nec non potius [3] earumdem definitionum extiterit [h] favor benevolus, sententia excommunicationis, duorum mensium curriculo persistet usquequaque multatus.

1 *Al.* concilium agitur.

2 *Al.* eis plenissime omnia referet, quæ eodem anno in concilio acta vel definita esse noscuntur. Profecto.

3 *Al.* earumdem institutionum.

a Puta: si quando peragantur gesta synodalia. *b* Sedibus. *c* Sævitia. *d* Repellere, refutare. *e* Decreverit. *f* Maledicentia. *g Forte*: perfussus animo, decreta dilacerandi. *h Fortassis*; fautor *vel* factor benevolus.

CAP. XXV.

Ex eodem, canone 13.

Lex edita in confirmatione concilii, ut Narbonensis provinciæ episcopi, quibus ad hanc synodum venire non licuit, in unum collecti his canonibus subscribant; nec quisquam eis contraire audeat sub excommunicatione, et quintæ partis bonorum amissione.

Synodalis conventus et numerosa adunatio sacerdotum eo venerabilior cunctis perpenditur, eo nihilominus terribilis cernitur, quod in medio cœtus eorum præsentia individuæ Trinitatis adesse nequaquam ambigitur, sancto protestante evangelio: *Ubicumque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi sum et ego in medio eorum.* Matth. 18. v. 20. Quo circa, quia se in eorum medio superni omnipotentia Numinis adesse innotuit, quid aliud, nisi quicquid eorum more [a] depromitur, inspiramine est ejus [b] affectum, qui se inter eos est fassus habitaturum? Unde gloriosa serenitas nostra ea quæ unanimitas eorum depromsit, immo quæ per ora illorum Spiritus Sanctus promulgavit, venerabiliter suscipit, amanter amplectitur, et per hujus legis nostræ decretum firma in perpetuum manere decernit, inconvulsibili consistere auctoritate instituit, et omnimodum robur obtinere decernit, scilicet ut a præsentis diei temporisque articulo, omni vigilantia, omni sollicitudine, omni etiam cura, quæque sunt pro disciplina vel utilitate ecclesiastica in hac synodo definita, quæque pro corrigendis pravorum moribus edita, per cunctas regni nostri provincias ab omnibus custodiantur, et absque aliqua scrupulositate vel controversiæ oppositione [c] serventur. Et quia ingruente inguinalis plagæ vastatione, qui ad Narbonensem sedem pertinent episcopi, nequaquam sunt in hac sancta synodo aggregati, ideo per hanc nostræ mansuetudinis legem instituentes jubemus, ut omnes ad ejusdem cathedræ diœcesim pertinentes episcopi, in eadem urbe Narbona cum suo metropolitano adunentur, et cunctis hujus

[a] *Fortassis legendum*: ore; et nisi fallar, litera *m* ex obscura alicujus loquentis pronuntiatione, vel turpi auscultantis auditu a finali vocabuli: *eorum*, ad principium alterius quod sequitur: *ore* protracta fuit. [b] *Forte*: effectum. [c] *Id est*: opposita difficultate.

jus concilii capitulis vigilaci ab eis indagatione perlectis, accedant ordinibus debitis subscriptores. Si quis igitur earumdem definitionum constitutiones temerare præsumserit, detrahere visus fuerit, et miserabili ausu eis contraire tentaverit, excommunicationis sententia ferietur, et rerum suarum [1] quinta parte multabitur.

1 *Al.* quarta parte.

CAP. XXVI.

Ex Concilio Toletano XVIII. anno 694.

Lex in confirmatione concilii, edita ab Egica Rege.

Congruum satis genti ac patriæ nostræ, atque expedibile perpenditur omni ecclesiæ, si ea quæ synodali definiuntur conventu, principali confirmentur stilo [a]. Iccirco per hujus legis decretum serenitatis nostræ mansuetudo decernit, ut omnium capitulorum sententiæ quæ in hac sancta synodo promulgata noscuntur, firmissimæ stabilitatis obtineant robur, id est *1. De tribus diebus, quibus in initio concilii nihil aliud agendum jubemus, nisi tantum de Fide, ac de aliis rebus spiritualibus, nullo sæcularium interposito. 2. De servandis ostiis baptisterii in initio quadragesimæ. 3. De ablutione pedum in Cœna Domini facienda. 4. De sacris ministeriis vel ornamentis ecclesiarum. 5. De his, qui Missam defunctorum pro vivis audent malevole celebrare. 6. De diebus Litaniarum, per totos duodecim menses celebrandis. 7. De nutritione conjugis atque prolis regiæ. 8. De Judæorum damnatione.*

Quarum omnium constitutionum decreta quicumque temeranda crediderint, observare noluerint, venerari neglexerint, cujuslibet sint generis personæ vel ordinis, secundum præcedentium conciliorum leges, quæ in confirmatione eorum sunt promulgatæ, sive excommunicatione seu etiam damno [b] maneant usquequaque damnati.

a Principis confirmentur rescripto. b Pœna temporali.

CAP.

CAP. XXVII.

Ut nullus sine archipresbyteri, vel canonicorum consensu dispensare audeat de constitutis

in Synodo Helenensi anno 1027. *cap.* 7.

Omnibus canonicis suprascriptæ sedis interdicimus coram Deo et sanctis ejus, ut nullus eorum de his aliquid solvere [a] audeat sine consensu præfati archipresbyteri, vel archidiaconorum, sive sacriscrini [b] et caputscholaris [c] vel ceterorum fratrum canonicorum.

CAP. XXVIII.

Constituta in Synodo Ovetensi, a Regibus regiaque familia, ac Hispaniæ proceribus acceptantur et roborantur

in eadem Synodo Ovetensi anno 1115. *in Epil.*

Regina autem Domina Urraca [d], cum omnibus filiis et filiabus suis, hanc præscriptam constitutionem [e] confirmavit, et juravit eam, et fecit jurare et confirmare eam omnibus hominibus habitantibus in omni regno ejus, tam ecclesiastici ordinis, quam sæcularis. Sorores itaque jam dictæ reginæ, Dona Geloira infanta, cum omnibus filiis et filiabus suis, et cum omnibus hominibus sibi subditis, atque infanta Dona Tarasia, cum omnibus filiis et filiabus sibi subditis, juraverunt, et confirmaverunt, sicut supra taxatum [f] est.

Nos igitur omnes subscripti hoc scriptum, et hanc promissionem sub sacramento [g] confirmamus et roboramus, tam pro nobis, quam pro omni progenie nostra futura, ut sit promissio hæc stabilis, et firma usque in finem mundi per omnia sæcula. *Subscriptiones vide in cap. 36. de Subscript. concil.*

Constitutio hæc non hominis, sed omnipotentis Dei vox fuit, qui per universum mundum eam seminavit, et au-

a Dispensare. *b* Sacristæ, seu Thesaurarii. *c* Magistri scholæ, seu cœtus cantorum vel juvenum, qui in ecclesiæ schola instituebantur; unde Cantores appellantur nunc *Capiscoles*. *d* Filia Alphonsi VI. *e* Quæ extat cap. 11. de *Immunit. Eccles.* *f* Notatum. *g* Juramento.

audita placuit omnibus hominibus sub cœlo habitantibus, tam christianis, quam paganis, vel judæis.

Maledictio.

Si quis itaque hanc sanctam et justam nostram promissionem, et sub sacramento sanctam confirmationem tam nos, quam ex omni nostra futura progenie violaverit, et per dignam satisfactionem, sicut superius dictum est, se non emendaverit, sit ab omnipotenti Deo maledictus et excommunicatus, et ab omni consortio fidelium et sanctorum in hoc sæculo et in futuro sit separatus, et cum diabolo et angelis ejus patiatur pœnas in inferno damnatus.

Benedictio.

Omnis homo, qui hanc præscriptam constitutionem audierit, servaverit, firmaverit, et custodierit eam, sit custoditus, et benedictus a Domino Deo nostro Jesu Christo, qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Sub Era MCLXII.

Adephonsus rex [a] Raimundi consulis [b] et Urracæ reginæ filius, postquam præscriptam constitutionem audivit, et in regno Hispaniæ post mortem matris suæ regnare cœpisset, confirmavit, et juravit eam, et fecit eam confirmare et jurare et stabilire omnibus hominibus habitantibus in omni regno ejus, ut servetur et custodiatur usque mundus iste finiatur.

Sub Era MCLVIII.

Similiter infante Domino Adephonso [c] Portugalensi, cum omnibus hominibus nobilibus et ignobilibus, habitantibus in omni honore [d] illius, postquam præscriptam constitutionem audierunt, et confirmaverunt et stabilierunt eam pro se, et pro omni progenie eorum, ut servetur usque in finem sæculi hujus.

In diebus illis.

Adephonsus rex Aragonensis [e], similiter cum fratre suo

[a] Castellæ VII. [b] Ducis Burgundiæ. [c] Duce, deinde Rege. [d] Ditione.
[e] Cum quo secundas inivit nuptias Urraca, defuncto Raimundo.

suo Ramiro monacho [a], cum omnibus hominibus nobilibus et ignobilibus habitantibus in omni regno eorum, præscriptam constitutionem juraverunt et confirmaverunt, et stabilierunt eam pro se, et omni progenie eorum, sicut supra tractatum est.

Maledictio.

Si quis tamen (quod fieri minime credimus) rex, comes [b], vicecomes [c], majorinus [d], sajo [e], tam ecclesiasticus homo, quam sæcularis, hanc scriptam constitutionem frangere tentaverit, quisquis ille fuerit, qui talia commiserit, fracta manu, pede, et cervice, evulsis oculis, lepra percussus, frangat eum Deus in conspectu omnium inimicorum suorum; sit maledictus, et excommunicatus usque in septimam generationem, in conspectu Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, et insuper cum Dathan et Abiron, et cum Juda Domini proditore, cum Simone Mago, et Nerone pares pœnas sustineat in æterna damnatione. Amen.

Benedictio.

Quicumque hanc constitutionem omnibus modis, prout potuerit, servaverit et custodierit eam, servet eum Deus in hoc sæculo, et in die judicii, et cum sanctis suis det ei vitam æternam in regno suo, et sit benedictus ab Omnipotenti Deo, qui cum Filio Domino nostro Jesu Christo, una cum Spiritu Sancto perenniter vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum.

Laus Deo.

Nunc autem pro tantis bonis a Deo collatis benedicamus, et collaudemus Dominum Deum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen.

a Monasterii de Sahagun, et episcopo primo Burgensi, dein Pampilonensi, et postremo Rotensi et Barbastrensi, quibus nihilominus impedimentis, nuptias inire non dubitavit cum Agnete, Guillelmi de Potiers filia.
b Provinciarum Rectores erant Comites, unde apud nos vocabulum: *Conde.*
c Vicarii Comitum fuerant, unde remanet vox honoris: *Vizconde.* *d* Judices oppidorum, qui vocantur in Legibus Partitarum: *Merini.* *e* Sajones erant Regii apparitores.

TIT. VI.

DE EXORDIIS, ET EPILOGIS CONCILIORUM.

CAP. I.

[1] *Concilium* [a] *Illiberitanum* [b].

1 Al. *Concilium Illiberitanum. Elibertinum. Eliberritanum. Eliberitanum. Iduum Majarum, sanctorum episcoporum numero XLIII.*

2 *Al.* Quum consedissent.

[2] QUUM convenissent sancti et religiosi episcopi in ecclesia

a Nationale, eo quod ex universa pene Hispania episcopi interfuerint.

b Illiberi civitas fuit Provinciæ Bæticæ, sita ubi nunc Granata, vel non longe ab ipsa. De hujus concilii epoca varia fuit catholicorum et hæreticorum opinio. Horum nonnulli per summam audaciam recentissimum illud fuisse, contendunt. Ex catholicis nonnulli arbitrati sunt, ad an. 324. aut 325. referendum esse. Et sane Sabinus Hispalensis, alter ex hujus concilii Patribus, qui secundo loco, juxta eam qua utimur editionem, sobscribit, interfuisse quoque visus est concilio Arelatensi an. 314. quum adhuc esset presbyter, sub hac sobscriptione: *Ex provincia Hispaniæ, civitate Betica, Sabinus Presbyter.* Verum quum Osius, qui concilio quoque Illiberitano, interfuit, ab an. 313. absens fuerit ab Hispania, et non diu ante Nicæni celebrationem in Orientem profectus fuerit, extra omnem dubitationem est, synodum Illiberitanam haberi non potuisse, nisi ante annum 313. et Sabinum, qui qua presbyter concilio Arelatensi subscribit, alterum proculdubio fuisse, et posteriorem Sabino episcopo, qui Illiberitano subscribit. Alii vero concilium hoc ad annum 305. rejiciunt; id tamen verosimile non est, Valerius enim Cæsaraugustanus, qui huic concilio Illiberitano interfuit, exilio pulsus est a Daciano et ad oram fluminis *Cinca* in Aragonia se contulit, ibique in pace quievit: quæ quidem Valerii relegatio ante an. 305. contingere debuit, in quo Dacianus imperio cessit.

Gonzaletius, Pseudo-Flavi Dextri commentis deceptus, et Florezius fissus vario et incerto ordine quo describuntur episcopi qui interfuere concilio, illud in an. 300. aut 301 constituunt. At quis scit, an hujus episcoporum descriptionis auctor ordinationis antiquitatem servaverit, eamque religiose custodierint collectores posteri?

Ego tamen Cardinalis de Aguirre opinioni adhærere, satius esse duxi, qui anno 303. Idibus Maii post evulgatum Romæ in die Passionis Domini impium illud adversus christianos decretum, ex rigorosis adversus lapsos statutis pœnis, coactum esse conjecit. Neque momenta a Florezio in contrariom excogitata de sententia nos dimovere poterunt. Concilia quippe persecutionis tempore celebrari facile potuerunt, sicuti et sanctissimæ illæ Synaxes a primis christianis, furentibus contra eos sæculi principibus, habitæ sunt. Haberi utique potuerunt clam et sine ulla Gentilium Imperatorum notitia, quum episcopi a reliquis populi hominibus in exteriori habitu non differrent. Quod a die Passionis Domini ad idus Maii quibus celebratum est concilium, exiguum temporis intercesserit, ut convocari et convenire possent tam dissitarum Sedium episcopi; quid? Potuerunt episcopi ante promulgatum decretum convocari, et post promulgatum congregari.

Varia quoque fuit de hujus concilii canonibus doctissimorum hominum opinio, quos licet jampridem multiplici eruditionis copia Ferdinandus de Mendoza exagitavit, sapientissimos nihilominus Carolus Berardi Parte I. cap. 2. in *Grat. Canon.* alia sibi blanditur invenisse *graviora rationum momenta, ex quibus vir prudens de eorum canonum fide atque integritate hæsitabit.* Gravius, si superis placet, momentum ex his, quæ Berardus de novo excogitavit, hoc est: *Quod nemo ex collectoribus antiquissimis, ne unum quidem Eliberitani concilii canonem codicibus suis inseruerit; immo neque Martinus Bracharensis, licet gente Hispanus, quique res saltem patriæ suæ collectioni adjicere debuisset.* Verum miror quidem ego, quod Berardus, qui paullo ante in *Præfatione* observat. V. Martinum appellavit Pannonem, nunc gente et patria recuderit Hispanum; haud tamen miror, quod nemo ex collectoribus antiquissimis ne unum quidem Illiberitani concilii canonem codicibus suis inseruerit; quum sciam, quod nemo ex collectoribus antiquissimis vel unum ex hispanis canonibus codicibus suis inseruerit, præter Martinum Bracharensem. Martinus vero nullum ex Illiberitanis canonibus collectioni suæ inseruit, ea fortassis de caussa, vel quia ri-

gi-

sia Eliberina, hoc est: Felix Episcopus [1] Auxitanus [a], Sabinus Episcopus Spalensis [b], [2] Smagius Episcopus Bigerrensis [c], Pardius Episcopus Mentesanus [d], Catonus Episcopus Corsicanus [e], Valerius [f] Episcopus Cæsaraugustanus [g], Melanthius Episcopus Toletanus [h], Vincentius Episcopus Ossonabensis [i], Successus Episcopus Eliocrocensis [k], Patricius Episcopus Malacitanus [l], Osius [m] Episcopus Cordubensis [n], Camerinus Episcopus Tuccitanus [o], Secundinus Episcopus Catraleucensis [p], Flavius Episcopus Eliberinus [q], Liberius Episcopus Emeritanus [r], Decentius Episcopus Legionensis [s], Januarius Episcopus Sibariensis [t], Quintianus Episcopus Elborensis [u], Eutychianus Episcopus Bassitanus [x].

1 *Al.* Accitanus. Aquitanus.

2 *Al.* Sinagius Episcopus Bigertensis. Epagrensis. Pagrensis, Pardus... Cattontus Episcopus Urcitanus, Valerius Episcopua Cæsaraugustensis, Melantius... Vincentius Episcopus Ossolabensis, Successus Episcopus Eliocroensis de Eliocróta.... Camerinnus. Camerimnus Episcopus Tuccitanus, Secundinus Episcopus Castulonensis, Flauvius. Flabianus. Fabianus. Episcopus Eliberrtinus.... Januarius Episcopus Salariensis. de Salaria. de Fiblaria. de Fibularia, Quintianus Episcopus Eborensis, Eutichianus Episcopus Bastitanus.

Re-gida hujus concilii disciplina persecutionum tempori accommodata, exeuntis sæculi septimi constitutioni non congrueret, ut reipsa non congruebat, vel quia sicuti complurium synodorum tum Hispanarum tum Græcarum non meminit, ita etiam Eliberitanam omnino prætermittere voluerit, quippe qui non Collectoris, sed selectoris, ut ita dicam, partes egisse visus sit.

a Potius: Accitanus, civitatis Acci, nunc Guadix, Granatensis suffraganeæ. Sita olim fuit, ubi nunc *Guadix viejo*.

b Civitatis Spalis, voce Phenina, quod idem sonat ac *Planities*. Dicta fuit quondam Romulea, hoc est Romanorum Colonia; dein appellata Hispalis, addito *Hi* ad faciliorem vocabuli prolationem.

c Vel potius: Egabrensis, civitatis Egabro, nunc *Cabra*, non procul a Corduba, sed absque sede episcopalis.

d Civitatis Mentesæ prope Giennium, *Jaen*, ubi nunc sedes episcopalis Toletanæ suffraganea.

e Legendum: Urcitanus, civitatis Urci, quæ extiterat olim ad oram fluminis *Almanzor*, cujus sedes episcopalis in *Almeriam* translata, Granatensis suffraganea facta est.

f Sanctitate, et laboribus pro asserenda christiana religione celebris.

g Cæsaraugustæ. Vide infra cap. a.

h Vide infra cap. 3.

i Civitatis Ossonobæ, quæ qnondam, ut ajunt, extitit ad fluvium *Guadiana*, non procul a *Faro* in loco, qui dicitur *Estoi*.

k Civitatis Eliocroca, quæ hodie dicitur *Lorca* in Regno Murciæ, absque sede episcopali.

l Civitatis Malacæ, hodie *Malaga*, Hispalensis suffraganeæ.

m Natus Cordubæ, ejusdem urbis, uti erat scientia et pietate clarissimus, ordinatus est episcopus. Factus Constantini Mag. familiarissimus, in synodo Nicæna, Sardicensi, Sangrensi primas egit partes; sed Ursacio et Valenti communicare, et Athanasii damnationi subscribere detrectans, a Constante Imperatore pulsus est in exilium, ubi laboribus et tormentis exagitatus, Athanasii tandem damnationi consensit.

n Civitatis Cordubæ, hodie *Cordoba*, Toletanæ.

o Civitatis Tucci, hodie *Martos* in Regno Granatensi.

p Potius: Castulonensis, civitatis Castulo, quæ hodie dicitur *Cazlona*, non procul a Beatia, *Baeza*, ad quam translata fuit episcopalis sedes.

q Illiberi. Vide supra.

r Civitatis Emeritæ, *Merida*. Vide *de Subscript.* cap. 10.

s Civitatis Legionis, *Leon*, quæ habet hodie episcopatum exemtum, nulli subditum metropolitæ.

t Civitatis Sibariæ, quæ extabat olim, ut putant, ubi nunc *Alcazar de la Sal*, in Algalviorum Regno.

u Civitatis Eboræ, *Ebora*, nunc Regni Portugalliæ ecclesiasticæ metropolis.

x Civitatis Bassi, hodie *Baza*, sine episcopali sede, quæ unita fuit Guadicensi.

In Mss. Codicibus Escurialensi et Toletano, quos sequutus est Loaisa, alius servatus est ordo in describendis concilii Patribus, nimirum, Accitanus, Cordubensis, Spalensis, Tuccitanus, Egagrensis, Castolonensis, Mentesanus, Eliberritanus, Urcitanus, Emeritensis, Cæsaraugustanus, Legionensis, Toletanus, de Jiolaria, Ossonobensis, Elborensis, de Eliocroca, Bastitanus, Malacitanus. Hujus inversionis causam

[1] *Al.* XXV.

Residentibus etiam [1] XXXVI. presbyteris, adstantibus diaconibus et omni plebe [a], universi episcopi dixerunt.

Alias, in Mss. codicibus statim post vocabulum, Bassitanus, *progreditur*. Item presbyteri. [2] Restitutus presbyter de Epora [b], Natalis presbyter Ursona [c], Maurus presbyter Iliturgi [d], Lamponianus presbyter de Carula [e], Barbatus de Advingi [f], Felicissimus de Ateva [g], Leo Acinippe [h], Liberalis de Eliocroca [i], Januarius Alauro [j], Januarianus Barbe [k], Victorinus Egabro [l], Titus Avine [m], Eucarius Municipio [n], Silvanus Segalbinia [o], Victor Ulia [p], Januarius Urci [q], Leo Gemella [r], Turrinus Castellona [s], Luxurius Dedrona [t], Emeritus Baria [u], Cumantius Solia [x], Clementius Ossigi [y], Eutices Carthaginensis [z], Julianus Cordova [a]. Die iduum Majarum, aput Eliberim. Residentibus cunctis, adstantibus diaconibus, et omni plebe, episcopi universi dixerunt.

[2] *Al.* Bestutus... de Elehepora. de Elchepora, Natalis... E Ursuna. de Orsuna, Maurus... de Iliiurgi, Lamponius Pres. Karula. de Karula, Barbatus de Advigi. de Advingi, ... Leo Accinipe, Accinipi, Liberatus de Eliociota, Januarius a Lauro, de Lauro, Januarius Barbæ, Victorinus Hegabro. Agabro. a Gabto. Aegabro, Titus a Vinc, Eucharius a Municipio, Silvanus Segalbina. Sagalbina, (*Vel in hoc loco, Victor, et dein Silvanus.*) Victor... Januarius... Leo Gemela, Turrinus Castilona. Castellona, Luxurius de Drona, Emeritus Barca, Eumantius Selia, Clementianus. Eumenianus Ossigi, Eutyches. Eucxes Carthagine, Julianus Presb. Corduba.

sam eam opinatur esse Florezius volum. X. *Hispan. Sacræ* tract. 33. cap. 5. num. 13. quod hujusmodi episcoporum ordo descriptus olim fuerit binis in una pagina columnis, quarum alia decem usque ad Patricium Malacitanum, alia vero novem episcoporum nominibus constaret; quem exscribere volens auctor Mss. Toletani alium ex prima, alium dein ex secunda alternatim excerpsit columna, quum debuisset omnia prioris columnæ primo nomina excipere, et hac absoluta, secundam assumere transcribendam columnam.

a Præter episcopos, presbyteri quoque, diaconi, et laici extitere, sicuti et in primis Hierosolymitanis conventibus; unde in syn. Tolet. IV. can. 4. quibusdam etiam selectis laicis, conciliis interesse, datum est. Vide sis de *Concil. celebr. forma*, cap. 2. At solis episcopis jus fuisse videtur decreta stabiliendi, ut indicant verba illa: *Universi episcopi dixerunt.*

b Eadem videtur esse, quæ nunc *Montoro*, septem leucis a Corduba.

c *Orsuna*, titulus Ducatus, in Regno Hispalensi.

d Non procul ab *Andujar*, ubi extat templum S. Potentianæ in Regno Giennensi.

e *Carbula* in Regno Cordubensi, non procul a *Palma*, inter fluvium *Xenil* et *Guadajoz*.

f Fortassis *Vogia*, et quæ nunc *Andujar* in Regno Giennensi.

g *Ategua*, hodie *Teba la vieja*, prope Cordubam.

h Non longe a Vico *Setenil*, ubi *Ronda la vieja* in Regno Granatensi.

i Hodie *Lorca* in Regno Murciæ.

j Forte *Liria* aut *Laurin* ad fluvium *Xucar* in Regno Valentiæ.

k Prope *Martos* in Regno Granatensi.

l *Cabra*, titulus Comitatus in Regno Cordubensi.

m Forte Ventipo, hodie *Casaliche*, inter Pontem, et *Vado Garcia*, ad fluvium *Xenil*, in Regno Cordubensi.

n Forte Illiberitano.

o *Salabreña* in Regno Granatensi.

p *Montemayor*, inter Cordubam et *Cabra*.

q Civitatis episcopalis Urci, quæ unita fuit Almeriæ.

r Tucci, *Martos*, dicta a Romanis Gemella, in Regno Giennensi.

s Civitatis episcopalis Castullonensis, hodie *Cazlona*, quæ unita fuit Beatiæ et Giennio.

t Forte, quæ hodie dicitur *Ronda*, in Regno Granatensi.

u *Bera*, in Regno Granatensi.

x Forte, *Sanlucar de Barrameda*, in Regno Hispalensi.

y Hodie *Mazquiz*, aut forte *Mengibar* in Regno Giennensi.

z Civitatis Cartaginis, quæ Spàrtaria dicta est; metropolis provinciæ civilis Carthaginensis.

a *Cordoba*, caput Cordubensis provinciæ.

CAP.

CAP. II.

Concilium [a] Cæsaraugustanum [b] XII [c] Episcoporum, Æra CDXVIII. id est, anno Christi 380. [1] [d] *sub* DAMASO PAPA *contra Priscillianistas* [e].

1 *Al.* 381.

Exemplum [f] *sententiarum* [g] *episcoporum concilii Cæsaraugustani.*

Quarto Nonas Octobris Cæsaraugustæ in Secretario [h], residentibus episcopis, [2] Fitadio [i], Delphino [j], Eutychio, Ampelio, Augentio, Lucio, Ithatio [k], Splendonio, Valerio [l], Simphosio [m], Cartherio [n], Idatio [o], ab universis dictum est, Recitentur sententiæ [p], Lucius episcopus legit.

2 *Al.* Tebadio, *vel* Tegadio, *aut* Tedabio, *seu* Sibadio, *sive* Sinadio, Delphino, Raticio, *seu* Raticejo, Ampelio, Augentio, Lucio, Italio, Splendinio, Catherio, et Italio, ab universis episcopis dictum ests Recitetur sententia.

a Nationale, ex eo quod episcopi ex diversis Hispaniæ provinciis, et ex Aquitania convenerint, ut de rebus agerent ad universam nationem spectantibus, de damnanda nimirum Priscilliana hæresi. *b* Cæsaraugusta, Colonia ab Octaviano Augusto erecta inter Edetanos, civitas fuit episcopalis saltem a tempore Valerii, qui concilio Illiberitano interfuit, eaque provinciæ Tarraconensis; quæ quidem ecclesiasticæ metropolis dignitatem obtinuit in syn. Cæsaraugustana an. 1318. sub Petro de Luna primo ejus urbis Archiep.

c Vel potius undecim, si Ithatius et Idatius unus tantummodo fuit episcopus.

d Alii vero anno 379., alii an. 381. celebratum esse contendunt; sed verosimilius an. 380. uti evincit Risco *Hispan. Sacræ.* volum. XXX. tract. 66. cap. 9. a n. 3.

e Hoc itaque est concilium Cæsaraugustanum adversus Priscillianistas habitum, de quo Sulpitius Severus *Histor.* lib. 2. quamvis enim in eo nec verbum de Priscillianistis, omnes fere concilii canones eorumdem errores impetere videntur.

f Exemplar, transumtum. *g* Decretorum. *h* Secretarium locus erat secretus, sive ab hominum frequentia semotus, ecclesiæ adjacens; in quo ecclesiæ supellectilia condebantur, et ecclesiasticus cogebatur senatus. *i* Episcopo, ut creditur, Aginemi, Prov. Aquit. *j* Episcopo Burdigalensi ejusd. Prov. Aquit. quem fuisse virtute clarissimum, refert S. Paullinus in vita S. Felicis. *k* Sive Idatio, episcopo Ossonabensi, Sulpitius quippe, Priscillianæ hæresis historiam referens, quamvis nunc Ithatium, nunc Idatium nominet, easdem tamen utriusque nominis notas tradit; quo circa nullus dubitat, eumdem fuisse Ithatium ac Idatium, solumque ex diversa unius nominis lectione, Idatium persona diversum ab Ithatio processisse, et quod nonnulli, futili hoc tantum distinctæ lectionis argumento ducti, præter Ithatium episcopum Ossonabensem, *Idatium Emeritæ-civitatis sacerdotem*, pro *Idatium Emeritæ ætatis sacerdotem* legerint in historia Sulpitii, simulque præter Ithatium, qui septimo loco in hujus concilii exordio descriptus est, Idatium postremo loco addiderint. Ithatius itaque sive Idatius de Priscillianæ hæresis contagio ab Adigno episcopo Cordubensi commonitus, *sine modo*, inquit Sulpitius loco laud. *Instantium, et ejus socios Priscillianistas lacessens, facem quamdam nascenti incendio subdidit, ut exasperaverit multos, potius quam compresserit*, ita ut non aliud relictum fuerit extinguendæ hæresi remedium, quam hujus concilii celebratio.

l Episcopo Cæsaraugustano, uti colligitur ex Prudent. *Hym. in honor. S. Hippolyti*; sed distincto ab eo qui syn. Illiberit. interfuit. *m* Episcopo Auriensi, civitatis *Oxense*, qui Priscilliani erroribus infectus, hos in concilio Tolet. I. execratus est, et in eum lata est sententia. *Vide sis cap.* 1. *de Hæres. ejurat.* *n* Cartherium *laudatæ senectutis, et sanctæ eruditionis Pontificem* appellat Braulio, epist. 44. *Hispaniæ Sacræ*, volum. XXX. in Append. eumque ejusdem cum Turibio, Idatio, et Orosio Provinciæ oriundum esse, testatur. *o* Eodem ac Ithatio, uti supra.

p Quæ scilicet jam ante constitutæ fuerant.

CAP. III.

Concilium[a] *Toletanum I.*[b] *XIX. Episcoporum, anno Christi* 400.

Constitutio concilii episcoporum Toleti[c], *habiti Arcadii et Honorii temporibus*[d] *Æra CDXXXVIII. sub die septimo idus Septembris, Stilicone Consule*[e].

Convenientibus episcopis in ecclesia Toleto, id est, [1] Patruinus, [2] [f] Marcellus [g], Aphrodisius, Licianus, Jucundus, Severus, Leonas, Hilarius, Olympius [h] Ortizius [i], Asturius [j], Lampidius [k], Serenus, Florus, Leporius, Statius,

1 *Al.* Patruinus. Petrunius.
2 *Al.* Patrono, Marcello, Aliciano, Afrodylio, Jocundo, Olympio, Severo, Asterio, Hilario, Lampadio, Eustochio, Exuperantio, Sereno, Floro, Leporio, Aureliano.

a Nationale, eo quod episcopi ex diversis Hispaniæ provinciis convenerint, resque in eo tractandæ ad universam Hispaniam immo et ad totam ecclesiam spectarent, Priscillianistarum nimirum errores damnandi, et ab jisdem erroribus ad catholicam Fidem conversi recipiendi. *b* Primum, ex his videlicet conciliis, quorum acta ad nos usque pervenerunt. *c* Toletum civitas est ad Tagum flumen aita in Carpetanis, quæ ad conventum Carthaginensem spectabat nsque ad an. 579. Æræ vulg. et undecimo regni Leovigildi, in quo regia sedes facta est, juxta Biclarense. Quantum autem ad metropolis ecclesiasticæ dignitatem attinet, eam a tempore quo stabiles metropoles constitutæ sunt, obtinuit Toletum; nam quum in aynodo Tolet. II. ut in cap. 2. de *Convocat. Concil.* Episcopi ad futurum vocentur concilium, *apud Montanum, qui in metropoli est*, id est, in Toletum metropolim, ubi sedet Montanus episcopus, et jam tum usus haud recens haberet, ut concilia Toleti cogerentur, uti Toletanum primnm, aliud, de quo Sulpitius, ante ipsum celebratum, et concilium Leonis Papæ decreto coactum, inde colligere est, hujus concilii Tolet. I. tempore hujusmodi dignitatem obtinnisse Toletum, Nonnulli putant, concilium hoc celebratum fuisse in Municipio Cœlenis, Lucensis conventus, ex eo quod Surius, post descripta episcoporum nomina, progrediatur sic: *Hic conventus Municipiis Cœlenis actus est*, quasi hoc indicare vellet: *Hic concilii conventus in Municipio Cœlenis habitus est.* Verum omnes omnino codices, Toleti habitum fuisse firmiter asseverant; quin et index antiquæ canonum Hispanæ collectionis, de quo in præfat. nostra, et aynodus Tolet. XI. can. 11. ut in cap. 8. de *Sacr. Eucharist.* Toletanum, idque primnm appellant. *d* Anno sexto imperii. *e* Primo scilicet consulatu; si enim secundus Stiliconis consulatus esset, ita notaretur: *Stilicone II.* *f* Episcopus, non Toletanus, tunc quippe erat Asturius, non Bracharensis paternus, qui uti reus sententiæ diffinitivæ interfuit, sed Emeritensis. *g* Si verus est Hispalensium episcoporum ordo, qni codici Emilianensi insertus est, ubi primo ponitnr Marcellus, et dein Sabinus, qui synodo Illiberitanæ interfuit, hic non potuit esse Marcellus Hispalensis, ut putaverat Loaisa. *h* Episcopus Prov. Tarraconensis, qui laudatur a Gennadio de *Viris illustr.* cap. 24. et a S. August. lib. 1. *contra Julian.* cap. 3. et 7. *i* Episcopus Municipiis Cœlenis, Lucensis conventus, ut refert Idatius *in Chron.* ad an. 400. de cujus sede eum Priscillianistæ exturbarunt, sed ab hujus concilii Patribus in sententia diffinitiva restitutus est. Vide sis cap. 1. de *Hæresis ejurat.* Cœlenis respondet loco de *Caldas* tribus leucis a *Padron*, quo translata est sedes episcopalis dein Iriæ Flaviæ, et postremo Compostellæ. *j* Episcopus Toletanus, qui hoc loco, licet esset jam tum metropolita, descriptus est; non enim ex serie, qua episcopos in conciliorum exordiis vel subscriptionum catalogo conscriptos videmus, ordinem qnem in sedendo servarunt, colligere possumus, qunm ignoremus, an eum firmiter et adamussim custodierint conciliorum actuum concinnatores, simul et collectores reliqui; atque etiam ignoremus, utrum ea tunc immutabilis viguerit cæremonia, quod metropolitæ ante comprovinciales sederent in conciliis, immo aynodus Brach. I. cap. 6. ut in cap. 1. de *Concilii celebrandi forma*, satis indicat, nihil de hoc sedendi ordine antiquos episcopos curasse. *k* Forte Lampius, episcopus Barcinonensis, qui Paullinum a popu-

tius, Aurelianus, [1] Lampadius, Exuperantius [a] de Gallitia, Lucensis Conventus, Municipii Cœlenis, omnes decem et novem isti [b] sunt, qui et aliis gestis adversus Priscilliani sectatores, et hæresim, quam adstruxerit, libellarem [c] direxere sententiam.

Considentibus presbyteris, adstantibus [2] diaconibus, et ceteris qui intererant concilio, congregatis, Patruinus [d] episcopus dixit: quoniam singuli cœpimus in ecclesiis nostris facere diversa [e], et inde tanta scandala sunt, quæ usque ad schisma perveniunt, si [3] placet, communi consilio decernamus, quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit sequendum. Mihi autem placet constituta primitus concilii Nicæni perpetuo esse servanda, nec ab iis esse recedendum. [4] Episcopi dixerunt: Hoc omnibus placuit, ita ut si quis cognitis gestis concilii Nicæni, aliud quam statutum est, facere præsumserit, et non in eo [f] perseverandum [5] putaverit, tunc excommunicatus habeatur, nisi per [g] correptionem fratrum emendaverit [h] errorem.

1 *Al.* Lampadio, Leona, Gallia Lucentio. Hic conventus Municipiis Celenis actus est; isti sunt, qui et in aliis. *Vel* Lampadio, Leona de Gallitia Lucensis urbis conventu, et Municipii Celenis, omnes decem et. *Vel* Lucensis urbis conventus et Municipii .... hæresim quam adstruxerat, libellarem dedere sententiam.

2 *Al.* diaconibus, et universis episcopis, qui intererant. *Vel* diaconibus, et ceteris, qui intererant concilio congregato.

3 *Al.* placet cum concilio.

4 *Al.* universi episcopi dixerunt. Hoc nobis placet.

5 *Al.* putaverit, hic excommunicatus.

puli multitudine sublatum, presbyterum ordinavit, ut ipse de se narrat. Epist. I. *al.* VI. et Epist. V. *al.* I.

a Hic locatum proculdubio erat Ortizii nomen, quum reliqua verba: *de Gallitia Lucensis conventus, Municipii Cœlenis*, nonnisi Ortizio respondere possint, hic quippe fuit episcopus Cœlenis, et ab ea sede a Priscillianistis sublatus, ut indicat altera Surii lectio: *Hic conventus Municipii Cœlenis actus est*, quasi diceret: *Hic Ortizius a Cœlenis, Municipio Lucensis conventus, cujus erat episcopus, pulsus est*; non ut alii vertunt: *Hic concilii conventus in Municipio Cœlenis habitus est.* *b* Igitur sententia diffinitiva ante canonum effotmationem lata est.

c Sententiam juridice datam, et scripto seu libello exaratam, quæ extat cap. 1. de *Hæres. ejurat.* *d* Patruinus episcopus Emeritensis primas partes egisse videtur in hoc concilio. *e* *Hoc est*: alii alia, pro suo unusquisque arbitrio.

f In eo quod de ordinationibus in Nicæna synodo constitutum est. *g* Post.

h Satisfactionem obtulerit, et emendationem promiserit.

CAP.

CAP. IV.

Concilium [a] *Tarraconense , X. Episcoporum, habitum Æra DLIV. anno Christi* 516. *tempore* HORMISDÆ ROMANI PONTIFICIS [b].

1 Al. *In nomine Domini Jesu Christi ... Theodorici.*

[1] *In nomine Christi , habita synodus Tarracone* [c], *anno sexto* [d] *Theuderici regis, consulatu Petri* [e] *sub die octavo idus Novembris* [f].

2 *Al.* Antiqua antiquorum Patrum statuta.

3 *Al.* illos perlata.

4 *Al.* hac observatione.

5 *Al.* metropolitana observatissime , *vel* observatione fundata, titulos supra annexos.

[2] Antiqui Patres statuta de his censuisse videntur, quæ in tempore aut ad [3] illos relata pervenerunt, aut certe acta testimonio proprio comprobaverunt [g]. Cujus rei et nos sequentes exemplum, illa quæ nunc fiunt [h], placuit observanda decernere, ut præterita absque ambage custodiantur, et præsentia [4] observatione sint firma. Igitur quum in unum pariter convenissemus in urbem Tarraconensem, quæ est [5] metropolitana, titulos subteradnexos conscripsimus observandos.

CAP. V.

6 Al. *Concilium Gerundense , anno septimo Theodorici Regis, VII. Idus Junii, Agapito, viro claris. Cos.*

[6] *Concilium* [i] *Gerundense , VII. Episcoporum habitum Æra DLV. anno Christi DXVIII. tempore* HORMISDÆ ROMANI PONTIFICIS.

In nomine Christi, synodus habita Gerundæ [j], anno septimo [k] Theuderici Regis, VI. Idus Junias , Agapeto, V. Cl. Consule [l].

a Provinciale, totius Tarraconensis provinciæ , etsi abfuerint aliqui comprovinciales, ex his, quibus præerat metropolita Tarraconensis , nimirum , Aucensis, Calagurritanus, Oscensis, Pampilonensis, Turiassonensis, Urgelensis. *b* Secundo anno.

c Tarraco, celeberrima urbs ad oram maritimam sita, caput provinciæ Tarraconensis, Colonia Romanorum augusta, conventus juridicus, ad cujus Prætores quadraginta et tres populi caussas adducere tenebantur; concilium quoque provinciæ, ad quod ad majora tractanda negotia, præcipui provinciæ viri vocabantur; postremo metropolis ecclesiastica a tempore quo stabiles constituti sunt metropolitæ, quam hodiedum retinet dignitatem, et omnibus Cathalauniæ regni episcopis præest. *d* Ab eo scilicet anno quo imperare cœpit in Hispania.

e Absque collega. *f* Prout statutum erat in syn. Nicæna can. 5.

g Hoc est: Antiqui Patres ea condiderunt statuta, quæ aut a præcedentibus Patribus decreta esse constaret, aut de novo condenda esse pro temporum circumstantiis, judicarent. *h* Usu servantur. *i* Provinciæ Tarracon. *j* Gerunda Civitas prov. Tarrac. inter Ausetanos; et nunc quoque suffraganea Tarraconensis. *k* Ex quo regnare cœpit in Hispania. *l* Simul cum Flav. Anastasio.

CAP.

CAP. VI.

[1] *Synodus* [a] *Toletana II. VIII. Episcoporum, Æra DLXV. anno Christi DXXVII.*

1 Al. Concilium Toletanum secundum, habitum, anno quinto Amalrici regis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, synodus habita in civitate Toletana, apud Montanum [b] *episcopum, sub die XVI. kal. Junias, anno quinto* [c] *regni Domini nostri Amalarici regis, Æra DLXV.*

Quum in voluntate Domini, apud Toletanam urbem, [2] sanctorum episcoporun præsentia convenisset, et de institutis Patrum, canonumque decretis commemoratio haberetur, [3] id nobis in unum positis placuit, ut si qua in antiquis canonibus minime commemorata sunt, salubri tractatu, ac diligenti consideratione instituantur. Si qua vero in [4] anterioribus conciliis sunt decreta, sed abusione temporum hactenus sunt neglecta, redivivæ ordinationis censuram [d] obtineant; quatenus dum in his quæ ad cultum Fidei pertinent, studium religiosæ observationis impendimus, Dei nostri misericordiam facilius impetremus.

2 *Al.* sanctorum Pattum.

3 *Al. deest*: id.

4 *Al.* anterioribus s: nt neglecta, redivivam ordinationis.... dum his, quæ in conciliis sunt decreta, sed abusione temporum hactenus dimissa, et ad cultum Fidei... Dei misericordiam.

Ex ejusdem, epilogo.

Hujus institutionis regulam [5] qui subscribimus, irrefragabili auctoritate nos spondemus servaturos; si quis [6] autem nostrum, vel eorum qui nunc sanctæ synodo ex hac provincia defuerunt, huic tam salubri ordinationi obviare præsumserit, vel sollerter adimplere neglexerit, convictus, totius fraternæ caritatis [7] aliquando habeatur extraneus [e]. *Quæ sequuntur, in cap. 2. de Convocat. concil. et cap. 8. de Metropol.*

5 *Al.* quam subscripsimus.

6 *Al.* autem tam nostrorum, quam vel.

7 *Al.* aliquandiu.

a Provinciæ Carthaginensis. *b* Præside Montano, Toletano metropolita, virtute et scientia clarissimo. *c* Ex quo, vivente avo suo Theodorico, sed in Italiam profecto, regnare cœpit in Hispania, hoc est an. 522. *d* Robur, vim, observantiæ vigorem per iteratam constitutionem obtineant. *e* Privatione communionis cum omnibus provinciæ episcopis per aliquantulum temporis puniatur.

CAP.

CAP. VII.

Canones Barcinonenses, seu Concilium [a] *Barcinonense, habitum circa Æram DLXXVIII. sive annum Christi* 540.

1 *Al.* Sergis.

2 *Al.* Casontius.

Quum convenissent in Dei nomine Barcinona [b] sancti episcopi, id est, [1] Sergius metropolitanus [c], Nebridius [d] Barcinonensis, [2] Casotius [e] Empuritanus [f], Andreas Ilerdensis [g], Stafilius [h] Gerundensis [i], Joannes [j] Cæsaraugustanus, Asellus Dertosanus [k], hæc observanda statuerunt.

CAP. VIII.

Concilium [l] *Ilerdense* [m], *VIII. Episcoporum Æra DLXXXIV. id est anno Christi DXLVI.*

3 *Al.* anno XV. Theodorici Reg. III. Idus Augusti.

Synodus habita in conventu Ilerdensi, [3] anno quinto decimo Theuduredi [n] regis, sub die octavo mensis Augusti.

a Provinciæ Tarraconensis. *b* *Barcinon*, insignis in Lætanis civitas maritima, provinciæ Tarraconensis; nunc vero ex quo erecta est Cathalauniæ regni caput, regiis, militaribus, et profanis honoribus illustrior reddita est, et cathedram adhuc retinet episcopalem, Tarraconensis suffraganeam. *c* Tarraconensis, qui synodo quoque Ilerdensi præfuit. Vide cap. 6. de *Subscript.* ad quem etiam, uti ad Sirgam Papam extat epistola Justi Urgelitani, in qua mittere se ait, commentarium in Cantica, quod quidem commentarium Justum concinnasse, constat ex Isidoro, de *Viris illustr.* cap. 20.
d Suspicarer, eumdem fuisse ac Nibridium, qui syn. Tarraconensi, Gerundensi, et Tolet. II. ut episcopus Egarensis interfuit. Vide tit. de *Subscript.* a cap. 3. A qua quidem sede, ecclesiæ exigente utilitate, transferri potuit. Neque argumentum a Florezio objectum volum. XXIX. tract. 65. n. 252. conjecturam nostram infirmabit; Irenæi quippe de eadem Egarensi ecclesia ad Barcinonensem translationem irritam declaravit Ascanio Tarraconensi Hilarius Papa, quia libere et avaritiæ caussa facta fuerit: *non enim bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant, caussa necessitatis vel utilitatis fieri posse.* Canon. XXXV. caus. 7. q. I. Unde Martinus, ac dein Fructuosus de Dumiensi ad Bracharensem ecclesiam translati sunt; quin et synodus Tolet. XVI. Felicem de Hispalensi in Toletanam, Faustinum de Bracharensi in Hispalensem, et Felicem alium de Portucalensi in Bracharensem ecclesiam transferre decrevit.
e Idem fortassis, qui sub nomine Canonii vel Casotii subscribit Tolet. II. et Ilerdensi. Vide tit. de *Subscript.* cap. 5. et 6. *f* Civitatis *Impuritanæ* ad Indigetes, Prov. Tarracon. hodie *Ampuria*, sed sine sede episcopali. *g* Civitatis Ilerdæ ad Ilergetes, hodie *Lerida*, cum sede quoque episcopali, Tarraconen. suffragan.
h Qui subscribit per Vicarium Gratum syn. Ilerdensi. Vide *de Subscript.* cap. 6.
i Civitatis *Gerona*. *j* Qui syn. Ilerdensi interfuit. Vide cap. 6. de *Subscript.*
k Civitatis Dertosa Prov. Tarracon. ad Ilercaones, quæ sedem adhuc retinet episcopalem, Tarracon. suffraganeam. *l* Concilium prov. Tarracon. *m* Civitatis Ilerdæ uti supra. *n* *Intellige*: Theudis (ut in codice Lucensi) qui imperare cœpit an. 531. ut ait Isidorus in *Hist. Goth.* ad hunc an. unde Æra 584. quæ huic concilio affigitur concidit cum an. 15. Theudis; Theodoricus vero, junior scilicet, imperare cœpit an. 511. ut evincitur ex eod. Isidoro, et epocha concil. Tarracon. et Gerund. uti supra cap 4. et 5.

CAP.

CAP. IX.

[1] *Concilium* [a] *Valentinum sex episcoporum, habitum Era DLXXXIV. id est, anno Christi* 546.

1 Al. *Concilium Valentinum, sex episcoporum, habitum anno XV. Theodorici regis.*

Anno decimo quinto Theodorici [b] regis, sub [2] die II. Non. Decembr. in nomine Domini nostri Jesu Christi, [3] Valentiæ [c] in concilio congregati, [4] quum de ecclesiastica regula tractaremus, antiquos canones relegentes, inter cetera [5] hæc censuimus observandum. *Quæ sequuntur, in cap. 8. de Missæ, et Officii &c.*

2 *Al.* die pridie Nonembris.

3 *Al.* Valentino, in concilio.

4 *Al.* dum ecclesiasticas regulas.

5 *Al.* hoc esse censuimus.

CAP. X.

[6] *Synodus Bracharensis I.* [d] *regnante D. N. Jesu Christo, currente Era DXCIX. anno tertio Ariamiri* [e] *regis, die Kalendarum Majarum, nimirum* [7] *anno Christi* 561 [f].

6 *Al.* Concilium Bracharense primum, anno tertio Ariamiri regis, Kalendis Maii: quum Galliciæ &c.

7 Al. *an.* 536. 560. 563.

Quum Galliciæ provinciæ episcopi, Lucretius [g], Andreas [h], Martinus [i], Cotus, [8] Ildericus, Lucentius [j], Timotheus, Maliosus, ex præcepto [k] præfati gloriosissimi [9] Ariamiri [l] regis, in metropolitana ejusdem provinciæ Bracharensis [m] ecclesia convenissent, considentibus simul epi-

8 *Al.* Gildericus.

9 *Al.* Rachimiri regis.

a Prov. Carthag. *b* Theudis, uti supra de concil. Ilerd. *c* *Valentiæ* civitatis in Edetanis prov. Carthag. qusm ed meridiem abluit fluvius *Turia*, tribus milliaribus a maris mediterranei litore, ubi habitum est concilium, non Valentiæ in Gallia, eo quod in actis nomen et annus imperii regis Gothi noteiur, et in Gallia Viennensi, ubi sita est altera Valentia, numquam Gothi imperarint; quin et nullus ex episcopis qui syn. Aurelianensi V. an. 552. interfuerunt, quæ quidem civitas Aurelia provinciæ Viennensis erat, ut evincitur ex hac ejusd. concil. subscriptione: *Gallus, Valentiæ ecclesiæ episcopus*, nullus inqnam huic nostro concilio Valentino subscribit.

d Primum utique; concilium quippe a Bernardo de Brito editum, quod sub Brachar. I. passim circumfertur, puram redolet garrulatoris fabellam. Adesis Florezium *Hisp. Sacræ.* volum. XV. tract. 55. cap. 10. Fuit concilinm totins provinciæ Gallaicæ.

e *Legendum*: Theodomiri; Ariamirus enim non legitur umquam extitisse.

f Alii an. 536; alii 563. atque etiam 560. alii; sed perperam, tres quippe codices, Escurialensis, Wigilanus et Hispalensis an. 561. firmiter statuunt. *g* Metropolitanus Brachar. qui subscribit Brach. II. *h* Iriensis, qui subscribit Brach. II. *i* Dumiensis, qui subscribit Brach. II. *j* Coimbriensis, qui subscribit Brach. II. ceterorum sedes ignorantur; id unum nobis dicere licet, hos quatuor reliquos, Asturicensem, Lucensem, Auriensem, et Tudensem sedem obtinuisse. *k* Neque insolitum regibus catholicis, ut in progressu videre licet. *l* Theodomiri, qui *Suevos catholicæ Fidei reddidit, innitente Martino Monasterii Dumiensis episcopo, Fide et scientia claro*, ut refert Isidorus in *Suevor. Histor.* *m* Brachara, quæ nomen toti provinciæ donavit, a bra-

cis

episcopis, præsentibus quoque presbyteris, adstantibusque ministris, vel universo clero, Lucretius memoratæ metropolitanæ ecclesiæ episcopus dixit.

Diu est, sanctissimi fratres, quod secundum instituta venerabilium canonum, et decreta catholicæ et apostolicæ disciplinæ, desiderabamus, sacerdotalem inter nos fieri debere conventum, [1] qui non solum ecclesiasticis regulis et [2] ordinibus opportunus est, sed etiam stabilem semper efficit caritatis fraternæ concordiam, dum congregati simul in nomine Domini sacerdotes, ea inter se salutifera collatione requirunt, quæ secundum doctrinam apostolicam unitatem spiritus in vinculo pacis obtineant. [3] Nunc igitur, quoniam optatum nobis hujus congregationis diem gloriosissimus atque piissimus filius noster, adspirante sibi Domino, regali præcepto concessit, et [4] simul positi considemus, prius, si placet, de statutis Fidei catholicæ perquiramus, tum deinde sanctorum Patrum instituta, recensitis canonibus innotescant; postremo quædam etiam, quæ ad obsequium Dei [a], vel officium pertinent clericale, diligentius pertractentur; ut si qua fortasse [5] per ignorantiæ desidiam vel per longi temporis incuriam aut varia [b] inter [6] nos habeantur, aut dubia [c], ad unam, sicut decet, [7] rationis aut veritatis formulam revocentur.

Omnes episcopi dixerunt: Prosecutio [d] tuæ beatitudinis justa est; ea namque de caussa convenimus, ut aliqua nobis ecclesiasticæ constructionis utilitas commodetur [e].

Lucretius episcopus dixit: [8] Prius ergo de statutis Fidei, sicut superius dictum est, conferamus. Nam licet jam olim Priscillianæ hæresis contagio [f] in Hispaniarum provinciis detecta sit, et damnata [g]; ne quis [9] tamen aut per ignorantiam, aut aliquibus, ut assolet, scripturis deceptus apocryphis [h], aliqua adhuc ipsius erroris pestilentia sit infectus, manifestius ignaris hominibus declaretur; [10] qui in ipsa extremitate mundi [i], et ultimis hujus provinciæ regionibus [j] constituti, aut exiguam aut pene nullam rectæ erudi-

1 *Al.* quia non solum.
2 *Al.* ordinibus opportunum est, sed etiam, *vel* opportunam, sed stabilem etiam semper.
3 *Al.* Nunc ergo.
4 *Al* ut simul positi consideremus... de statu Fidei.
5 *Al.* vel per ignorantiæ... per longinqui.
6 *Al.* nos habentur dubia.
7 *Al.* rationis ac veritatis.
8 *Al.* Prius de.
9 *Al.* tamen per.
10 *Al.* quia ipsi in extremitate, et in ultimis hujus provinciæ finibus constituti.

cis ab his gentibus usitatis desumtum, inter Durium et Minium sita, fuit metropolis civilis, simulque ecclesiastica: Hodie *Braga*, est etiam regni Portugalliæ metropolis ecclesiastica.

a Cultum Dei. *b* Varie observata. *c* Aut dubium sit, quid observandum.

d Propositio. *e* Ut aliquid, quod ad disciplinæ ecclesiasticæ reparationem opportunum sit, exhibeatur. *f* Pro contagium. *g* In concil. Cæsaraugust. et Toletan. I.

h Uti solebant facere Priscillianistæ. Vide cap. 1. de *Hæres. ejur.* *i* Scilicet extremam civitatem Gallæciæ, ut eam vocat Idatius in Chron. Olymp. 309. 1. nulla quippe inde extabat, præter Portucale, obscuri nominis oppidum, ut colligitur ex eod. Idat. Olymp. 309. 2. *j* Duo quippe erant conventus juridici in Gallæcia, Brachara, et Lucus.

ditionis nôtitiam contigerunt. Credo autem vestræ beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tempore quo in his regionibus [1] nefandissima Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus Papa urbis Romæ Leo, qui quadragesimus fere [a] extitit apostoli Petri successor, per Turibium [b] notarium [c] sedis suæ, ad synodum [d] Galliciæ contra impiam [2] Priscilliani sectam scripta sua direxit. Cujus etiam præcepto Tarraconenses et Carthaginenses episcopi, [3] Lusitani quoque et Bætici, facto inter se concilio [e], regulam Fidei [4] contra Priscillianam hæresim cum aliquibus capitulis conscribentes [f], ad [5] Balconium, tunc hujus Bracharensis ecclesiæ præsulem, direxerunt. Unde quia et ipsum præscriptæ Fidei exemplar, cum suis capitulis præ manibus hic habemus, pro instructione ignorantium, si vestræ placet reverentiæ, recitetur.

Omnes episcopi dixerunt: Valde necessaria horum capitulorum est lectio, ut dum simplicioribus quibusque pristina sanctorum [6] Patrum statuta panduntur, abominata jam olim a sede beatissimi Petri apostoli, et damnata [7] Priscilliani hæresis figmenta cognoscant.

Lectum est exemplar Fidei cum capitulis suis, quæ ne prolixitatem facerent, his gestis minime sunt inserta.

Post lectionem capitulorum omnes episcopi [8] dixerunt: Licet horum capitulorum lectio necessaria recensita [g] sit; tamen evidentius et simplicius ea quæ sunt execrabilia [9] ita præpositis etiam capitulis modo declarentur, ut qui minus est eruditus, intelligat, et [10] sic sub anathematis [h] sententia explosa jam [11] olim Priscilliani erroris figmenta damnentur. Ut quisquis clericus, vel monachus, sive laicus tale aliquid sentire adhuc, vel defendere fuerit deprehensus, tamquam vere [12] putre membrum continuo de corpore abscidantur catholicæ ecclesiæ, [13] ne aut societas ejus maculam suæ pravitatis recte credentibus ingerat, aut amplius de permistione talium aliquod orthodoxis reputetur opprobrium.

Proposita contra Priscillianam hæresim capitula, et relecta [14] continentur hæc.......

1 *Al.* nefandissimæ.
2 *Al.* Priscillianæ hæresis sectam.
3 *Al.* Lusitaniæ quoque et Bæticæ.
4 *Al.* contra Priscilliani.
5 *Al.* Balneonium.
6 *Al.* Patrum instituta.
7 *Al.* Priscillianæ... cognoscantur.
8 *Al.* dixerunt: Licet lectio necessarie recensita sit.
9 *Al.* ita positis.
10 *Al.* sic anathematis.
11 *Al.* *deest*: olim.
12 *Al.* putridum.
13 *Al.* ne aut societatis, sive pravitatis ejus macula a recte credentibus de permixtione talium aliquid.
14 *Al.* continent hæc.

a *Hoc est*: præter propter, eo quod ex tempore loqueretur. *b* Episcopum Asturicensem, ad quem epistolam suam direxit Leo I. *c* Hic ideo titulus Turibio adscriptus est, quod Turibius, uti Notarii et Tabelliones, Leonis literas Gallæciæ episcopis notas fecit. *d* *Hoc est*: ad Gallæciæ episcopos, qui se concilio aggregari debebant ex eodem Leonis decreto. Vide cap. 1. de *Convocat. concil.* *e* Concilium quod dicitur Hispanicum an. 447. coactum. *f* Eamdem proculdubio regulam, quæ in Tolet. I. efformata fuerat. Vide cap. 1. de *Symb.* *g* Censita. *h* Refertur ad verba, quibus hujusmodi capitula concepta sunt: *si quis .... anathema sit.*

Propositis his capitulis, et relectis, Lucretius episcopus dixit: [1] Quoniam ea, quæ a catholicis abominanda sunt et damnanda, manifestius et apertius etiam ignorantibus declarata sunt; necessarium post hoc arbitror, si vestræ fraternitati videtur, ut instituta nobis sanctorum Patrum, recensitis antiquis canonibus, innotescant. Quæ etsi non omnia, certe vel pauca quædam, quæ ad instructionem clericalis disciplinæ pertinent, relegantur. Omnes episcopi dixerunt, [2] Placet quod dictum est, et congrua res est, ut quibus fortasse [3] per incuriam abolita sunt ecclesiastica constituta, audiant sanctorum canonum regulam, et [4] observent.

Relecti ex codice [a] coram concilio tam generalium [b] synodorum canones, quam localium [c].

Post quorum lectionem Lucretius episcopus dixit: Ecce ex ipsa canonum lectione agnoscat sancta fraternitas vestra, non solum in generalibus conciliis, [5] sed etiam in localibus congregatos simul sacerdotes, uno consensu ea quæ ecclesiastico conveniebant ordini, statuisse, et secundum quod uniuscujusque [6] rei exigebat ratio, prospexisse, sequentes sententiam doctrinæ apostolicæ, dicentis: *Probate quæ bona sunt, et tenete.* Si ergo placet caritati vestræ, quia sunt aliqua ecclesiasticæ institutionis obsequia [d], quæ in hujus præsertim extremitate provinciæ, non per contentionem [e] quod absit, sed magis, sicut præfati [7] sumus, per incuriam, aut per ignorantiam variantur [f], constituamus quædam inter nos capitula, ut quæ non uno modo tenentur a nobis, ad [8] unam unimodo formulam revocentur.

Omnes episcopi dixerunt: Necessarium, et [9] valde hoc utile arbitramur, ut ea quæ apud unumquemque nostrum varia, et inordinata consuetudine retinentur, [10] unito inter nos, per Dei gratiam, quo [g] per concordiam celebrentur officio. Et iccirco si quid illud est magnum vel parvum, [11] in quibus variari videmur, ad unam, sicut dictum est, formulam, præfixis rationabiliter capitulis [12] revocentur. Præcipue quum et de ceteris quibusdam caussis instructionem apud nos sedis apostolicæ habeamus, quæ [13] ad interrogationem quondam venerandæ memoriæ prædecessoris

1 *Al.* Quoniam si etiam ea, quæ a catholicis ebominata sunt, et damnata.

2 *Al.* Placet hoc edictum. Et congrua.

3 *Al.* et per incuriam.

4 *Al.* observent, relectis ex codice... canonibus.

5 *Al.* sed et in localibus.

6 *Al.* rei expetebat ratio.

1. *Thes.* 5. *v.* 21.

7 *Al.* sumus, fiunt per incuriam, constituamus.

8 *Al.* unam omnino.

9 *Al.* valde utile.

10 *Al.* unita inter nos per Dei gratiam, et concordi celebremus officio.

11 *Al.* in quo variari.

12 *Al.* revocetur.

13 *Al.* ad interrogationes tues quondam.... Profuturi prudentia ab ipsa beatissimi Petri accepit cathedra.

a Collectione conciliorum, de qua in præfat. nostra. *b* Nomine generalium intellige generalia totius ecclesiæ, sicuti et universæ nationis. *c* Provincialium. *d* Usus, consuetudines, quæ sequuntur. *e* Pertinaciam intellectus. *f* Varie observantur. *g* Fortassis æquo.

ris tui Profuturi [a], ab ipsa beatissimi Petri cathedra directa est.

Lucretius episcopus dixit: Recte vestra fraternitas pro auctoritate [b] sedis 1 apostolicæ reminiscita est, quæ licet eodem tempore innotuerit, quo directa est, tamen pro firmitate testimonii, et instructione multorum, si vestræ unanimitati [c] complacet, quia præ manibus est, coram his 2 omnibus relegatur.

Omnes episcopi dixerunt: Justum est, ut quia mentio ipsius auctoritatis est habita, 3 quæ sit ejus doctrina, a circunstantibus audiatur.

Relecta est auctoritas sedis apostolicæ, 4 ad quondam Profuturum directa episcopum, quæ propter prolixitatem his gestis minime est inserta, post cujus lectionem Lucretius episcopus dixit:

Manifestius patet, apostolicam nobis opitulari doctrinam. Et ideo sicut fraternitas 5 vestra prædixit, si quid per ignorantiam apud 6 quosdam varium habeatur, ad uniformem concordiæ regulam, præscriptis inter nos capitulis, adjungatur.

7 Proposita sunt igitur capitula et relecta, quæ continent hæc::..

Relectis capitulis, Lucretius episcopus dixit: Quia, opitulante nobis Domino, ea quæ ad firmitatem catholicæ et orthodoxæ Fidei, vel quæ ad officium ordinis ecclesiastici pertinebant, unanimi [d] (sicut oportebat) collatione decrevimus; restat nunc, ut ex omnibus his, 8 quæ Fidei gratia salubriter statuta sunt, propriam unusquisque nostrum studeat docere, atque informare Diœcesim. Si quis autem ex nobis in parochiis [e] suis post agnita hujus concilii statuta, aut clericum aut monachum sanæ huic doctrinæ resistentem invenerit; aut in aliquo adhuc Priscillianæ sectæ errore latitare persenserit, et non continuo illum excommunicatum, et anathematizatum, 9 ab ecclesia foras ejecerit, ita ut cum hujusmodi homine nec cibum aliquis fidelium sumere, nec communicare præsumat; noverit se is, qui talem receperit, et fraternæ esse excommunicationi obnoxium, et Divinæ proculdubio sententiæ reum.

Om-

1 *Al.* Apostolicæ recordata est. *vel* terminata est.

2 *Al.* omnibus legatur.

3 *Al.* quæ est ejus.

4 *Al.* ad quemdam Profut.

5 *Al.* vestra dixit.

6 *Al.* quosdam variatur, ad uniforme, *vel* ad unam formulam concordi regulam.... capitulis adstringatur.

7 *Al.* Proposita sunt capitula, quæ.

8 *Al.* quæ Dei gratia salubriter instituta sunt.

9 *Al.* de ecclesia.

a Epistola Vigilii ad Profuturum episcopum Brach. quæ huic collectioni nostræ inserta est, uti in vulgatis exemplaribus extat, qui tamen contextus gravia nobis ingerit falsitatis aut saltem interpolationis indicia. *b* *Auctoritatem*; decretum ab auctoritate sedis apostolicæ emissum. *c* Vobis qui in unum positi estis. *d* Sine contentione.
e Erant proculdubio vocabula synonyma parochia, et diœcesis.

Omnes episcopi dixerunt: Quæcumque [1] a nobis per Dei gratiam communi consensu decreta sunt, pervigili necesse est, [2] ut cum omni solicitudine observentur. Quæ ut stabilem placitæ [a] constitutionis obtineant firmitatem, propriâ unusquisque his gestis [3] manu sua subscribat. Et post episcoporum subscriptio subsequuta est.

1 *Al.* a nobis unito per Dei gratiam consensu.

2 *Al. deest*: ut cum omni.

3 *Al.* manu subscribat.

CAP. XI.

Synodus Bracharensis II. XII. Episcoporum, anno Christi DLXXII. sub Mirone Suevorum rege, celebrata tempore inter-regni Pontificii, post obitum JOANNIS PAP. III. [b], [4] *regnante Domino nostro Jesu Christo, currente Era DCX.*

Anno secundo [c] regis Mironis, die kalendarum Juniarum, quum Gallicìæ provinciæ episcopi tam ex Bracharensi, quam ex Lucensi synodo [d] cum suis metropolitanis, præcepto [e] præfati regis simul in metropolitana episcopi convenissent; id est, Martinus, Nitigisius, Remisol, Andreas, Lucretius, Adorius, Uvittimer, Sardinarius, Viator, Avila, Polemius, Mailocus [f]; considentibus his simul episcopis, atque universo clero præsente, Martinus Bracharensis sedis episcopus dixit: Inspiratione hoc Dei credimus provenisse, sanctissimi fratres, ut per ordinationem domini gloriosissimi filii nostri regis ex utroque concilio conveniremus in unum, ut non solum de [5] visione alterutra gratulemur, sed etiam ea, quæ ad ordinationem et disciplinam ecclesiasticam pertinent, pariter col-

4 *Al.* Regnante Domino nostro Jesu Christo, currente Era DCX. anno secundo regis Ariamiri die decimo octavo kalendarum Januariarum, quum Galliciæ.... præfati gloriosissimi regis.... metropolitana ecclesia episcopi convenissent, id est, Martinus, Nitigis, Remisol, Andreas, Lucentius, *vel* Eucensius, Adoricus, Adoriens, *vel* Adorichus, Vitimer, Sord. Viat. Abila, Polemus, Mailoc.... Bracharensis ecclesiæ episcopus... sanctissimi Patres, ut per ordinat. gloriosissimi.

5 *Al.* visione alterutrum.

a *Hoc est*: ut eamdem acquirant firmitatem, ac aliæ constitutiones, quæ episcoporum *placito* seu consensu in conciliis sancitæ fuerunt. *b* Hæc nota perperam ab aliquo stupido transcriptore adjecta, quum Joannes III. adhuc viveret anno 572. obiit quippe Id. Jul. an. 573. *c* *Hoc est*: anno Christi 572. quum Miro regnare cœperit an. 570. post kalend. Junias; unde in ipsis kalendis Juniis, quibus habitum est hoc concilium procedebat, adhuc annus secundus regni Mironis. *d* Districtu, territorio, regione; una enim Galliciæ provincia, inter epocham synodi Brachar. I. et II. in duo veluti ecclesiastica membra divisa fuit, sicuti a Romanis olim in duos conventus juridicos, Bracharensem, et Lucensem, quia de *extremis quibusque parochiis longum esset singulis annis ad concilium convenire*, ut ait scriptura Lucensis, synodo Lucensi tributa. *e* Sicuti Brach. I. supra cap. prox. *f* Hic alius in referendis concilii Patribus servatus est ordo, ac in subscriptionibus, ut cap. 9. de *Subscript.* quia sicuti illic, quum in duabus columnis uniuscujusque metropolitanæ ecclesiæ episcopi descripti essent, aliquis ex transcriptoribus episcoporum nomina partim ex una, et partim ex alia columna excerpsit.

colloquamur. Scriptum est enim [1] in Evangeliis, dicente Domino: *Ubicumque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ero in medio eorum.* [2] Nitigesius ecclesiæ Lucensis episcopus dixit: [3] Neque aliud potest credi, nisi ea, quæ ad utilitatem nostrarum pertinent animarum, Divina inspiratione et inchoari et [4] perfici posse. Et ideo unanimes atque id ipsum in Domino sentientes, quæcumque ad instructionem nostram pertinent, in medium prolata desideramus agnoscere.

Martinus episcopus dixit: Arbitramur, vestram beatitudinem recordari, quia, quum primum in ecclesia Bracharensi episcoporum concilium [a] congregatum est post multa, quæ ad concordiam rectæ Fidei fuerant roborata [b], aliqua etiam, quæ regularem sanctorum canonum continent discretionem [c], firmavimus [d], quorum utilitas ut possit evidentius in memoriam revocari, ipsa (si vobis placet) epistola [e] in vestra præsentia relegatur.

Omnes episcopi [5] dixerunt: Oportet omnibus modis, ut in omnium auribus, [6] qui hic adstant, recitetur. Recitatis ergo [7] capitulis, quæ ne prolixitatem facerent, his gestis minime sunt inserta, Martinus episcopus dixit: Hæc ergo quæ modo sunt recitata, quæ nobis [f] tunc, aut varia, aut dubia, aut inordinata sunt visa, auxiliante Deo, directa sunt, et [8] suam immobiliter obtinent firmitatem; quæ autem tunc in memoriam non venerunt, aut onerosum fuit in primo [g] illo concilio multa simul ingerere, necessarium videtur modo ad notitiam [9] sanctæ vestræ caritatis deferri, in eo specialiter prospectu [h], ut spirituali [i] ventilata examine purgentur [j]. Sancti enim [10] Patres, ac præcessores nostri, aut generales synodos [11] undique [k] collecti pro unitate rectæ Fidei fecerunt, sicut in Nicæa contra Arium CCCXVIII. et in Constantinopoli contra Macedonium CL. et in Epheso contra Nestorium CC. et in [12] Chalcedone contra Eutychen DCXXX. aut certe speciales synodos per suas unusquisque provincias, [13] pro secan-

1 *Al.* in Evangelio. *Matth.* 18. *v.* 20.
2 *Al.* Nitigis.
3 *Al.* Nec aliud.
4 *Al.* perfici oportere. Et ideo, unanimes omnes.
5 *Al.* dixerunt: Oportere omnimode, ut.
6 *Al.* qui hic assistunt, *vel* adsunt.
7 *Al.* capitulis, superioris concilii, quæ.
8 *Al.* ut suam inviolabiliter obtineant.
9 *Al.* sanctæ caritatis deferri, eo specialiter.
10 *Al.* Patres, præcessores.
11 *Al.* undique colligi.
12 *Al.* Chalcedona.
13 *Al.* pro resecandis.

a Brach. I. uti supra cap. prox. *b* In canonibus de Fide, quæ ad formam anathematismorum fuerunt efformati, quos etiam in hac nostra collectione canones appellamus. *c* Disciplinam. *d* In canonibus de disciplina, quos sub capitulorum nomine huic inseruimus collectioni. *e* Tabula, quæ hæc capitula continebat. *f* Heinc colligas aliquos, et præsertim Martinum qui hæc loquitur synodo Brach. I. interfuisse; et revera Martinus qua Dumiensis episcopus subscripsit. *g* Ex quo colligas necesse est, hoc primum Bracbarense concilium, non fuisse illud, quod Britus invenisse se, mentitus est. *h* Fine. *i* Maturo; vel potius examine, quod inter personas spirituales, seu ecclesiasticas fit. *j* Probentur vel confirmentur. *k* Ad differentiam generalium conciliorum universæ nationis, dicuntur. hic undique, hoc est, ex tota qua late patet ecclesia, collecta quatuor concilia generalia.

candis contentionibus, vel emendandis aliquorum negligentiis collegerunt; et prout eventus culparum, aut qualiscumque [1] excessus exegit, per singulas quoque diffinitas canonum sententias, mediante inter eos Dei Spiritu, conscripserunt, quas oportet [2] nos legere, et intelligere, et tenere.

Et quia opitulante Christi gratia, de unitate ac rectitudine Fidei in hac provincia nihil est dubium, illud [3] nobis specialius est agendum, ut si quid fortasse extra apostolicam disciplinam, per ignorantiam aut per negligentiam reprehensibile invenitur in nobis, recurrentes ad testimonia [4] sacrarum scripturarum vel antiquorum canonum instituta, adhibito communi consensu, omnia quæ displicuerint, rationabili judicio corrigamus. Et primum, si placet, relectis beati apostoli Petri præceptis, quæ pro regula sacerdotum in sua epistola evidenter adscripsit, quicquid non eodem tenore [a], sicut Princeps apostolorum edocuit, agi [b] videtur, a nobis sine ulla cunctatione ad emendationem [5] ducere festinemus, ne fortasse dum aliis prædicamus, ipsi reprobi effecti, Divino illo condemnemur eloquio, dicente: *Tu vero odisti disciplinam, et projecisti sermones meos post te.*

Omnes episcopi dixerunt: Cupimus memoratam apostoli Petri epistolam, ad [6] locum ipsum, ubi sacerdotes docet, audire. Tunc allato libro hæc ex eadem epistola recitata sunt: *Seniores obsecro consenior, pascite qui est in vobis, gregem Dei; providentes non coacte, sed spontanee, secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque ut dominantes* [7] *in cleris, sed forma facti gregis ex animo: ut quum apparuerit princeps pastorum, recipiatis immarcescibilem gloriæ coronam.* His relectis quæ ex epistola B. Petri apostoli recitata sunt, desideramus auxiliante Dei gratia Divinis obedire præceptis, et apostolicæ epistolæ quæ nobis recitata est, [8] in omnibus formulam imitari; ne forte in aliquibus inordinate ambulantes, Divino, quod absit, judicio condemnemur. Sed [9] ut sanctorum Patrum vestigia subsequentes, in ipsorum requie mereamur esse participes, et [10] immarcescibilem illam gloriæ coronam, quæ repromissa est, cum [11] ipsis accipere mereamur. Ob hoc ergo tuam simul omnes deposcimus caritatem [c], ut has omnes caussas [d] singulis capitulis breviter com-

1 *Al.* excessus exigebat, per singulas quasque Divinas canonum.
2 *Al.* nos relegere, et tenere.
3 *Al.* nobis modo specialiter est.
4 *Al.* sanctarum scripturarum.
5 *Al.* deducere festinemus, ne forte.
1. *Corinth.* 9. v. 27.
Psalm. 49. v. 17.
6 *Al.* locum afferri et ipsum.
1. *Petri* 5. v. 1.
7 Al. *in clero, sed modo facti gregis* vel *gregi, et ex animo... percipiatis immarcescibilem gloriæ....* His relectis, omnes episcopi dixerunt. Cognitis his, quæ ex epistola.
8 *Al.* in his omnibus.
9 *Al. deest:* ut.
10 *Al.* immarcessibilem.
11 *Al.* ipsis percipere.

a Spiritu. *b Agitandum* *c* Martinum metropolitam alloquuntur. *d* Res emendatione dignas.

comprehensas [1], qualiter corrigi debeant his gestis subter annectas; quæ quum studiosius relecta, et in notitiam omnium [2] nostrorum evidenter fuerint perducta, propria unusquisque manu pro eorum emendatione et confirmatione subscribat; ut non solum nobis, sed etiam successoribus nostris hæc ad perfectionem episcopalis officii decreta proficiant....

[3] His itaque gestis, placuit omnibus pro confirmanda horum observantia, propria unumquemque manu subscribere, [4] eo placito [a] facto, ut si quis [5] horum capitulorum terminum transgressus ad inordinatas consuetudines reverti voluerit, totius [6] concilii increpatione correptus, severissimam sibi de sui ordinis inclinatione [b] noverit imminere sententiam.

1 *Al.* vel qualiter.

2 *Al.* nostrum.

3 *Al.* His ita gestis.

4 *Al.* eo placitorum facto.

5 *Al.* eorum capitulorum.

6 *Al.* concilii excommunicatione correptus, verissimam sibi.

CAP. XII.

[7] *Concilium* [c] *Toletanum III. Episcoporum LXII.*[d] *in quo Ariana hæresis in Hispania damnata est, anno IV. Reccaredi, Gothorum in Hispania regis, Christi DLXXXIX.*

7 Al. *Concilium Toletanum tertium, in quo Arrii hæresis in Hispania condemnatur, Mausana Emeritano episcopo.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno regnante quarto [8] gloriosissimo domino Reccaredo rege, die 8. Id. Majarum Era DCXXVIII. hæc sancta synodus habita est [9] in civitate regia Toletana, ab episcopis totius Hispaniæ [10] vel Galliæ, [e] qui infrascripti sunt.

Quum pro Fidei suæ sinceritate idem gloriosissimus [11] princeps omnis regiminis sui pontifices in unum convenire mandasset, ut tam de ejus conversione [f], quam de [12] gentis Gothicæ innovatione [g] in Domino exultarent, et Divinæ dignationi pro tanto munere gratias agerent, [13] sanctissimus idem princeps sic venerandum concilium alloquitur, dicens.... *Quæ sequuntur in cap. 1. de Allocut. Regum ad concil.* Non incognitum.

Ad hæc autem gratias Deo agentes, et religiosissimo

8 *Al.* gloriosissimo atque piissimo et fidelissimo domino Riccharedo.

9 *Al.* in sancta civitate.

10 *Al.* vel Galliciæ.

11 *Al.* princeps, omnes regni sui.

12 *Al.* gentis Gothorum.

13 *Al.* memoratus sanctissimus princeps.

Cccc prin-

a Pacto, conditione. *b* Depositione. *c* Nationale, quod episcopi ex omnibus Hispaniarum provinciis, etiam Narbonensi convenerint. *d* Ex his, qui proprio nomine subscripserunt. Alii LXIII. addito Commundo. Vide sis cap. 10. de *Subscript.*

e Narbonensis, quæ ad Gothos attinebat reges a tempore Ataulphi; quo circa dicta quoque Gallia Gothica. *f* Ad Fidem, quæ contigit decimo post Leovigildi mortem mense, ut refert Abbas Biclarensis; hoc est, anno 586. *g* Renovatione spirituali.

principi universo concilio in laudibus acclamante, triduanum est exinde prædicatum jejunium. Sed quum [1] die octavo Iduum Majarum in unum agmen Dei sacerdotes adessent, et oratione præmissa, unusquisque sacerdotum competenti loco resedisset, ecce in [2] medio illorum adfuit serenissimus princeps, seque cum Dei sacerdotibus orationi communicans, Divino deinceps flamine plenus, sic ad loquendum exorsus est, dicens.... *Quæ sequuntur in cap. 2. de Hæres. ejurat.* Non credimus.

1 *Al.* die octava Id. Maj. in unum cœtum.

2 *Al.* medio eorum.

Susceptus est autem ab omnibus Dei sacerdotibus, offerente rege, sacrosanctæ Fidei Tomus [a], et pronuntiante notario clara voce [3] recensitum est ita. *Quæ sequuntur in cap. 2. de Hæres. ejurat.* Quamvis Dominus.

3 *Al.* recensitus est.

Præcipiente autem universo venerabili concilio atque jubente, unus [b] episcoporum catholicorum ad episcopos, et religiosos, vel majores natu, [4] ex hæresi Ariana conversos, ejusmodi allocutione exorsus est, dicens:

4 *Al.* ab hærese.

Officii nostri [5] cura, et felicissimi atque gloriosissimi principis admonitione propellimur, diligenter a vestra caritate perquirere, vel quid damnetis in hæresi, aut quid [6] intra Dei catholicam credatis ecclesiam. Nam sicut dicente Psalmista didicimus: *Incipite Domino in confessione*, optimum est, [7] vestræque saluti conveniens, palam confiteri quod creditis, et sub auditu universorum, anathematizare [8] quod respuitis. Tunc prorsus optime poteritis evangelicæ [9] atque apostolicæ Fidei participes fieri, si eamdem catholicam Fidem ex confessione catholica incipiatis, vel propria subscriptione firmetis, et sicuti Deo jam de bona consensione cogniti estis conscientia [c], ita et [10] vos proximos [d] Fidei sanctæ adstipulatione [e] monstretis. Eo itaque fiet, ut et vos Christi esse corporis membra significetis, et nostra exiguitas nihil dubium, nihil infidum umquam de vestra suspicetur fraternitate; dum patuerit, [11] vos pestem perfidiæ Arianæ cum omnibus dogmatibus [f], regulis [g], officiis [h], communione [i], codicibus [j] [12] prædamnare, ut detestandæ hæreseos expoliati contagione, innovati quodammodo intra Dei ecclesiam, [13] splendidi habitu veræ fidei clareatis.

5 *Al.* cura et fidelissimi, ac gloriosissimi.... compellimur.

6 *Al.* intra sanctam catholicam.... sicuti... Incipiente.

Psalm. 46. v. 7.

7 *Al.* et vestræ.

8 *Al.* quod respuistis.

9 *Al.* et Apostolicæ sedis Fidei.

10 *Al.* vos proximi.

11 *Al.* vos tabem perfidiæ.

12 *Al.* condemnare, ut detestandæ, *vel* adstestando.

13 *Al.* splendido habitu.

Tunc

a Libellus ejurationis Arianæ hæresis, nostris: *Pliego.* *b* Fortassis S. Leander, qui primas in hoc concilio partes egit, uti refert Biclarensis. *c* *Id est*: sicut cogniti estis Deo de sincera Fidei confessione in conscientia, sive in cordis arcano.
d Addictos. *e* Professione publica. *f* Doctrinæ capitulis. *g* Statutis. *h* Officiis ecclesiasticis. *i* Communicatione cum aliis ejusdem sectæ. *j* Libris, seu scriptis de hæresi Ariana.

Tunc episcopi omnes, una cum clericis suis, primoresque [a] gentis Gothicæ pari consensione dixerunt.... *Quæ sequuntur in cap. 3. de Hæres. ejur.* Licet hoc.

Post confessionem igitur, et subscriptionem omnium episcoporum, et totius gentis Gothicæ seniorum [b], gloriosissimus dominus noster Reccaredus rex, pro reparandis simul et confirmandis disciplinæ ecclesiasticæ moribus, Dei sacerdotes taliter affatus est, dicens:: *Quæ sequuntur in cap. 2. de Allocut. Reg.* Regia cura.

CAP. XIII.

Concilium [c] Narbonense, Hispano-Gallicum, Reccaredi Gothorum in Hispania regis tempore celebratum, sub die kalend. Novembrium, Era DCXXVII. id est anno Christi 589.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno feliciter quarto regni domini nostri gloriosissimi Reccaredi regis, Narbonæ [d] Migetius [e], Sedatius, Benenatus, Boetius, Pelagius, Tigridius, Agrippinus, et Sergius episcopi Galliæ provinciæ, concilia sanctorum antiquorum Patrum, vel decreta observare, cum Dei timore cupientes; nos in urbe Narbona secundum quod sancta synodus [f] per ordinationem gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis in urbe Toletana definivit [g], die kalendarum Novembris, Deo auspice in unum convenimus, aliquanta, quæ juste, et pie sunt edita, et per patrocinationis potestatem non supplebantur ad memoriam [h], nunc temporibus domini nostri sub præfationibus [i] deducentes, recapitulare [j] fecimus; et quæ pro regula et Fidei catholicæ disciplina adhuc visa [k], communi tractatu elegimus conscribenda, et canonibus definivimus adjungenda, quæ tenore capitulorum subsequenter evidenti jure declarantur.

a Quos hodie dicimus Hispaniæ magnates primi ordinis, quasi primi sint post regem, vel proximi et addictissimi principi. *b* Quorum consilio utebatur rex; unde apud nos: *Señores.* *c* Provinciæ Narbonensis. *d* Narbona caput prov. ecclesiasticæ et civilis ejusdem nominis, sita ad oram fluminis *Auda*, quæ Gothorum regum dominio subjecta erat a tempore Ataulphi; quæ quidem provincia Narbon. dicta quoque fuit Gallia Gothica. *e* Metropolita, et reliqui, ut in cap. 11. de *Subscriptionibus.* *f* Tolet. III. *g* Can. 18. ut in cap. 3. de *Temp. celebr. concil.* *h* *Id est*: quæ neque regia Reccaredi potestas auctoritate sua ad praxim deducere suffecerat. *i* *Puta*: ad præfandum sive agendum de his. *j* Iterato constituere. *k* *Lege*: adhuc visæ sunt nobis constituere.

CAP. XIV.

Concilium [a] Spalense [b] I. Era DCXXVIII. anno Christi 590.

1 *Al.* ad Pagasium.

Incipit epistola episcoporum de concilio Spalensi [1] ad Pegasium episcopum [c] missa.

Domino sancto et reverenter a nobis honorando, carissimo fratri Pegasio episcopo, Leander [d], Joannes, Agapius, Stephanus, Basilius, Velatus, [2] Sintitius, et Petrus, episcopi, qui in unum in urbe Spalensi adfuimus, sanctitatem tuam caritatis studio salutantes, precamur Dominum, qui nos de [3] salute tua, vel visione lætificare dignetur...... Quæ [4] statuta nostra subscripsimus, data ad sanctitatem vestram [5] die primo Nonarum Novembrium, anno quinto regni gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis, Era DCXXVIII.

2 *Al.* Sintitio, Fintitio... qui una in urbe.

3 *Al.* salute mutua.

4 *Al.* statuta manu nostra.

5 *Al.* die secundo Nonas Novembris. *vel* pridie Nonas Novembris... quinto gloriosi domini.

CAP. XV.

Concilium [e] Cæsaraugustanum II. celebratum Era DCXXX. anno VII. Reccaredi regis, sub GREGORIO PAPA I. *anno Christi* 592.

6 *Al.* nomine urbem.

Quum in Dei [6] nomine in urbem Cæsaraugustanam provinciæ Tarraconensis, ex præmisso [f] gloriosi atque sanctissimi principis Reccaredi regis in anno septimo regni ejus congregati fuissemus, pro [7] Dei timore [g] tractantes.... Sub die kalendarum Novembrium, anno quo supra.

7 *Al.* Dei amore.

a Provinciale, provin. Bæticæ, quæ dicta fuit olim Turdetana. *b* Spalis sermone Phænitio idem est ac planities; a Romanis dicebatur quoque Julia Romulea, sita ad oram fluminis Bætis, hodie nomine arabico, *Guadalquivir*, fuit provinciæ Bæticæ caput, ejusdemque metropolis ecclesiastica. *c* Astigitanum, civitatis *Ecija* ejusdem prov. Bæticæ, cui quidem hujus concilii acta missa sunt, quod concilio fortassis interesse non potuerit. *d* Sanctissimus Hispalensis metropolita, de quo, uti de reliquis in cap. 12. de *Subscript.* *e* Provinciale, præside Artemio, Tarraconensi metropolita. *f* *Potius*: permisso, vel permissione; omnia quippe Hispanica concilia, nonnisi jubentibus vel saltem permittentibus sæculi principibus coacta fuerunt. *g* Ad Dei timorem fovendum.

CAP.

CAP. XVI.

Concilium [a] Toletanum [b] sub Reccaredo, anno XII. regni ejus, Era DCXXXV. anno Christi 597. habitum sub GREGORIO *PAP. I.*

In nomine Domini, Constitutio synodi episcoporum, numero decem et sex [c], qui convenerunt in urbem Toletanam in ecclesiam apostolorum sanctorum Petri et Pauli [d], sub die sexto decimo kalendas Junias, anno feliciter duodecimo regni christianissimi et amatoris Dei gloriosissimi Reccaredi regis.

CAP. XVII.

Concilium [e] Oscense [f] anno tertio decimo regni domini nostri gloriosissimi Reccaredi regis, Era DCXXXVI. anno Christi DXCVIII.

CAP. XVIII.

Concilium [g] Barcinonense, Era DCXXXVIII. anno XIV. regis Reccaredi, anno Christi 599. habitum.

PRÆFATIO.

Quum duce Domino Jesu Christo, die kalendarum Novembris anno feliciter XIV. regni christianissimi et piissimi domini Reccaredi regis, Tarraconensis provinciæ Episcopi in urbem Barcinonensem in ecclesia Sanctæ Crucis [h] fuissent congregati, hoc sancta synodus statuere elegit.

a Nationale, eo quod episcopi ex Bætica, Lusitania, Narbonensi, Tarraconensi, et Carthaginensi provincia interfuerint. *b* Quamvis huic concilio, juxta ordinem, quo celebrata sunt Toletana, numerus quartus competeret, nullus ei, neque synodo sub Gundemaro assignatus est numerus, ea fortassis de caussa, quod paucis eorumdem conciliorum acta absoluta fuerint; cave tamen idem suspiceris apocryphum, quum in codice Emilianensi extet. *c* Sed a Loaisa et Aguirre nonnisi tredecim referuntur: nos duos adjiciemus cum Florezio. Vide cap. 14. de *Subscript.* *d* In suburbio Toletano, sicuti et Tolet. VIII. XII. XIII. XV. XVI. *e* Prov. Tarraconensis, licet non appareant subscriptiones. *f* Civitas prov. Tarracon. apud Ilergetes. *g* Prov. Tarracon. ut quæ in Oscensi constituta fuerant, confirmarentur. *h* Cujus titulum retinet adhuc ecclesia Cathedralis.

CAP.

CAP. XIX.

Synodus [a] Toletana sub Gundemaro Era DCXLVIII. ano Christi 610.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, constitutio Carthaginensium sacerdotum in Toletana urbe apud sanctissimum ecclesiæ ejusdem Antistitem [b].

1 *Al.* inlicitum.
2 *Al.* conlatione.

Convenientibus nobis in unum pro religione et Fide quam Christo debemus, placuit, ne quid ultra in nobis absurdum vel [1] illicitum oriatur, alterna [2] collatione decretum justissimæ promulgare sententiæ, quo perspicue clareat inter nos ordo ac disciplina ecclesiasticæ dignitatis, et agnoscatur fraternæ concordia pacis....... Facta constitutio sacerdotum in urbe Toletana, sub die 10 kalendarum Novembrium, anno regni primo piissimi atque gloriosissimi Gundemari regis, [3] Era DCXLVIII.

3 *Al.* Era DCCXLIX.

CAP. XX.

Concilium [c] Egarense, in Egara [d], loco provinciæ Tarraconensis, sub Sisebuto, anno regni ejus tertio, Era DCLII. anno Domini 614.

SUB BONIFACIO IV.

In nomine Domini nostri Jesu Christi sub die Idus Januarias, anno feliciter tertio gloriosissimi domini nostri Sisebuti regis. *Quæ sequuntur, in cap. 6. de Cleric. castit. et cap. 4. de Confirmat. concil.*

a Provincialis quindecim episcoporum, licet alii plures, qui casu aderant Toleti ad regis ingressum celebrandum, subscripserint. Habita est hæc Synodus contra eos, qui alium præter Toletanum, in Carthaginensi provincia metropolitam constituere volebant. *b* Præside Antistite Toletano Aurasio, qui tamen ne videretur suæ ipsius caussæ sententiam ferre, synodo non subscripsit. *c* Prov. Tarrac. *d* Hodie *Tarrasa.*

CAP.

CAP. XXI.

[1] *Concilium Hispalense II. sive synodus habita in civitate Spali sub die Iduum Novembrium, anno nono* [a], *regnante Sisebuto gloriosissimo principe, Era DCLVII. id est, anno Christi 619. Præside Sancto Isidoro, Archiepiscopo Hispalensi.*

1 Al. *Concilium Spalense secundum, sub die Iduum Novembrium, tempore Sisebuti, vel Sisenandi regis.*

In nomine Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, Isidorus, [2] Bisinus, Ruffinus, Fulgentius, Cambra, Fidentius, Theodulphus, et Honorius episcopi, qui pariter in urbe Spalensi pro aliquibus ecclesiasticis negotiis coadunati sumus. [3] Consedentibus nobis in Secretario [b] sacrosanctæ Hierusalem [c] Spalensis ecclesiæ, cum illustribus [4] viris Sisisclo, rectore rerum publicarum [d], atque Suanilane [e], Actore rerum fiscalium [f], adstante religiosissimo clericorum cœtu.

2 *Al.* Bisinnus.

3 *Al.* Considentibus ergo.

4 *Al.* viris Sisebuto,.... Sualane, Rectore rerum fiscalium, stante relig.

a Legendum: anno octavo, imperare quippe cœpit Era 650. ut ait S. Isidorus in *Hist. Gothor.* et colligitur ex exordio syn. Egaren. supra cap. proxim. quia Era 652. annum tertium Sisebuti designat. *b* Camera remota, ecclesiæ adjacenti, in qua supellectilia templi condebantur, et senatus ecclesiasticus cogebatur.

c Ita dicta ecclesia Hispalensis, sicuti et Emeritensis, ut infra cap. 29. allegoria sumta de Hierusalem illa, de qua Joannes in Apocalypsi. *d Hoc est*: Ministratore publicæ annonæ. *e* Suanila vel Svinthila Reccaredi filius erat, quem Sisebutus Ducem exercitus constituit, et qui post decem annos ad tronum evectus, depositus est a Sisenando, et a conc. Tolet. IV. Vide sis cap. 2. de *Obedient. fidelit.* &c. *f* Patrimonii regii curatore.

CAP.

CAP. XXII.

Concilium [a] *Toletanum IV. Episcop. LXII* [b]. *provinciarum Hispaniæ et Galliæ* [c], *celebratum Era DCLXXI. anno Christi* 633.

Item : *Gesta synodalia in Toletana* [1] *urbe in Concilio LXII. Episcoporum Hispaniæ et Galliæ provinciarum*, *edita* [2] *anno tertio regnante gloriosissimo domino nostro principe Sisenando*, *die nono* [d] *Decembris*, *Era DCLXXI.*

1 Al. *urbe apud concilium*....Era DCLXX.

2 Al. *anno tertio, regnante domino nostro gloriosissimo principe Sisenando*, vel *Sissebuto*.; *die Nonarum Decembris*, *dum studio amoris*.

Dum studio amoris Christi, ac diligentia religiosissimi Sisenandi regis, Hispaniæ atque [3] Galliæ sacerdotes apud Toletanam urbem in nomine Domini convenissemus, ut ejus imperiis [4] atque jussis communis a nobis agitaretur de quibusdam ecclesiæ disciplinis tractatus, primum gratias [5] salutari nostro Deo omnipotenti egimus; post hæc antefato [6] ministro ejus excellentissimo et gloriosissimo regi, cujus tanta erga Deum devotio extat, ut non solum in rebus humanis, [7] verum etiam in caussis Divinis solicitus maneat. Hic quippe dum in basilica beatissimæ et [8] sanctæ confessoris [e] Leocadiæ omnium nostrorum pariter jam cœtus [9] adesset, tali pro merito Fidei suæ cum [10] magnificentissimis viris ingressus, primum coram sacerdotibus Dei [11] humo prostratus, cum lacrimis et gemitibus pro se interveniendum Domino postulavit; deinde religiosa prosecutione [f] synodum exhortatus est, ut paternorum decretorum memores, [12] ad conservanda in nobis jura ecclesiastica [13] studium præberemus, et illa corrigere, quæ dum per negligentiam in usum venerunt contra ecclesiasticos mores, licentiam sibi de usurpatione fecerunt. [14] Talibus igi-

3 *Al.* Gallæciæ, Galliciæ.

4 *Al.* atque jussis commoniti a nobis.

5 *Al.* Salvatori nostro.

6 *Al.* ministro excellentissimo et glorioso.

7 *Al.* sed etiam.

8 *Al.* sanctæ martyris Leocadiæ.

9 *Al.* adesset pro merito.

10 *Al.* magnif. et nobilissimis viris.

11 *Al.* humi prostratus.

12 *Al.* ad confirmanda.

13 *Al.* studium proferremus.

14 *Al.* talibus ergo.

a Nationale, totius Hispaniæ metropolitanorum. *b* Varia in diversis codicibus de numero episcoporum leguntur; at non plures quam sexaginta duo episcopi subscribentes apparent, præter vicarios. *c* Galliæ Narbonensis, seu Galliæ Gothicæ. *d* *Legendum* : Nonarum, ut in margine. *e* Martyris, sicuti et Tolet. V. VI. et XVII. *f* Elocutione.

igitur ejus monitis congaudentes, necessarium extitit juxta [1] ejus nostrorumque votum tractare quæ competunt, sive in sacramentis divinis, quæ diverso atque illicito modo in Hispaniarum ecclesiis celebrantur, seu quæ in moribus prave usurpata noscuntur. Et quoniam generale [a] concilium agimus, oportet primum nostræ vocis [2] sermonem de Deo esse, ut post professionem Fidei, sequentia [3] operis nostri vota quasi per fundamentum firmissimum disponantur.

Definitis itaque his, quæ superius comprehensa sunt, annuente religiosissimo principe, placuit deinde nulla re impediente, a quolibet nostrum ea quæ constituta sunt temerari sed cuncta salubri [4] consilio conservare, quæ quia profectibus ecclesiæ et animæ nostræ conveniunt, etiam propria subscriptione, ut permaneant, [5] roboramus.

1 *Al.* ejus nostrum votum.

2 *Al.* sermonem de cœlo esse.

3 *Al.* operis Dei nostri vota quasi super fund.

4 *Al.* concilio conservari. Et quia profectibus.

5 *Al.* roboramus; et subscripserunt omnes.

CAP. XXIII.

Concilium [b] Toletanum V. XXII. [c] Episcoporum Era DCLXXIV. anno primo domini nostri [6] Chintilani regis [d], id est Christi 636.

HONORII I. PAPÆ DECIMO.

6 Al. *Chintillani*, vel *Suintilæ*.

Apud urbem Toletanam diversis ex provinciis Hispaniæ sacerdotes [7] Domini in uno pacis collegio, in Basilica sanctæ confessoris Leocadiæ [e], qui consedimus, gratiarum actiones omnipotenti Domino persolvimus propter suam magnam misericordiam, cujus nutu in hanc convenimus concordiam, et gloriosi principis nostri [8] Chintilæ regis initia, ob cujus salutis et felicitatis constantiam supernam imploramus clementiam, [9] quod in medio nostri cœtus ingressus, cum optimatibus et senioribus palatii sui supplex se omnium orationibus commendavit, suosque fideles ita facere sancta exhortatione coegit, atque hanc institutionem, quam ex præcepto ejus et decreto nostro sancimus, Divina inspiratione [10] præmisit; scilicet.... *Quæ sequuntur in cap. 4. de Litaniis.*

7 *Al.* Domini, qui in uno pacis osculo, in basilica... Leocadiæ consedimus. *Vel* Domini in unum positi et collecti, in basilica S. martyris Leocadiæ, qui consedimus....... omnipotenti Deo.

8 *Al.* Cinthilanæ. Chintillani. Suintillæ.

9 *Al.* qui se in medio.

10 *Al.* promisit. permisit.

a Nationale, ad differentiam provincialium, quæ localia appellantur supra cap. 10. in conc. Brach. I. *b* Nationale, quum episcopi ex Carthaginensi provincia, ex Tarraconensi, ex Lusitania, ex Gallæcia, et ex Narbonensi convenerint; quin et *universale* dicitur in Tolet. VI. ut in cap. 12. de *Obedient. fidelit. &c.* *c* Præter vicarios episcoporum. *d* Ad exitum mensis Junii; decretum quippe regis, quod in confirmationem, absoluto concilio, latum est, et extat in cap. 6. de *Confirmat. concil.* datum dicitur die 30. Junii. *e* Uti Tolet. IV. VI. et XVII.

CAP. XXIV.

[1] *Concilium Toletanum VI. XLVIII.*[a] *Episcoporum, universale*[b]*, coactum Era DCLXXVI. id est, anno Christi 638. Chintilæ regis Hispaniæ secundo*[c], jam completo (ut conjicio) et tertio ineunte.

1 Al. *Concilium Toletanum sextum, circa tempora Honorii Papæ primi.*

Convenientibus nobis Hispaniarum [2] Galliæque [d] pontificibus summis orthodoxi, et gloriosi Chintilani regis salutaribus hortamentis, atque in Prætorio [e] Toletano, in ecclesia sanctæ Leocadiæ Virginis [f] debitis sedibus collocatis, sub die quinto Idus Januarii, anno præfati principis, et triumphatoris in Christo secundo, Era DCLXXVI. quum primum omnipotenti Domino pro corona [g] fratrum tam numerosa gratiæ a nobis fuissent peractæ, nihil melius, nihilque salubrius omnium insedit animis, quam more synodi universalis, post sollemnia perfunctæ orationis, quod [3] mente ruminavimus, lingua narraremus, et quod corde credebamus, ore ructaremus, [4] supernæ faventes sententiæ: *Eructavit cor meum verbum bonum*, quod juxta prophetam fecit Dominus abbreviatum super terram. Quamobrem ex abundantia nostri cordis, sit confessio vocis, ut fidem quam omnium mens intrinsecus gestat, in confessione interpres lingua [5] foras effundat. *Quæ sequuntur, in cap. 3. de Symbol.*

2 *Al.* Galliciæque. Galliarumque pontificibus summis cum orthodoxi.... hortamentis, absque impedimento in Prætorio... Leocadiæ martyris sedibus collatis sub die sexta Idus.... prædicti principis et triumphatoris Christi secundo, statuimus subter inserta capitula. Quum primum omnipotenti Deo pro corona fratrum, ita numerosæ gratiæ in nobis.... salubrius olim insedit animo.

Psalm. 44. *v.* 1.

3 *Al.* mente interius ruminavimus.

4 *Al.* superna favente sententia, quæ ait:.... *bonum*; et juxta Prophetam verbum fecit.

5 *Al.* foris.

a Si inseratur sub numero 44. Oscandus Asturicensis, quem reipsa ad marginem adjiciemus ex Mss. Escurialensibus. Vide cap. 21. de *Subscript.* *b* Quod ita nominetur infra in exordio ejusd. concil. atque etiam can. 2. qui extat in cap. 5. de *Litaniis.*
c Secundo, inquam, incœpto; Chintila quippe imperare cœpit Aprilis initio an. 636. Igitur die 9. Januarii an. 638. quo habitum est concilium hoc, Chintila annum agebat imperii secundum, unde quæ consequuntur verba a collectoribus perperam adjecta intelligas. *d* Gothicæ; Prov. Narbon. *e* Ita dicta ecclesia S. Leocadiæ, sicuti et ecclesia Ss. Apostolorum in Tolet. XV. uti infra cap. 36. quod locus esset conciliis celebrandis, sive dijudicandis caussis ecclesiasticis deputatus; vocabulo a Prætorio civili mutuato, quod ad caussas civiles terminandas deputatus est: vel si mavis, Prætorium denotat ecclesiam suburbanam, quippe quod domum ædilium frequenter significabat, ut notat Ducange. *f* Uti Tolet. IV. V. et XVII.
g Adsistentia; aderant enim episcopi, circulum, chorum, sive coronam efformantes in congressu. Vide cap. 2. de *Concil. celebr. forma.*

CAP.

CAP. XXV.

[1] *Concilium* [a] *Toletanum VII.*

In nomine Domini Salvatoris nostri incipit synodale decretum, in Toletana urbe XXX. episcoporum concilio gestum, [2] anno quinto, clementissimo domino nostro Chindasvindo Rege regnante, die decimo quinto kalendas Novembris, [3] Era DCLXXXIV. id est anno Christi 646.

PRÆFATIO.

Quum in sanctæ nomine Trinitatis pro quibusdam disciplinis ecclesiasticis tam nostra devotione, quam studio serenissimi, et amatoris Christi Chindasvindi regis nostri, apud Toletanam urbem conventus adesset, competenter visum est, mutua collatione decernere, quod solicite [4] conservatum, et præsentibus et futuris commodis nimium, ut confidimus, prodesse constabit. Magisque semper est magnopere providendum, quicquid vel ecclesiasticis moribus, vel utilitati publicæ, sine qua quiete non vivimus, opportunum esse perpenditur. [5] Nam licet tantæ constitutiones canonum extent [b], quæ ad omnem [6] possent correctionem sufficere, si quis eas dignetur libenter attendere, tamen, quia luminis claritas tanto amplius emicat, quanto fuerit studiosius sæpissime contrectata, non parum proficit ad emendationem multorum, si dum ea quæ constituta sunt, per fraternam collationem ad memoriam [7] reducantur, et illa magis adjiciantur, quæ aut deesse videntur, aut omnino constituenda competenter existimantur.

Quis enim nesciat, quanta sint hactenus per tyrannos et refugas, transferendo se in [8] extraneas partes, illicite perpetrata, et quam nefanda eorum superbia jugiter frequentata, quæ et patriæ diminutionem [c] afferrent, et [9] exercituum Gothorum indesinenter laborem imponerent [d]? [10] Quod quidem laicorum insania factum tolerandum nobis forsitan aliquotiens videretur, illud [11] tamen ve-

[a] Nationale, eo quod quatuor interfuerint metropolitæ. [b] Extabant utique in canone seu codice, de quo in præfat. nostra. [c] Damnum. [d] *Hoc est*: Molestiam, laborem exercitui Gothorum assidue facesserent, adversarios de consiliis, annonæ, et bellicæ virtutis Gothorum monendo.

1 Al. *Concilium septimum Tolet. XXX. vel XXXVIII. episcoporum.*

2 *Al.* anno sexto vel quinto Chindasuindi, *vel* Sissenandi regis, quinto kalendas Novemb. quum in nomine sanctæ Trinitatis &c.

3 *Al.* Era DCLXXXIX.

4 *Al.* conservandum.

5 *Al.* Nam licet et ante.

6 *Al.* possunt correptionem.

7 *Al.* reducantur, illa etiam adjiciantur.

8 *Al.* externas partes.

9 *Al.* exercitui Gothorum indesinentem laborem.

10 *Al.* Quod siquidem laicorum insania fuisset factum... a nobis.

11 *Al.* tamen est vehementius.

vehementius stupendum, quia (quod pejus est) [1] tanti ex religionis proposito [a] in hac interdum præsumptione præcipites efferuntur, ut non ad levem confusionem nostram pertineat, si res ullatenus inulta remaneat, quam et mundana lege et ecclesiastica convenit instanter disciplina corrigere.

Ideoque placuit nunc concordi sententia definire, ut quisquis in ordine clericatus, a maximo gradu usque ad minimum constitutus, in alienæ gentis regionem se quacumque occasione transduxerit [2] aut exinde superbiendo, vel reditum suum, vel quodlibet aliud videatur expetere; sive etiam, quo genti Gothorum, vel patriæ, aut regi specialiter sub hac occasione possit nocere, vel fieri disposuerit, vel aliquatenus fecerit; [3] sed et qui cum talibus conscius reperitur, eisque vel consilium, vel opem [4] administrasse cognoscitur, qualiter aut ad gentem [5] alienam fugam appeterent, aut in malis quæ cœperant perdurarent, seu quamcumque læsionem genti Gothorum, vel patriæ, aut principi post fugam inferrent, [6] atque in ea [7] pravitate perseveraturos dignoscuntur suasisse, iste ita indubitanter omni honoris sui gradu privetur, ut locum ejus in quo ministraverat, alter continuo perpetim regendum accipiat.

Ipse vero transgressor [b] sub pœnitentia constitutus, si reminiscens mali [8] quod fecerit, usque in diem mortis suæ rectissime pœnituerit, in solo tantum fine communio ei [9] præstanda est; ita ut antequam tempus [10] finis ei adveniat, si quispiam sacerdotum, etiam ordinante principe [c], ei communicare consenserit, particeps criminis illius effectus, anathema fiat in perpetuum, ac simili cum eo, cui communicaverit, sententia condemnetur. Quoniam potestati principis nullus sacerdotum in hoc [11] præbere debet assensum, unde vel perjurium videatur incurrere, vel (quod absit) si quicumque catholicæ [12] Fidei prævaricator princeps surrexerit, [13] sacerdotes iidem vel favore principis, vel terrore a rectæ credulitatis lumine ad tenebras cogantur reverti. Sic enim nec super adnexa capitula, vel imperiis principum, vel terroribus oportebit umquam [14] evacuari, quia novimus, omnes pene Hispaniæ sacerdotes, omnesque seniores,

1 *Al.* tantæ ex religionis.
2 *Al.* ut exinde... vel creditum suum.
3 *Al.* sed et quicumque talibus.
4 *Al.* administrare.
5 *Al.* alienam, fugam.
6 *Al.* aut quod in eadem pravitate perseverarent, quisquis hoc fecisse dignoscitur, iste ita indubitanter.
7 *Al.* pravitate perseveranter dignoscuntur.
8 *Al.* quod fecerat.
9 *Al.* danda est.
10 *Al.* finis ejus adveniat, si quisquam.
11 *Al.* præbeat assensum.
12 *Al. deest*: Fidei.
13 *Al.* sacerdos nullatenus favore.... cogatur reverti.
14 *Al.* evacuare.

a Id est: Tot ex his qui ecclesiæ ministerio dediti sunt, scilicet clerici.
b Laicus videlicet. *c* Contrarium constituitur in Tolet. XII. can. 3. Vide cap. 3. de *Absolut. a censuris.*

res [a], vel judices, ac ceteros homines officii Palatini [b] jurasse, atque [1] ita dudum legibus [c] decretum fuisse, ut nullus refuga, vel perfidus qui contra gentem Gothorum, vel patriam, seu regem agere, aut in alterius gentis societatem se transducere reperitur, [2] integritate rerum suarum nullatenus reformetur; nisi forsan princeps humanitatis aliquid personis talibus [3] impertire voluerit, qui tamen non amplius quam vigesimam partem rerum ei qui perfidus extitit, de rebus unde rex elegerit, tribuendi potestatem habebit.

1 *Al.* ita nunc legibus.

2 *Al.* integritati... ullatenus.

3 *Al.* impartiri.

CAP. XXVI.

[4] *Concilium* [d] *Toletanum VIII.*

4 Al. *Concilium Toletanum VIII. celebratum sexto kalendas Januarii.*

In nomine Domini nostri Salvatoris Jesuchristi, incipiunt gesta synodalia LII. [e] *Episcoporum, in urbe regia* [f] *celebrata die decima septima kalendarum Januarii. Era DCXCI.*

Anno quinto [g] orthodoxi atque gloriosi, [5] et vera clementiæ dignitate perspicui, Reccesvinthi regis, quum nos omnes Divinæ ordinatio voluntatis ejusdem principis [6] serenissimi jussu, in basilica sanctorum Apostolorum [h] ad sacrum synodi [7] coegisset aggregari conventum, dies tandem lætitiæ [8] appetitu diutissime præoptatus, et gratus adfuit et jucundus, tanto nostri pectoris [9] avidiori voto susceptus, quanto ad remedium salutis exiterat anhelantium præcordiis exquisitus [i]. Quumque ex more unusquisque [10] nostrum ordini suo sedes debitas occupasset, et eventum rei tranquillæ intentionis expectatio sustineret [j], adest serenissimus princeps pia religione plenissimus, et summo laudum titulo gloriosus, [11] qui sese nostro cœtui reddens acclinem [k], ut hunc Omnipotenti Domino precibus commendaremus, adstans, [12] dulcifluis hortatus est verbis grates

5 *Al.* et veræ clementiæ dignitate præcipui Recisvindi.
6 *Al.* serenissimo jussu.

7 *Al.* cœpisset congregari.
8 *Al.* appetitu diutissimo.
9 *Al.* avidiore voto.

10 *Al.* nostri ordinis sedes.

11 *Al.* qui se nostro... acclivem.
12 *Al.* dulcifluis, ut filius, *vel*, ut filios nos cohortatus est... grates deferens.

a Magnates, unde apud nos: *Señores.* *b* Officiales seu ministri Palatii. Vide sis tit. 30. lib. 6. *Cod. Theod.* unde vox ista a Romanis usibus deducta esse videtur.
c Vide Leg. 9. tit. 2. lib. 9. *For Jud.* *d* Nationale, eo quod quatuor interfuerint metropolitæ, Emeritensis, Hispalensis, Toletanus, Bracharensis. *e* Præter Vicarios et Abbates. *f* Toleto scilicet, ubi suam reges Gothi sedem constituerant. *g* Qui convenit cum assignata Era 691. an. Christi 653. imperare quippe cœpit 22. Januarii Era 687. an. Christi 649. unde die 16. Decembris, qua celebratum est concilium hoc, computabatur annus quintus imperii Reccesvinthi. *h* Uti Tolet. sub Reccaredo, Tolet. XII. XIII. XV. XVI. *i* *Id est*: quanto magis ad remedium salutis illum expectabant corda nostra anhelantibus desideriis. *j* *Hoc est*: et expectaremus placidum et tranquillum rerum eventum. *k* Benevolum.

tes referens Deo virtutum, quod suæ jussionis implentes decretum, in unum fuissemus adunati concilium. Sed quum [1] tam pie humilem cognovissemus ejus ante animæ voluntatem, et tam sublimis gloriæ celsitudinem [2] videremus acclinem, tanta [3] sumus in Dei gloriam exultatione succensi, ut grates illi debitas et honorem [4] læti redderemus, et cernui. Sed quanto extulerat principem humilitatis ordo [5] sublimis, tanto ad exercitia [6] summa virtutis instruebant exempla sanctissimi principis formam nostræ religionis. Tunc relatis Deo laudibus de unitatis alternæ proventu [a] magna nos cum tranquillitatis gratia, alloquutus est dicens..... *Quæ sequuntur in cap. 3. de Allocut. Reg.* Etsi summus auctor.

Accepto deinde oblato nobis tomo [b], agentes Domino gratias, adclamavimus: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Post hujus exultationis beatæ gaudium et cœlestis gloriæ hymnum, eidem sacro principi benediximus, reseratoque [7] involuto tomo, hæc inibi contexta reperimus..... *Quæ sequuntur, ut supra cap. 3. de Allocut.* In nomine.

Relecta tomi pagina vel finita, quum glorificassemus Deum de Fidei principalis auditu [c], et de bonæ voluntatis ejus [8] affectu, ad peragendum caussarum ceterarum negotium statim vertimus animum, simulque sumus [9] exorsi judicium.

Ex Epilogo.

Nos autem omnes hanc [10] decretorum seriem ex recte vel pietatis ac justitiæ fonte manantem coram Deo et sanctis Angelis ejus, orthodoxis omnibus et nunc et in futurum impensissime commendamus, obsecrantes enixius, ut hanc et reverenter adimpleant, et ab æmulis benigne defendant. [11] Contemnentibus eam divinæ severitatis ultio pavenda proveniat, observantibus autem misericordia profluens, pax perpetua, et gloria sempiterna contingat. Hujus quoque sententiæ fortitudine [12] vel valore, decreti nostri seriem quam in serenissimi domini nostri Reccesvinthi [13] regis edimus nomine, pro rebus a divæ memoriæ patre suo quolibet titulo conquisitis, decernimus omnino constare. Legem [d] denique, quam [14] pro coercenda principum hor-

1 *Al.* tam humilem... ejus animi voluntatem.
2 *Al.* videremus acclivem.
3 *Al.* sumus inde gloria exultationis succensi.
4 *Al.* læti humiles redderemus . . . sed quantum.
5 *Al.* sublimis tantum ad.
6 *Al.* summæ.... sacratissimi.
7 *Al.* deest : involuto.
8 *Al.* affectu, peragendarum caussarum.
9 *Al.* exorsi initium.
10 *Al.* decretorum nostrorum seriem ex rectæ Fidei vel... Deo, et angelis... in futuro.
11 *Al.* Et qui contemnent eam. *Vel* contemnentibus autem eam ... perveniat.
12 *Al.* vel vigore, decreti.
13 *Al.* regis edidimus.
14 *Al.* pro execranda.

a Id est: quod contigerit, ut in unum coadunati essemus. *b* Libello plicato, nostris: *pliego.* *c* propter id, quod de ore principis audivimus. *d* Concilii Tolet. VIII. can. 10. Vide sis cap. 3. de *Person. Reg. diadem. decorand.*

horrenda cupiditate idem clementissimus edidit princeps, simili robore firmamus, atque [1] ut in futuris retro temporibus modis omnibus observetur, pari sententia definimus.

Quæ etiam ne taciturnitate temporum vel obliviosa [2] vetustate depereant, huic nostræ constitutioni utraque [3] decernimus innectenda; ita cunctorum memoriæ commendanda, ut a cunctis regulis superius ordinatis [4] nusquam maneant segregata. Cetera quoque decretorum nostrorum judicia, quæ [5] ab hac synodo noscuntur esse confecta, si quis convellere forsitan decreverit, [6] aut temere complere neglexerit, vel infringere quandoque voluerit, per judicium omnipotentis Dei anathema sit. Soli autem Deo nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen.

1 *Al.* ut futuris.

2 *Al.* vetustate deserantur.
3 *Al.* decrevimus, innectenda, et ita.
4 *Al.* nequaquam maneant.
5 *Al.* hac sancta synodo.
6 *Al.* aut temeranter implere neglexerit.

CAP. XXVII.

[7] *Synodus* [a] *Toletana IX. XVI.* [b] *Episcoporum anno VII. Reccesvinthi principis, acta. Era DCXCIII. id est anno Chisti 655.*

7 Al. *Concilium Toletanum nonum, habitum anno septimo Reccesuinthi regis kalend. Novemb. ab episcopis XVI.* Vel: *Incipit concilium IX. quod actum est die 8. kal. Decemb. anno feliciter VII. regni serenissimi, atque clementissimi domini nostri Reccesvinthi regis, Era 693. in urbe Toletana.*

PRÆFATIO.

[8] Dum canonicæ definitionis edicto in Toletana urbe, pro agendo concilio, post diem [c] kalendarum Novembrium, anno septimo [d] [9] Reccesvinthi principis gloriosi, in basilica Sanctæ Mariæ [10] Virginis [e] in unum fuissemus Domino favente collecti, [11] id est communi definitione decrevimus, ut capitula quæ in priscis canonibus [12] minime habeantur inserta, pari promulgarentur sententia, et antiquis jungerentur [f] regulis, perenni jugitate mansura, et omni reverentia conservanda. Sed quia nequaquam recte subditos judicat, qui non se ipsum prius justitiæ mensura castigat, aptum nobis et expedibile visum est, ante nostris excessibus imponere modum, et sic errata corrigere subditorum. Tunc namque melius judiciorum [13] exordia diriguntur, quum vita judicum ante disponitur; eo quod potius judicii forma completur, [14] quo [g] negotiorum principiis æquitas ju-

8 *Al.* Quum canonicæ... pro peragendo....
9 *Al.* Reccisvindi... gloriosissimi.
10 *Al.* semper Virginis.
11 *Al.* id communi.
12 *Al.* minime habebantur.

13 *Al.* exordia dicuntur, *vel* ducuntur

14 *Al.* quum negotiorum.

a Prov. Carthagin. *b* Præter Vicarium, et Abbates. *c* Postridie. *d* Qui concidit cum anno 655. quo celebratum est concilium hoc. Vide sis supra, cap. prox.
e Titulus Ecclesiæ Majoris Toletanæ, quem hisce quoque temporibus retinet; in qua synodus etiam Toletana XI. habita est. *f* Et adjungerentur codici, seu Hispanæ canonum collectioni, quæ a singulis quibusque celebratis conciliis excrescebat, de qua in Præfat. nostra. *g* *Intellige*: quum aliorum negotiorum

judicantium antefertur [a]. [1] Adeo exordium æquitatis inchoari a judicibus debet, ut [2] perfectio juris caussarum limitem aptius formet [b].... Consummatumque est hoc sanctum concilium [3] die quarto [c] kalendarum Decembrium, anno feliciter septimo regni serenissimi atque clementissimi domini nostri Reccesvinthi regis, Era DCXCIII.

1 *Al.* Ideo exordium.

2 *Al.* perfecta juris caussatio limitem.

3 *Al.* die octavo.

CAP. XXVIII.

[4] *Concilium [d] Toletanum X. XX. [e] Episcoporum anno octavo [f] Reccesvinthi regis Era DCXCIV. celebratum sub* VITALIANO PAPA, *id est anno Christi 656.*

4 Al. *Concilium Toletanum decimum, anno octavo Reccesuinthi*, vel *Recisvindi regis.*

PRÆFATIO.

In nomine Domini habita Synodus X. in Toletana urbe, die kalendarum Decembrium, anno octavo gloriosissimi domini, et religiosissimi Reccesvinthi principis, Era DCXCIV.

Gratulationem nobis spiritualem Divina contulit gratia, quando tribuit [5] uti nobis et salutaris disciplinæ frequentia [g], et convenire ad pacificorum [6] votorum studia præoptata [h]. Congregatis ergo nobis, et in concordia animi, et in conventu loci referentes gratias invisibili Deo, et glorioso rerum domino Reccesvintho regi, [7] cujus sacratissimo voto retenta paternitatis sancta traditione [i], ad sacrum quivimus adunari conventum, has subter annexas regulas concordi definitione prolatas, æterna statuimus manere lege præfixas.

5 *Al.* uti inter nos frequentiam.
6 *Al. deest*: votorum.

7 *Al.* cujus sanctissimo.

a *Adde*: examinanda. *b* *Hoc est*: Adeo verum est, prius judicantium æquitatem examinandam esse, ut in hoc consistat, quod judices severiores justitiæ cultores in caussis dijudicandis se præstent. *c* Florezius putat legendum esse, non *octavo* ut in margine, sed *decimo octavo*, eo quod Hispaniarum Patres consueverint, sese celeriter in conciliis expedire. Vide sis volum. 6. tract. 6. cap. 11. n. 3. Verum quis scit, an aliqua intervenerit caussa, ob quam necessum fuerit, concilium longius solito protrahere? *d* Nationale, adstiterunt quippe metropolitæ, Toletanus, Hispalensis, Bracharensis, et nonnulli ceterarum provinciarum episcopi. *e* Præter episcoporum vicarios. *f* Qui sane annus imperii Reccesvinthi convenit cum an. 656. quo concilium hoc habitum est. Vide sis supra cap. prox. *g* *Hoc est*: et frequenti conciliorum celebratione ad reformandam ecclesiasticam disciplinam; *frequenti* utique, quod proxime elapso anno Toletanum nonum coactum fuerit. *h* Et convenire ad pacis osculum mutuo nobis reddendum in concilio, quod ardenter exoptabamus.
i *Hoc est*: in suo vigore permanente, quæ nobis patres nostri tradiderunt, scilicet, ut saltem semel in anno concilia celebrentur, uti definitum est in Tolet. III. *can.* 18. de *Tempore celebr. concil.* cap. 3.

CAP.

CAP. XXIX.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Synodus [a], *quæ gesta est in Provincia Lusitaniæ, apud urbem Emeritensem, quæ caput ejus dignoscitur esse, XII. Episcopis in unum collectis, die* VIII. *Iduum Novembris, anno XVIII. serenissimi et piissimi Reccesvinthi regis, Era DCCIV. id est anno Christi 666.*

Congregatis nobis omnibus provinciæ Lusitaniæ episcopis in nomine Domini, residentibus in Hierusalem [b] ecclesia [c], quæ in Emeritensi urbe (quæ caput [d] hujus provinciæ noscitur esse, et sub principali [e] nomine manet dedicata) juxta ordinem priorum canonum nostrorum cum Dei juvamine cœptum est initium. Primum, ut mos est, debitas laudes persolvimus omnipotenti Deo, cujus munere adunati sumus et dono: deinde serenissimo atque clementissimo principi nostro et domino gratiarum actiones impendimus regi Reccesvintho, optantes Divinam misericordiam, ut qui ei tribuit regni potestatem, concedat et vitæ felicitatem cum pacis quiete; sicque eum de suis hostibus reddat victorem, ut suorum inimicorum colla ditioni ejus subdat, gratia favente, quatenus et præsentem vitam quietus possideat per tempora longa, et post multa annorum curricula beatitudinis gaudia obtineat per sæcula numquam finienda. Et quoniam de sæcularibus sancta illi manet cura, et ecclesiastica per Divinam gratiam recte disponit mente intenta [f], sit illi opitulatrix ineffabilis omnipotentis Dei gratia, quæ se quærentibus manet propinqua. *Partem vide in cap. 8. de Aprecat. pro rege.*

a Provincialis, quam authenticam habuisse Alexandrum P. refert Innocent. III. in Epist. ad Petr. Compostell. ex lib. 2. epist. 133. *b* Eadem de caussa, qua eccles. Hispal. Vide sis supra cap. 21. *c* Sub titulo S. Mariæ, uti refert Paulus Diac. in *Vit. PP. Emerit.* cap. 8. *d* Metropolis civilis et ecclesiastica provinciæ Lusitanæ. *e* Videtur erectam esse regia munificentia. *f* Omni studio.

CAP. XXX.

[1] *Concilium* [a] *Toletanum XI. XIX.* [b] *Episcoporum, in quo sedium episcopalium divisio facta est* [c] *anno IV.* [d] *Wambani regis, VII. Idus Novembris, anno Redemtoris nostri DCLXXV. tempore* ADEODATI PAPÆ.

Est Provinciale.

PRÆFATIO.

In nomine Sanctæ Trinitatis, collectis in unum [2] Carthaginis provinciæ sacerdotibus [e] in Toletana urbe, in Beatæ Matris Domini Mariæ Virginis Sede [f], anno quarto excellentissimi [3] et religiosi Wambani principis, sub die septimo Idus Novembris, res votiva gaudii et dies nimium optatæ gratulationis occurrit, in quo nobis datum est, conspicere pariter et deflere, quid lacrimarum de præteritis Domino deberemus. Eramus enim hucusque pro labentis sæculi colluvione instabiles, quia annosa series temporum, subtracta luce conciliorum, non tam vitia auxerat, quam matrem omnium errorum ignorantiam otiosis mentibus [4] ingerebat. Cernebamus enim quomodo Babilonicæ confusionis olla succensa nunc tempora conciliorum everteret, nunc sacerdotes [5] Domini de resolutis moribus irretiret; purpuratæ enim meretricis sequebantur [6] invitamen-

1 Al. *Concilium Toletanum X. habitum anno quarto Wambani, vel Bambæ regis, VII. Idus Novembris.*

2 *Al.* Carthaginensium provinciæ.

3 *Al.* ac religiosissimi.

4 *Al.* ingerebat. Hactenus enim florentem Domini vineam devastaverunt apri frendentes, sponsam Christi, quam sui pretiosissimi sanguinis effusione conciliavit, conspurcare et polluere conata est hæreticorum subdola machinatio, et inconsutilem Domini vestem dividere, unitatem Fidei scindere, caritatis tollere fomenta, quum suo proprio pertinaciter sensui volens inhærere, sacræ Scripturæ puritatem suæ pravitatis intelligentia prophanet. Præterea sacrosanctam ecclesiam Dei vulnerant etiam custodes ejus, qui quum deberent ob dignitatis excellentiam ceteros per suæ virtutis imitationem provocare ad caritatis et unitatis observantiam, tamquam sal infatuatum potius scandali, quam ædificationis dant materiam. Hinc cernentibus, *vel.* Cernimus enim, quomodo Babylonicæ &c.

5 *Al.* Domini dissolutis moribus.

6 *Al.* incitamenta.

a Provinc. Carthag. *b* Duobus computatis vicariis episcoporum. *c* Hæc nota addita a Loaisa, et ab Aguirrio transcripta est ex quadam scriptura, ubi hæc divisio ab Wamba efformata esse dicitur; quæ quum sæculo XIII. inventa fuerit, et plura suppositionis argumenta secum afferat, nec quisquam antiquorum hujus divisionis meminerit, eruditi fere omnes dubiæ Fidei eam esse existimant; quin et apocrypham ego omnino dixerim, eo quod ad universæ Hispaniæ diœcesium divisionem non concilium particulare, sed totius Hispaniæ generale necessarium fuisse videatur. *d* Convenit cum anno 675. quo habitum est concilium hoc; imperare quippe cœpit Septemb. initio an. 672. *e* Omnibus Carthaginensis provinciæ episcopis, uno excepto Mentesano. *f* Ecclesia principali Toletana sub titulo B. M. Virginis, uti Tolet. IX.

menta [a], quia ecclesiastici conventus non aderat disciplina [b]; nec erat, qui errantium corrigeret partes, quum sermo Divinus [1] haberetur extorris. Et quia non erat adunandorun pontificum ulla præceptio [c], [2] crescebat in majus vita deterior. Quum tandem Divina nos clementia ex alto respiciens, et tempori ætatis nostræ se occursuram præbuit et saluti, præparans nostris sæculis religiosi principis mentem devotam pariter et instructam, [3] cujus fervidæ sollicitudinis voto et lux [4] conciliorum revocata resplenduit, et alterna caritas [d], se mutuo in corrigendis vel instruendis moribus excitavit, dum et aggregandi nobis hortatu [5] principis religiosi facultas est data [e], et opportuna corrigendis præparata est disciplina; ut qui decursis longe ante temporibus, post decem et octo [f] scilicet labentium annorum excursum, in unum meruimus aggregari conventum, [6] mederi possemus spiritali gratia sanitatum. Nec enim numerus iste alienus est a salute; sic quippe mulier illa in evangelio ter senis annorum excursibus curva, quæ figuram totius generis humani gestabat, sub sacramento [g] hujus numeri saluti [7] pristinæ a Salvatore donatur. Nos igitur per tot annos curvi [h] nostri ordinis persistente statu in eo quod nulla nos conciliorum definitio jungeret, nullus etiam conventus ecclesiastici ordinis adunaret, tandem Divinæ voluntatis imperio, et religiosi principis jussu evocati, in Toletanam urbem convenimus. Qui quum in ecclesia Beatæ Virginis Mariæ debitis in sedibus locaremur, inter cetera [8] quæ subterius discreto capitulorum ordine sunt digesta, non aliunde primum cœpimus habere sermonem, [9] quam de sancta Fidei puritate; ut quia initiandis [i] ad beatam vitam hominibus hæc [10] prima est via salutis, prævia quoque nostris [11] fieret et institutis pariter et præceptis. Unde [12] sacro hujus instructionis arcano sanctorum Patrum, Nicæni scilicet,

a Hoc est: tum etiam in caussa erat, ut sacerdotes Domini corruptis moribus quasi retibus implicati essent, quia sequebantur concupiscentiæ illecebras.

b Hoc est: quia non cogebantur concilia, quibus possent populi mores reformari.

c Nulla erat in regibus neque jussio neque etiam permissio, ut cogerentur concilia; Reccesvintus enim partim Vasconum incursione implicatus, partim animi perversione ductus, uti eum describit Isidor. Pacens. *in Chron.* cap. 15. Cixila in *Vita S. Ildephonsi*, et Rodericus Palentinus, nullam congregandi concilia facultatem Patribus concesserat, unde nihil mirum, quod in hac infausta Hispaniæ epocha ea fuerit regni nostri facies, qualem tetris calami coloribus hujusmodi concilii exordium depingit: in primis vero Wambani imperii annis, excitata Paulli rebellione, nihil nisi de comprimenda tyranni hujus superbia agebatur.

d Patres in unum positi. *e* Reccesvintus igitur postremis imperii sui annis, et Wamba in prioribus facultatem cogendi concilia denegavit. *f* Decem et octo annorum spatium, longam esse conciliorum intermissionem antiquis Hispaniæ Patribus videtur *g* Mysterio. *h* Id est, infirmi: Refertur ad exemplum mulieris curvæ. *i* Dirigendis, disponendis.

1 *Al.* haberetur exosus.

2 *Al.* crescebat immanis vita deteriorum. Tum tandem Divina clementia operis manuum suarum perditioni condolens, prava in directa reducens, suum Sanctum Sabaoth novis propaginibus ac plantis novellis fœcundare volens, negligentiæ surrogans diligentiam, pro ignorantia disciplinam immittens, pro socordia solertiam, pro schismate unitatem inducens, pro zizania veræ pacis vinculum largiens, pro caducis cœlestium desideria infundens, pro turpibus honesta sectari stimulans, a terrenis et infimis ad sublimia erigens, nos in hac lacrimarum valle potius morientes quam viventes, in hoc vasto periculorum mari vagantes sine remige, sine clavo, huc illucque tempestatum fluctibus per abrupta collisos, in continua malorum acie confligentes, ubi nos circumstant mille discrimina, ubi versutissimus insidiatur hostis, mille nocendi artibus instructus, ex alto cœli domicilio respiciens, et tempori ætatis nostræ, &c.

3 *Al.* cujus providæ.

4 *Al.* conciliorum renovata.

5 *Al.* principis gloriosi.

6 *Al.* mereri possimus spirituali gratia sanctitatem, *vel* sanitatem.

7 *Al.* pristinæ redonatur. Nos ergo.... curvo.

8 *Al.* quæ subter.

9 *Al.* quam nisi de sanctæ Fidei.

10 *Al.* prima semper est.

11 *Al.* fieret præceptis.

12 *Al.* sacræ instructionis arcana sanctorum, Nicæni.

cet, Constantinopolitani, Ephesini, atque Calcedonensis conciliorum merita amplectentes, per quæ et radicitus hæreticorum falsa [1] concinnabula [a] destruuntur, et Fidei [2] catholicæ limpor evidens declaratur; hoc communi alternoque animorum judicio definimus, ut hanc ipsam nostræ Fidei regulam verbis simplicibus niteremur alternatim nobis singulariterque referre; ita ut quicquid per triduum de hujusmodi quæstionibus unicuique nostrum lectionis memoria [3] ministrasset, prout animis, vel memoriæ occurrisset, omnis sub brevitatis compendio simplici notaretur stilo, relatio tamen ipsius sacramenti pura et [4] evidens a capite [b] primum inciperet, et sic ad membra reliqua [c] perveniret; nullas obscuritatis lineas in se habens, nullas etiam inusitatæ locutionis regulas continens, sed puritas sola esset clara sermonum, quæ posset [5] evidentem exprimere sensum, quo exercitatiores [6] nos intelligendum redderet verborum simplex collatio, quam relata condensæ lectionis instructio. Quia et revera [7] tantæ Fidei mysterium ita sacerdotes Dei convenit nosse, ut non superficie verborum efferantur incogniti [d], [8] sed sensibus sanæ intelligentiæ reperiantur instructi; ut in disserendo præcipue hujus Sanctæ Trinitatis arcano plus evidentia [e] quam eloquentia eos efficiat saporatos [f]; sic [9] enim et Divini muneris dono est actum, ut juxta votum definitionis alternæ promissio monstraretur in opere [g]. Unde quod primo die præsidentis metropolitani lingua profudit, die tertia omnium [10] nostrorum vox singulatim collative [h] repetiit. Iste ergo est tenor Fidei nostræ, qui et a capite copiose profluxit, et a [11] membris prolatus, gloriose emicuit. *Quæ sequuntur in cap. 6. de Symbolis.*

1 *Al.* conciliabula.
2 *Al.* catholicæ norma declaratur.
3 *Al.* ministraret, et prout... occurreret, omnis sobrietatis compendio. *Vel*: omni compendio.
4 *Al.* evidens, et a capite.
5 *Al.* evidentiam exprimere suam, quo.
6 *Al.* nos magis ad.
7 *Al.* tantæ rei mysterium.
8 *Al.* sed sensu sanæ.... in differendo.
9 *Al.* enim ex Divini.
10 *Al.* nostrum vox sigillatim.
11 *Al.* membris probatus.

a Implorum hominum aggregatio. Innocent. III. in *Decretis*, et vita S. Deicoli Lutrens. n. 5. vocant *Concionabulum*, quasi diaboli concionem. *b* Præside, metropolita Quirico. *c* Reliquos episcopos. *d* Ne forte sola verborum instructi superficie, maneant mysteriorum ignari. *e* Perspicuitas. *f* Sapore, gustu suavissimo Fidei imbutos. *g* *Hoc est*: Ita sane, Divino favente Numine, factum est, ut quod omnes una promiserant, amplexuros nimirum regulam Fidei a metropolita exhibitam, opere, ut in votis erat, implerent. *h* *Singulatim*, *collative*, idem est, ac omnes simul.

CAP.

CAP. XXXI.

In nomine Domini incipit[1] *Concilium*[a] *Bracharense*[b] *III. quod factum est sub anno IV. gloriosi domini nostri Wambani*[c] *regis, Era 713.*[d] *id est anno Christi 675.*

1 Al. *Concilium Bracar. tertium.* al. *IV. habit. an. quar. Wambani regis.*

Decenter satis per Divinum Spiritum in Bracharensi urbe collecti, [2] de his quæ intra Dei ecclesiam perversa actione geruntur, tractaturi convenimus, ut adjuvante nos illo qui dicit: *Ubicumque fuerint duo, vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum*, pari animo parique devotionis studio exurgentes male habitos extirpemus errores. Etenim dum nos in unum synodalis actio aggregasset, debitis in sedibus collocati, primum de sanctæ Fidei sacramento cœpimus habere sermonem; scilicet ne aut vanitate disputantium, aut nescientia simplicium erroris quippiam [3] in hoc sacrosancto sacramento Fidei teneretur. Unde quum omnes nos in vera Fide, [4] ut speculum perlustraremus illæsos [e] in eo quia nullum nostrum schismatici [5] erroris fœdaverat turbo, sed vera nos et simplex in hoc sacramento apostolica ostendit idoneos prædicatio [f], grates omnipotenti peregimus [6] Deo. Quam tamen nostræ Fidei regulam ipsis verbis, atque sententiis [7] commemorando reteximus, quibus eam declaratam esse scimus in conventu Nicæni concilii. [8] Et ideo.... *Quæ sequuntur in cap. 7. de Symbolis.*

2 *Al.* et de his intra ecclesiam.

Matth. 18. 20.

3 *Al.* hoc sacramento.

4 *Al.* ut per speculum.

5 *Al.* erroris fatigaverat. *Vel* fuscaverat turbo.

6 *Al.* Deo. Quod hanc nostræ.

7 *Al.* commemoranter.

8 *Al. deest*: et ideo.

Post hujus sanctæ Fidei sacramentum relatus est [9] in concione nostrorum omnium error manifestus pariter et diversus, qui tanta debet disciplinæ arte retundi, quanta et perversitate [10] comprobatur admitti. Quidam enim in sacrificiis Domini relati sunt [11] lac pro vino, pro vino botrum [g] offerre; eucharistiam quoque vino madidam pro complemento communionis credunt populis porrigendam,

9 *Al.* in cognitione omnium nostrum error.

10 *Al.* comprobatur infundi.

11 *Al.* lac pro vino offerre.

[a] Provinciale totius provinciæ Gallaicæ. [b] Brachara jam tum pristinos suæ provinciæ limites recupaverat, facta sibi Lucensi civitate suffraganea, quæ in syn. Brach. II. metropolis dignitate fruebatur. [c] Regis Gothi, extincto jam penitus Suevorum imperio, in Gallæcia. [d] Post kalendas Septembres, quibus cœperat annus quartus Wambæ, et fortassis in Novembris initio, uti decreverat syn. Tolet. III. *can.* 18. *de Temp. celebr. concil.* cap. 3. [e] *Legendum forte*: tamquam in speculo perlustraremus illæsos. [f] *Hoc est*: Sed vere, sincere, et firmiter credimus quod apostolica traditio docet. [g] Uvas non expressas.

dam, et quod pejus his omnibus est, quidam sacerdotum in vasis Domini epulas sibi apponunt, et manducare in eis præsumunt. Quidam etiam ex sacerdotibus relati sunt, quod ecclesiasticæ consuetudinis ordine prætermisso, missam sine orariis audeant dicere; et quod in sollemnitatibus martyrum reliquias suo collo imponant, et in sellulis non ab aliis se portandos, nisi [1] ab albatis diaconibus credant. Illud quoque quod plerique sacerdotum absque testimonio cum feminis [2] commorentur, et quod quidam illorum honoratos fratres suos verberibus indiscretis subjiciant; necnon et illud quod [3] quidam simoniæ cupiditate arrepti, quos ordinaturi sunt, sub cautione dimittant, qualiter postquam ordinati fuerint, pecuniam [4] ab ipsis promissam accipiant. Illud quoque quod familiam ecclesiæ in propriis laboribus quassant, damnum [5] rebus Dominicis facientes. Quæ omnia ne confuse viderentur esse prolata, discretis titulorum [a] ordinibus credimus subnectenda.

1 *Al.* ab albis indutis diaconibus.

2 *Al.* commorantur.

3 *Al.* quidam simonis.

4 *Al.* ab illis.

5 *Al.* in rebus ecclesiasticis facientes.

CAP. XXXII.

[6] *Concilium [b] Toletanum XII. XXXV. [c] Episcoporum ad regem confirmandum circa tempora* AGATHONIS PAPÆ *habitum, anno primo [d] orthodoxi atque serenissimi domini Ervigii regis, V. Idus Januarii, anno Redemtoris nostri DCLXXXI. Era DCCXIX.*

6 *Al. Concilium Toletanum duodecimum, habitum anno primo Eringii regis, quinto Idus Januarii.*

Anno primo orthodoxi, atque serenissimi domini nostri [7] Ervigii regis, [8] quum ex glorioso prædicti principis jussu in unum fuissemus aggregati conventum, et in basilica sanctorum apostolorum [e] debitis in sedibus locaremur, adfuit coram nobis idem clementissimus princeps, [9] humilitatis gratia plenus, et claro pietatis [10] cultu conspicuus, qui nostro se cœtui [11] reclinem [f] exhibens ac devotum [g], imprimis omnium sacerdotum se commisit precibus adjuvandum; deinde grates multiplices omnipotenti Domino egit de conventu totius [12] concilii; quia et gloriosæ jussio-

7 *Al.* Hervigii.

8 *Al. sic incipit:* Quum ex glorioso prædicti principis jussu, in unum fuissemus aggregati conventum, et in basilica.

9 *Al.* humanitatis gratia.

10 *Al.* cultu perspicuus.

11 *Al.* reclivem exhibens.

12 *Al.* concilii, ut suæ gloriosæ jussionis, quum in unum adessent, impleverint votum ... innovationem fecerint gaudiorum.

a Quos quidem, hujus collectionis titulis insertos invenies.

b Nationale, ut ex quatuor metropolitarum subscriptione colligitur. *c* Præter vicarios et abbates. *d* Regnare quippe cœpit 15. Octobr. Era 718. *e* Sicuti et Tolet. sub Reccaredo, Tolet. VIII. XIII. XV. XVI. *f* Benevolum. *g* Proclivem.

sionis suæ, ut in unum adessent, impleverit votum, et alternæ visionis innovatione se refecerint gaudiorum [a]. Deinde adjiciens, sic est omne concilium allocutus. *Et quæ sequuntur in cap. 4. de Allocut. Reg.* Non dubium.

Tunc suscepto a gloriosissimo principe [1] tomo, pro tam salubri invitamento [2] copiosas gratias retulimus Domino Jesu Christo, [3] et etiam benediximus [b] principi glorioso. Post [4] egressum igitur ejusdem serenissimi principis, [5] hæc jam dicto tomo scripta [6] comperimus [7] probitatis [c]. *Quæ sequuntur in eod. cap. 4. de Allocut. Reg.* In nomine Domini.

1 *Al.* hoc tomo.
2 *Al.* et copiosas grates.
3 *Al.* et item benediximus.
4 *Al.* egressum ergo.
5 *Al.* hæc in jam.
6 *Al.* reperimus.
7 *Al. deest*: probitatis.

Ex Canone I.

[8] In nomine gloriosi domini nostri Ervigii regis primi diei synodali exordio, considentibus episcopis atque senioribus palatii universis, habita [9] primum est de Sancta Trinitate collatio, non quæ novello [10] exarationis stilo definita patesceret, sed [11] quæ nobis simplicioribus sese pigris sensibus patefacta monstraret [d], ubi præmissa semper lectio præcederet, quod sequens expositio aperiret; credentes pariter et docentes de eadem sanctæ Fidei puritate, quicquid evangelica et apostolica [12] traditio sancit, quicquid synodus Nicæna constituit, quicquid Constantinopolitana Patrum aggregata collectio promulgavit, quicquid Ephesini cœtus [13] definitio docuit, quicquid etiam Chalcedonensis concilii promulgatio definivit, sicut multorum aliorum Patrum documentis id sacramentum expositum traditumque nobis accepimus, sicut etiam in missarum sollemniis [e] patulis confessionum vocibus proclamamus. *Quæ sequuntur in cap. 8. de Symbolis.*

Consummatum est hoc sanctum concilium die VIII. kal. Februariarum, anno feliciter primo [14] serenissimi atque clementissimi domini nostri Ervigii regis [15] Era DCCXIX.

8 *Al. incipit*: Primo die synodalis exordii considentibus.
9 *Al.* primo est.
10 *Al.* exactionis stilo.
11 *Al.* quæ verbis simplicioribus.
12 *Al.* traditio sanxit, quidquid sancta synodus.
13 *Al.* definitio dlci docuit, sicut multorum catholicorum patrum documento expositum.
14 *Al.* serenissimi domini nostri regis.
15 *Al. deest*: Era DCCXIX.

a Hoc est: Et gaudio, quod ex nova reciproca nostrum visione provenit, quasi nostras animi refecerit vires. *b* Fausta adprecati sumus. *c Pro* proba, probata, adprobata. *d Hoc est*: non quæ de novo conscripta videatur, sed quæ nobis parum ingenio præstantibus, et obtusis nostris mentibus perspicua appareat.

e Sicut in Missali Gothico, ante orationem Dominicam ex can. 2. Syn. Tolet. III. de *Missæ et Officii* cap. 18. Symbolum Constantinopolitanum recitandum decernitur, ita etiam paucis immutatis vocabulis transcribitur in hoc concilio, ut in cap.8. de *Symbolis*.

CAP.

CAP. XXXIII.

1 Al. *Concilium Toletanum decimum tertium, actum anno quarto Eringii regis.*

[1] *Concilium*[a] *Toletanum XIII. XLVIII.*[b] *Episcoporum, actum anno IV.*[c] *Ervigii regis, Era DCCXXI. anno Domini DCXXCIII. sub* LEONE PAPA II.

2 *Al.* auctore *vel* factore Deo.

3 *Al.* Eringii regis, sub die secundo Nonas.

4 *Al.* nostrum debitis.

5 *Al.* qui synodo deliberationis.

6 *Al.* deprecaretur.

7 *Al.* religiosis votis.

8 *Al.* conventu.

9 *Al.* pariter et contestans.

10 *Al.* venustioris esset.

11 *Al.* actionem peregit.

12 *Al.* reperimus.

13 *Al.* Relecto ergo coram cunctis tomi necessariæ institutionis exorsu.

Illibatæ caritatis instinctu alternis visionum obtutibus redditi [d], et in unum cœtum [2] fautore Deo pariter aggregati, in ecclesia videlicet sanctorum apostolorum Petri et Pauli [e], anno regni quarto serenissimi [3] Ervigii principis, sub die pridie Nonas Novembris, Era 721. Quum unusquisque [4] nostrorum debitis locaretur in sedibus, adfuit idem princeps pleno Fidei ardore subnixus, et humilitatis gratia decoratus. [5] Qui synodico cœtui deliberationis suæ vota commendans, et ut pro se Deum instantissime [6] deprecarentur, expostulans, hoc præsertim est allocutus sufficienti [f] exhortatione concilium, ut ecclesiasticæ disciplinæ, quæ congruunt, et corrigendis moribus, quæ conveniunt, tractatus nostri evidentia sancirentur. Deinde [7] religiosa vota suæ clementiæ, quibus subveniendum miseris definivit, synodali [8] conventui confirmanda commisit: offerens videlicet sacris pontificibus tomum, obsecrans [9] pariter et obtestans, ut quicquid illic [10] venustioris [g] calami respersione congestum, synodalis potentiæ [h] condere tur ordine titulorum. Tunc nos pro suscepto a principe tomo gloriam dedimus Deo, et eidem principi benediximus glorioso. Idem tamen princeps, postquam votorum suorum [11] insinuationem peregit, a conventu concilii gratiosus [i] exivit. Tunc post præsentiæ principalis abscessum, hoc in tomi ipsius allegatione [j] [12] pervenimus [k] exaratum. *Quæ sequuntur, in cap. 5. de Allocut. Regum ad concil.* In nomine Domini.

[13] Perlecto igitur præ cunctis tomi necessario institutionum exorsu, prius de Fide Sanctæ Trinitatis sermocinatio-

[1] *a* Nationale, quatuor quippe metropolitæ, et duo metropolitarum vicarii subscribunt. *b* Quatuor metropolitis computatis, non tamen vicariis. *c* Qui concidit cum anno Christi 683. Vide supra cap. prox. *d* *Hoc est*: Illibata caritate permoti, ad mutuam visionem nos reversi. *e* Uti Tolet. sub Reccaredo, Tolet. VIII. XII. XV. XVI. *f* Fervida. *g* Elegantis. *h* A potestate synodali. *i* Comiter. *j* Contextu. *k* Invenimus.

tionis nostræ cœpit esse principium; profitentes pariter et credentes ea, quæ de hac Sancta Trinitate, et evangelia tradunt, et apostolorum sanctiones instituunt; sicut Nicæna synodus hoc pietatis sacramentum exposuit, sicut Constantinopolitana definitio sanxit, vel primi [a] Ephesini cœtus atque Chalcedonensis evidens doctrina constituit, juxta quod etiam sacrosancti symboli elucubrata professio [b] claret, quæ in missarum solemnitatibus [c] patula cunctorum acclamatur fidelium voce. *Quæ sequuntur in cap. 9. de Symbolis.*

Post hujus sanctæ [1] Fidei dispositam structuram, quasi super solidissimam petram, [2] ceterorum negotiorum sequentium construximus fabricam; [3] ut eo firmitate inconvulsibili durent, quo super fundamentum veræ Fidei fuerint constructa perenne. Unde [4] et has in commune sententias, quas principis hortatu construendas accepimus, communi voto [5] edidimus, quas etiam æternæ reverentiæ vigore observandas fore censemus.

1 *Al.* Fidei scripturam, quasi.
2 *Al.* ceterorum sequentium.
3 *Al.* ut firmitate.
4 *Al.* et has omnium in commune.
5 *Al.* edidimus, has etiam æterno reverentiæ.

Præconabile [d] signum [e] est, illis semper negotiis interesse [f], quæ et a pietate incipiunt, et per pietatis viscera temperantur [g]: *Pietas enim*, ut ait Apostolus, *ad omnia utilis est*. Cujus virtutis admirabili dono cor gloriosi atque religiosissimi principis nostri Divino igne succensum, decrevit pariter et elegit, ut in unum cœtum omnes Hispaniæ aggregati pontifices illa decernerent, quæ et gravedines præssurarum removeant, et sublevationis opem dejectis opulenter impendant [h].

1. *Timoth.* 4. v. 8.

CAP. XXXIV.

Concilium [i] Toletanum XIV. XVII. [j] episcoporum, Era 722. anno V. [k] Ervigii regis, Christi Redemtoris 684. celebratum sub BENEDICTO II.

In nomine Patris, et Filii, et Sancti Spiritus. Incipiunt *ge-*

Ffff

[a] Ut excludatur latrocinium Ephesinum adversus S. Jo: Chrysostomum habitum anno 449. [b] Confessio. [c] Vide supra cap. prox. [d] Prædicabile. [e] *Scilicet*, pietatis. [f] *Hoc est*: de illis negotiis curare. [g] Reguntur. [h] Est veluti exordium canonis 1. qui insertus est cap. 2. de *Hispan. Reg. piet.* quo infidelibus subditis pristinæ, quæ eis ablatæ fuerant, dignitates restituuntur. [i] Provinciale, si canonis 1. exordium attendas; quod enim, præter metropolitam Julianum, et octo quoque metropolitarum Vicarii interfuerint, ideo factum est, ut isti hujus concilii et sextæ synodi generalis acta ad suas provincias deferre possent. [j] Provinciæ Carthaginensis, præter vicarios episcoporum ejusdem provinciæ, et octo quoque metropolitarum vicarios. [k] Qui concidit cum an. 684. quo habitum est concilium hoc, uti notatum est supra cap. prox.

gesta synodalia, quæ acta sunt a Præsulibus Carthaginis provinciæ, assistentibus etiam vicariis [a].

Ex canone I.

De præmemoratione aggregati concilii, et relatione principalis edicti, quo jussum est, synodum agitari. Vel: De caussa, cur hoc concilium coactum fuerit, et de recensendo regis edicto, quo illud celebrari jubetur.

Quum serenissimus et perspicuus princeps Ervigius, gloriosus amator veræ Fidei, immo amabilis filius ecclesiæ Christi, promissionis [b] suæ non immemor, ob confutandum Apollinaris dogma [c] pestiferum, de quo sibi a Romano Præsule [d] fuerat nuntiatum, strenuo et invicto suæ celsitudinis jussu nos omnes præciperet aggregari in unum, hoc dedit speciale edictum; ut quia sicut oportebat, pro tantæ rei negotio pertractando generale concilium fieri, varia adversitatum incursio non sineret, saltem adunata per provincias concilia fierent, et siquidem hic primum a nobis in urbe regia synodus ageretur: deinde in singulis quibusque provinciis singulare haberetur concilium; quo quicquid hic actum per Toletanam synodum, reliqui primarum sedium Præsules suorum vicariorum relatibus comperissent, id etiam in postmodum ipsi per discreta provinciarum suarum concilia observarent; sicque hæc nostri concilii gesta essent illis omnibus in toto communia, utpote ab ipsis edita atque ipsis coram positis roborata, quæ utique per legatos suos confirmanda decreverant, quo ex hoc unum et indivisibile fieret cunctorum Hispanorum præsulum per totam Hispaniam vel Galliam synodale edictum, ex quo omnium metropolitanorum fuisset et assensibus promulgatum. Nos proinde Carthaginis provinciæ præsules, anno quo supra, sub die decimo octavo kalendas Decembris in præmemorata ecclesia [e] debitis ordinibus considentes, caussæ hujus ordinem et totius rei negotia retexentes, quibus Romanæ sedis fueramus [f] litte-

a Tarraconensis, Bracharensis, Narbonensis, binis uniuscujusque horum metropolitarum vicariis: uno vero Emeritensis, et uno Hispalensis. *b* Proculdubio Romano pontifici promiserat Ervigius, acturum se, ut concilium ad recipienda sextæ synodi acta, cogeretur. *c* In hoc sistebat, quod assereret, Christum humanam naturam sine anima, aut cum anima tantum sensibili accepisse. *d* Sub Leone II. habita est sexta synodus generalis. *e* Videtur fuisse eadem quæ in Tolet. XIII.

f Julianus quoque metropolita fuit a Romano pontif. de Apollinaris erroris damnatione commonitus.

teris invitati, sic patula et communi sumus voce exorsi.

CAP. XXXV.

Ex eodem, canone 2.

De initio relationis, quo concilium cœpit, gestorum synodalium et epistolæ Romani Pontificis facere mentionem, qua acta sextæ synodi generalis Hispaniarum Patribus missa fuerant.

Clara omnes notio populos Hispaniæ implet,[a] quod decurrentis evoluti temporis serie per Romani præsulis bajulum[b] gesta synodalia societati nostræ advecta sunt, quibus Constantinopolim, Constantino pio et religioso principe mediante, magna et sublimi copia aggregata pontificum, Apollinaris dogma comperimus fuisse destructum[c]. Cum quibus etiam gestis Leonis quoque antiquæ Romæ[d] pontificis invitatorio epistolaris gratiæ consulta suscepimus, per quæ omnis ordo gestorum gestaque ordinum dilucide, ut acta sunt, nostris sensibus patuerunt. In cujus etiam gratioso epistolæ tractu[e] ad hoc omnes præsules Hispaniæ invitati sunt, ut prædicta synodalia instituta quæ miserat, nostri etiam vigoris manerent auctoritate suffulta, omnibusque per nos sub regno Hispaniæ consistentibus patescerent divulganda.

Peractum[f] concilium die Dominico, sub die XII. kalendas Decembris, anno quo supra.

CAP. XXXVI.

Concilium[g] Toletanum XV. LXI.[h] episcoporum, anno Domini DCLXXXVIII. tempore SERGII PAPÆ *celebratum.*

In nomine Domini Jesu Christi incipit synodus Tolet. XV.

Ffff 2 se-

a Omnibus Hispaniæ populis notum est. b Epistolarum bajulatorem, tabellarium. c In sexta synodo generali, Constantinop. III. d Sic appellabatur Roma ad distinctionem Constantinopolis, quæ dicebatur Roma nova. e Vulgo *Contexto.* f Absolutum. g Nationale, ex omni quippe, qua late patebat, Hispania, episcopi interfuerunt, ut ex subscriptionibus evincitur. h Quinque computatis metropolitis, qui concilio interfuerunt, non item vicariis et abbatibus.

sexaginta unius episcoporum, acta anno primo [a] serenissimi, et orthodoxi Egicanis principis, sub die V. Iduum Majarum, Era DCCXXVI.

Apud urbem Toletanam, in ecclesia Prætoriensi [b] sanctorum apostolorum Petri et Pauli [c], omnes Hispaniæ Galliæque pontifices aggregati, dum cunctis residentibus, in aspectu singulorum sese in alterutrum caritas diffussa monstraret [d], alternisque vocibus relatio gratiarum Deo reddita sonuisset, adfuit idem serenissimus Egica princeps, placida devotionis arce sublimis [e], et strenua culminis reclinatione laudabilis [f], quique in medio pontificum positus humoque prostratus sacerdotum Dei se commendat orationibus. Deinde surgens et sufficienti exhortatione concilium alloquens, innexa tomo sui culminis vota Dei sacerdotibus tradidit, relegenda::: inquiens. *Quæ sequuntur, in cap. 6. de Allocut. Reg. ad conc.* Ecce beatissimi Patres.

Tunc nos oblatum a rege tomum suscepimus, et dantes Deo gloriam, eidem principi benediximus, quo discedente, hæc jam dicti tomi complicatione reperimus. *Quæ sequuntur, uti supra, in cap. 6. de Allocut.* In nomine Domini.

Igitur hujus tomi serie perlecta, primum nobis ille [g] ordine consequenti occurrit, quo primitias nostri spiritus Domino consecrantes, collationis nostræ primordia a sanctæ Fidei soliditate inciperent ordienda. Sanctam igitur et definitam a Patribus Fidem pia confessione fatentes, sicut eam Nicæna synodus sanxit, Constantinopolitana Patrum aggregatio edidit, vel Ephesini cœtus Cyrillo præsidente traditio protulit, atque etiam Chalcedonense concilium declaravit, sic etiam eam tremendam omnibus prædicamus, sicut et pertraditum a Patribus symbolum profitemur ac dicimus. *Quæ sequuntur in cap. 10. de Symb.*

His itaque super sanctæ Fidei professionem [1] explicatis, ad contuendam illarum seriem conditionum nos vertimus, quarum [2] nexibus se illigatum prædictus princeps fuerat protestatus. Etenim tempore, quo divæ memoriæ Er-

1 *Al.* explicitis, ad contuendum.
2. *Al.* nexibus illigatus.

a Imperare quippe cœpit Egica mense Novembr. an. 687. *b* Vide quæ de Prætorio diximus in Tolet. VI. supra cap. 24. *c* Sicuti Tolet. sub Reccaredo, Tolet. VIII. XII. XIII. XVI. *d* Dum scilicet sese mutuis salutationibus et aliis lætitiæ argumentis reciprocum significarent amorem. *e Hoc est*: Sublimis, quia absque regiæ auctoritatis diminutione, se placidum exhibuit. *f Id est*: Laudabilis, eo quod licet strenuus et invictus, inclinavit se, et humiliavit coram Dei sacerdotibus.
g Lege: illud.

Ervigius princeps hunc præsentem dominum nostrum Egicanem [a] regem ad copulam filiæ sustinuit [b], his eum primum ligaminibus [c] implicavit. Clara igitur pronuntiantis voce earumdem conditionum nobis textu præcognito, invenimus illic tam impossibilia vincula quædam juramenti innexa, ut difficulter mens jurantis ab earum illigatione sit libera, etiam si esset a regni curis et sollicitudinibus aliena. Quarum textrinii evidens ligatura [d], inter cetera connexionum capitula, his verbis habebatur expressa. *Quæ sequuntur, in cap. 6. de Allocut. Reg. ad concil.* Circa cognatos.

Hac igitur ratione præmissa, absolutis et discretis personis, atque vocibus singulorum, negotia ipsa quæ contra partem dicti piæ memoriæ Ervigii principis vel filiorum ejus habebantur proponenda admisimus, definientes, ut legibus canonibusque designata justitia inter opponentes et respondentes, a judicibus inconcussa servetur. *Quæ sequuntur, in cap. 15. de Adprecat. pro rege.*

CAP. XXXVII.

Concilium [e] *Cæsaraugustanum III. tempore* SERGII PAPÆ I. *celebratum anno Domini DCXCI.*

PRÆFATIO.

In nomine Domini. Incipiunt gesta synodalia in urbe Cæsaraugustana, sub die kalendar. Novembrium, Era DCCXXIX. anno quarto [f] *orthodoxi atque serenissimi domini nostri Egicani regis.*

Sacerdotes Domini, quos non solum Divina pietas ad magisterium provehit sacrum, sed etiam speculatores insti-

a Ervigii generum. *b Hoc est*: Filiam suam Leubigitonem Egicæ in matrimonium tradidit. *c* Obligationibus, juramento firmatis. Vide sis hasce conditiones in cap. 19. de *Jurejurando*. *d* Alligatio veluti filorum in *textrinio*, sive panno texto.

e Videtur fuisse nationale, principe quippe jubente, ut refertur in exordio, coactum fuit; et in can. 1. sancitur, ut episcopis, *in quibuscumque provinciis constitutis*, non *liceat præter diebus Dominicis ecclesias consecrare*. Vide sis cap. 4. de *Eccles. consecr.* ac canone 5. constituitur, regis viduam *in Cœnobio Virginum mancipandam esse*, ut in cap. 22. de *Obedient. fidelit. &c. regi deferen.* quorum quidem decretorum constitutionem ad universam Hispaniæ ecclesiam spectare, nemo non novit. *f* Qui convenit cum an. 691. kalend. Novemb. quibus habitum est concilium hoc; imperare enim cœpit post diem 15. Novembr. an. 687. quo Ervigius imperio cessit.

stituit plebium, ea se debent auctoritatis munire sententia, quod et Divinis sine intermissione insistant præceptis, et cunctam plebem dignis condirigant exemplis. Et ideo quia nos Divina celsitudo ex jussu excellentissimi, et piissimi, magnique Dei cultoris domini nostri Egicani principis in hanc Cæsaraugustanam urbem coadunari præcepit, et ita sub omnimoda specialitate instituit, ut resecante falce justitiæ, æquitatis consolidetur materies, et quicquid cujuslibet indiscreta pernicies a sanctis institutionibus Patrum de ordinibus ecclesiasticis divellit, nostris elucubratis sententiis, Deo mediante, in lumine deducatur veritatis; iccirco dum nobis de sanctæ Trinitatis mysterio secundum formulam Nicæni concilii, triduo mutua [1] fuisset collatio, et quæ se cœtui nostro ad ædificationem totius plebis ingesserunt, conspicua diligentique ratione pertractantes, quæ necessaria extiterunt, Christo opitulante (cujus nos caussa salutis ad hoc provocavit studium) in brevibus atque continuatis capitulis cuncta definivimus, et ad perennitatis suæ roborem ea quæ a nobis acta vel definita sunt, propriæ manus nostræ exaratione firmare procuravimus.

[1] *Al.* fuisset consolatio.

Quicumque igitur superiores constitutiones, quæ salubri consilio a nobis definitæ esse noscuntur, violaverit, vel execrari quacumque factione [a] pertentaverit, aut permiserit, noverit, se excommunicationis percepturum sententiam, atque etiam exilii damnationis diuturno tempore incurrere jacturam.

CAP. XXXVIII.

Concilium [b] Toletanum XVI. [c] LIX. episcoporum celebratum Era DCCXXXI. id est, anno Christi DCXCIII.

In nomine Domini. Incipit synodus Toletana sexta decima, LIX. Episcoporum.

Dum anno sexto [d] incliti et orthodoxi domini et princi-

a Operatione: quocumque modo. *b* Nationale, ex omnibus quippe Hispaniæ provinciis episcopi convenerunt, una excepta Narbonensi provincia, ab inguinali quod patiebatur contagio, detenta, uti refert Egica in confirmat. hujus concilii. Vide sis cap. 25. de *Confirmat. Concil.* *c* Revera interfuerunt tantummodo 58. quinque computatis metropolitis; ideo enim postremus ex episcopis sub numero 59. subscribit, quia numerus 22. a collectoribus omissus fuit. Vide sis cap. 34. de *Subscript.*

d Convenit cum an. 693. sexto die ante kalend. Majas, quæ habitum est concilium hoc. Vide sis supra cap. prox.

cipis nostri Egicanis, sub die sexto Nonarum Majarum, Era 731. unanimitatis nostræ conventus, in Prætoriensi [a] basilica sanctorum videlicet Petri et Pauli [b] aggregatus consisteret, atque unusquisque nostrorum ex more secundum ordinationis suæ tempus in locis debitis resideret, rerum prius omnium Domino devotissima gratiarum jura persolvimus, pro eo quod nos et alterutræ visionis contuitu solari permisit, et alternæ pacis osculo [c] confovendos statuit, diffussis cordibus, simulque et vocibus ei precum murmura effundentes; ut sicut nos alternorum osculorum impensione lætificos effecit, ita serenissimum et religiosissimum prædictum Egicanem principem, cujus jussu Fraternitatis nostræ cœtus est adunatus, Fidei suæ conversatione stabiliat, prorogatione justitiæ muniat, pacem locupletem reddat, impensione misericordiæ fulciat, virium fortitudine roboret, quo, longævitatis munus fruens, commissa sibi regni gubernacula discreto moderamine teneat, et commissos sibi populos benigne regat, æque disponat, et jussu pietatis modificet. His devotione promtissima actis, cœpit unionis nostræ numerositas de rebus spiritualibus mutua collationis inter se orsa diffundere [d], atque eventum rei expectatione mansuetissima præstolare [e]. Igitur quum ea attentius agerentur, siquidem excellentissimus princeps sanctæ intentionis munimine fretus, religione plenissimus, et elucubrationis [f] summæ titulo inclitus, nostro sese cœtui intulit, ac gloriosi capitis verticem cernuo voto reclinans, nostris sese Domino precatibus commendari percensuit, propriis manibus tomum nobis deferens reserandum, in quo suæ devotionis vota et deliberationis piæ desideria sistebant, stilo gravissimo exarata, omnes in communi sui oris dulcifluis exhortans oraculis, ait. *Quæ sequuntur, in cap. 7. de Allocut. reg. ad concil.* En Divini.

Quem tomum ab eo unanimitas nostra suscipiens, eidem principi benediximus, eoque e nostri medio discedente, ejusdem tomi seriem reseravimus, cujus dictorum textus subter annexa serie declaratur. *Quæ sequuntur, uti supra, in cap. 7. de Allocut. reg.* In nomine Domini.

Re-

a Vide quæ de prætorio diximus supra cap. 24. *b* Sicuti Tolet. sub Reccaredo, Tolet. VIII. XII. XIII. XV. *c* Uti erat illorum temporum usus. *d* In medium producere orsa, seu fila (metaphora ab arte textili desumta) res scilicet, quæ sibi singulis menti occurrerent. *e* *Hoc est*: sub silentio expectare, quid inde agitandum eveniret. *f* Eruditionis, qua tomum seu libellum efformavit.

Reserato tomo igitur, et quæque ejus series retentabat, diligenti indagatione perlustrantes, immensi mole gaudii cordium nostrorum arcana exæstuant. Proinde ferventioribus animis in laudem Dei nostri hymnorum libet cantica reboare, quod religiosissimi et orthodoxi principis nostri intimo igne sui amoris ita reddiderit fervidum, ut totius nostræ adunationis collegium prudentissimis ac salutaribus sui oris affatibus crediderit exhortandum; perbenigne nos admonens, ut dignorum speculatorum more, ecclesiæ Dei navem, quam dispensatione superna in vasti hujus sali gurgitibus gubernandam suscepimus, salutarium remigiorum gubernaculis ad consummatæ salutis portum incolumem perducamus, et in defensione ejus quotidianis lucubrationibus [a] operam demus, vigilantes et custodientes vigilias noctis super nobis creditos greges, ita nempe, ut verborum spiritualium concrepantibus tubis, et sanis membrorum compagibus, nec securitatis torpore depressa diversorum lapsuum incurrant decipula [b], salutaria sine intermissione ministremus munimina, et infirmis artubus, diversis utpote ægrimoniarum [c] vulneribus sauciatis, congrua medicamina apponamus, quo facilius queant et veternosa [d] ulcera radicitus evelli, et remedia exoptatæ salutis nancisci. At nunc quoniam ad hæc implenda nullum nostrorum sine adjumento omnipotentissimæ Trinitatis cernimus esse idoneum, ideo conspicuum satis et necessarium perpendimus, ut quia *corde creditur ad justi-*
Rom. 10. v. 10. *tiam, oris autem confessio fit ad salutem*, ipsius sanctæ Trinitatis mysterium, qui est unus Deus, a quo nos expetere convenit, ut digni ecclesiæ suæ pastores existere mereamur, proprii oris confessione promamus, et utpote mortali ore, quantum ipse jusserit prælargiri, laudum insignia præcinamus, quatenus universæ definitiones, quæ nostro effectu extiterint editæ, superpositæ fundamento firmissimo, inconvulsæ persistant, et justitiæ robore subnixæ, sæculis infinitis perdurent. *Quæ sequuntur, in cap. 11. de Symbolis.*

Sanctæ etenim Fidei mysterium oris nostri confessione pandentes, ad capitula, quæ ob disciplinam ecclesiasticam moresque male errantium componendos necessaria sunt, unanimitatis nostræ articulum flectamus, et quæ opportuna sunt, decretis capitulis definiamus.

a Crebris exhortationibus. *b* Ut evadant sine lapsu diversa in quæ passim offendimus peccandi pericula. *c* Morborum. *d* Vetusta et obfirmata ulcera.

CAP.

CAP. XXXIX.

Concilium [a] *Toletanum XVII. tempore* SERGII PAPÆ I. *anno Domini DCXCIV. celebratum.*

In nomine Domini. Incipit Synodus Toletana XVII. Regula sanctæ Fidei, decurrente imperii anno religiosissimi ac serenissimi domini nostri Egicani regis VII. [b] *sub die V. Idus Novembris, Era DCCXXXII.*

Dum in ecclesia gloriosæ virginis et confessoris [c] Christi sanctæ Leocadiæ [d], quæ est in suburbio Toletano, ubi sanctum ejus corpus requiescit, plerique Hispaniarum et Galliarum pontifices convenissemus, debitis nobis in locis residentibus, adfuit idem gloriosissimus princeps, fervore sanctæ devotionis accensus, Sanctique Spiritus munere plenus, et in medio nostri consistens, inclitum caput reclinans, sese a nobis benedici poposcit, et orationum nostrarum effusione Domino commendari, optavit. His itaque, ut moris est, actis, tomum manu propria nobis obtulit, inquiens. *Quæ sequuntur, in cap. 9. de Allocut. reg.* Ecce sanctissimum.

Qua sacri oris sui oratione finita, e medio nostri, benedictione percepta, abscessit. Tunc unusquisque nostrorum residens suo in loco, tomum ipsum reserari præcepimus, et quæ necessaria erant, alterna collatione pertractare curavimus. *Quæ sequuntur, in eod. cap. 9. de Allocut. reg.* In nomine Domini.

Necessarius ordo deposcit, ut secundum Pauli vasis electionis edictum, ante initium quarumcumque caussarum regnum Dei quæratur, quatenus ea quæ sequenter agenda sunt, justissime opitulante Domino terminentur. Ac proinde opportunum fore perspeximus, Fidei sanctæ mysterium, quod est salutis nostræ inconvulsibile fundamentum, ore proprio pandere, et ructatione cordis patule enarrare. Iccirco credentes, et confitentes ea, quæ in omnibus san-

a Nationale, eo quod, uti dicitur in exordio, episcopi ex Hispaniarum Galliarumque ecclesiis interfuerint. Subscriptiones vero omnino desunt, Florezius tamen volum. 6. tract. 6. cap. 19. n. 5. vidisse se refert codicis antiqui folium, in quo episcopos saltem 61. subscripsisse legebatur. *b* Convenit cum hujus concilii epocha. Vide supra cap. 36. *c* Martyris. *d* Uti Tolet. IV. V. VI.

ctis conciliis, sanctorumque Patrum oraculis gloriosa confessio protulit, symboli etiam seriem, quæ totius sanctæ Fidei continet sacramenta, oris nostri confessione proferimus. *Quæ sequuntur, in cap. 12. de Symb.*

scopo scripturas diversarum confectas obligationum, quibus ita se obstrinxerat, ut ei perpetua societate mancipatus, nihil per eum [a] contra Martianum episcopum possit reperiri verius [b]; insuper [c] objectionibus [d] suis semper ei esset infestus; sed quoniam talium factionum vel conjurationum conciliabula non modo infirmat auctoritas canonum, sed resolvit sententia legum, quam prolatam in sui defensione diaconus ipse relegit, dicens: *Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus* [e]. Reseratum est etiam concilium Hilerdense [f], in quo jubetur per satisfactionem pœnitentiæ ad caritatem redire. Era [g] quippe septima ita: *Qui sacramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno e communione Corporis et Sanguinis Domini segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, et quantis potuerit jejuniis abluat; ad caritatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter redire festinet.* Unde et receptis [h] scripturis [i], et a malo resipiscens conspirationis, testes qui se in tempore obtulerunt, in nostram denuo reduxit præsentiam, quos liquide indagantes, et in ejus funditus veritatem perquirentes, atque eos ab invicem dividentes, uno modo eademque sententia, sua composita nobis fassi sunt mendacia, in quibus ita confictionum mendacii comperimus figmentum, ut notitias [j] ab aliis conscriptas [k] proderent, quas sæpissime suæ meditationi adhibentes, memoriter discerent quod mendaciter gestificarent [l]. Sed ut manifeste rei veritas pateret, adductus est Ricesvindus, qui ita testificaverat, eo quod divinam [m] nomine Simpliciam per jussionem supradicti Martiani episcopi ad ejus præsentiam cum Dormitione perduxisset, quam ille de vita regis aut sua consuluisset, qui dum in nostra consisteret præsentia, sub testificatione divini nominis professus est, nihil suo testimonio suprascripto de ore Martiani episcopi cognovisse, nisi quod in tempore instigatus accepta notitia cum comminatione fuerat meditatus, ea fuisse in judicio testificatus [n]. Insuper adstiterunt testes Scivila et Gundulphus, qui sub juramento testificati sunt, ipsum Ricesuindum non fuisse ætatis le-

[a] Quantum in ipso Eulalio erat. [b] Validius argumentum. [c] *Adde*: fassus est, quod. [d] Exprobationibus. [e] Paullus 1. *Sentent. tit.* 1. *ad Calc. cod. Theod.* [f] An. 546. [g] Canone; ut in cap. 3. de *Furto*, *usura*, *et perjurio.* [h] *Scilicet*: a nobis. [i] Præfatis, quibus se ad persequendum Martianum obstrinxerat Eulalius. [j] Testimonia. [k] Subscripta. [l] Quasi gesticulatore seu mendaces agentes testificarentur. [m] Divinatricem, ariolam, augurem. [n] *Hoc est*: nisi quod ea quæ jam diu sibi contra Martianum afflata fuerant, minarum terrore perculsus memoria tenuerit, et in judicio pronuntiaverit.

legitimæ ad testificandum, eo quod non habebat quartum decimum annum [a], et e duobus testibus Dormitio cum remansisset solus, inlicitum fuit [b], soli credere. Porro Franca et Honorata confessæ sunt, Simplitiam post se singularem cum episcopo non dimisisse [c], sed sicut pariter ingressæ sunt, pariter et egressæ [d], neque aliqua ibi [e] talia audissé sicut in priori, eorum testimonio habebatur; addentes ibi cum sacramenti interpositione, nec priori testimonio ita ut scriptum legebatur, testificasse; et quia literas ignorabant, rusticitate se deceptas dicebant. Siquidem tam vilis eorum existebat persona, ut contra summi Pontificis non admitteretur accusatio tam abjecta. De ancilla vero nomine Ustania, quod [f] objectum est ei, eo [g] quod vestiariam [h] eam habuisset, ex quibus unum testem discutientes, nomine Gregorium presbyterum, dixit nobis, quia vidisset eam ingredi in cubiculo episcopi, quod et reliqui temporis illius testes ita dixerant. Nos autem veritatem ad liquidum perquirentes, probationem [i] invenimus, id est Tonantium presbyterum, Joannem diaconum, Loailanem subdiaconum, qui suo sacramento [j] testificati sunt, quia postea quam ad episcopatum venit Martianus episcopus, ancilla supradicta claves cubiculi episcopi numquam tenuisset, nisi germanus suus nomine Velesarius tenens cubiculum episcopi, caussa germanitatis ad ipsum recurreret, non vestuariæ officium peageret [k].

Deinde ventum est ad id, quod contra principem dicebatur oblatrasse, quod eorum conditionibus [l] reseratis, qui hoc ipsum visi sunt testificasse, didicimus falsum esse; quia neque principis, neque cujusquam tetigerat nomen, quum per amaritudinem de quibus criminabatur, dixisse inveniebatur. [m] Bonellæ autem cujus discussio primum Astigi, et postea Spali, habita describitur, quamquam non publice sed occulte fuerit inquisita, tam varium extitit testimonium, ut quod in confessione Astigitana die quo mandata est, dixit fuisse factum, in Spalensi alio die referat gestum. Cui quia sola erat, eo de se crimen [n] con-

a Quam quidem ætatem in testibus requirit L. 12. tit. 4. lib. 2. *Fori Judic.*
b Vide sis can. 8. Brach. II. ut in cap. 3. de *Testib. et Accusat.* *c* *Id est*: se egressis, non reliquisse Simplitiam solam cum episcopo. *d* Sicut una tres ingressæ, pariter una egressæ sunt. *e* Scilicet coram episcopo. *f* *Superesse videtur*: quod. *g* *Superesse quoque videtur*: eo. *h* Sive vestuariam, uti infra, quasi famulam, quæ de episcopi vestimentis curam ageret. *i* Scilicet modum perscrutandi veritatem. *j* Juramento. *k* Ancilla scilicet Ustania. *l* Depositionibus. *m* *Quasi diceret*: quum id inventum fuerit dixisse, non ex invidiæ livore, sed ex animi amaritudine, ex falsis sibi impactis criminibus, concepta. *n* *Fortasse legendum*: sola erat, quæ de eo crimen &c.

fessa fuerat, atque in pœnis constituta hæc dixerat, et ancilla erat, credi contra personam ipsius iniquum fuit [a]. Cetera vero ac singula quæ nobis data fuerunt ad relegendum perquirentes, non culpas, unde diceretur invenire potuimus, sed inquisitiones vilissimas et malivolas apertissime reperimus. Sed et nunc in nostro judicio prolati sunt clerici, id est, Trasoarius, Stefanus, Adeodatus, et Hospitalis, qui sub vinculis placitorum ab Habentio episcopo tenebantur adstricti, ut contra Martianum episcopum deberent testificare mendaciter [b]: quæ placita per Habentium episcopum nobis data, nostro judicio sunt illis reddita, quæ recepta [c], aperta confessione manifestaverunt, se conditiones [d] accepisse per Timotheum tunc clericum, modo autem diaconum, ab Habentio episcopo dirutas [e] cum placito Adeodati clerici, in quas [f] olim Dormitio, et Richesvindus testificaverant, juxta quas deberent rursus contra eumdem Martianum episcopum et ipsi falsa et plura testificare: sed nihil se scire de his quæ conditiones illæ continebant, sub juramento testificati sunt. Quod non solum ipsi confessi sunt, sed et per confessionem Timothei diaconi hoc ad nos pervenisse manifestum est; unde apertissime datur intelligi, primum ejus [g] consilio et ope tanta in illum fuisse crimina congesta, cujus etiam et testificatio extitit et post eam accusatio, per Timotheum diaconum inventa est falsa: hinc enim in hoc studio [h] eum laborasse didicimus, quoniam antequam examinatione episcoporum crimina ipsa de quibus accusatus est Martianus episcopus, ventilarentur, consensum jam pro suo episcopatu comperimus conscriptum [i]. Qua de re prolata est sententia ex Calcedonensi concilio Era [j] octava decima, qui hujusmodi crimen fratrias vel conjurationem condemnat, ita dicens: *Conjurationum et conspirationum crimen, quod apud Græcos dicitur fratrias, et publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi, hoc multo magis in sanctam Dei ecclesiam efficaciter convenit abdicari. Si qui vero clerici seu monachi inventi fuerint conjurantes aut fratrias vel factiones aliquas componentes suis episcopis aut aliis clericis, om-*

a Scilicet, quia testis hæc tres patiebatur juris exceptiones: quod singularis esset, quod pœnæ metu ad testificandum fuisset adducta, et quod ancilla esset.
b *Hoc est*: in carcere detinebantur, donec placita, aut conditiones, vel tabulam falsi adversus Martianum testimonii, ab Habentio conscriptam, memoriæ mandare, et in judicio proferre non detrectarent. c Post quæ recepta. d Falsi testimonii scriptum ab Habentio consarcinatum. e *Forte*: directas. f Juxta quarum tenorem. g Habentii. h In ejusmodi scelerata machinatione. i Spem, Astigitanam sedem assequendi, scripto demonstrasse comperimus. i Canone.

omnimodo cadant de proprio gradu. Sed et adstiterunt etiam Gonderes et Nepotianus, quos falsis criminibus apud bonæ memoriæ dominum Sisenandum regem accusaverat [a]. Quorum caussa quia graviter, patrocinante canone [b], periclitabatur [c], sed et aliis multis accusationibus urgebatur; atque ex nimia sua severitate tam in fratribus [d] quam in familiis [e] ecclesiæ impie egisse convincebatur, tunc nos conversi ad ordinatores ejus, quid de eo censerint, exquisivimus: ipsius autem unius subreptionem, et alterius innocentiam comprobantes, judicii sui decreto elegerunt, removere de sede Astigitanæ ecclesiæ Habentium episcopum, atque ac si sera [f] restituere pontificem Martianum, quorum sententiæ tam Divina pietas quam nostra congregationis unanimitas favorem exhibentes, quoniam, ut quidam Patrum ait, numquam puduit in melius retorsisse sententiam, meliori eorum [g] judicio consona voce præbentes assensum, robur conferimus, Deo confirmante, perpetuis temporibus valiturum. Porro de Habentio episcopo hæc nostræ moderationis [h] sententia humanitate concilii promulgatur, ut pro præmissis excessibus suis sub satisfactione pœnitentiæ apud fratrem nostrum [i] honore retento subdatur, quatenus et crebra compunctione purgetur, et a tanti facinoris vitio corrigatur. De judicibus autem, sub quorum præsentia frater noster Martianus episcopus dudum est delectus [j], hæc per nos reperit indagatio veritatis: quoniam non astu, neque depravando judicium, sed fefellit eos fallacia testium; idcirco et Habentio et Martiano episcopis contra eos intercludimus aditum appellationis; quod si quisquam eorum contra eos vel hanc judicii nostri formulam, quam pro pace ecclesiæ et scandali remotione volumus temperare [k] ..... crediderit reclamandum, tum noverit se excommunicatione esse privatum, et honore dejectum [l] ..... Decretum judicii in Prætorio Toletano in ecclesia Sanctæ Leocadiæ [m] martyris sub die quinto Idus Januarii, anno feliciter secundo regno glorioso domini nostri Chintiliani regis. Era DCLXXVI. *Vide sis subscriptiones in cap. 22. de Subscript.*

a Habentius scilicet. *b* Can. 74. syn. Illiberit. ut in cap. 2. de *Testibus* et *Accusat.* et can. 24. Arelat. II. *c* Ut in eadem caussa caderet Habentius. *d* In fratres clericos videlicet. *e* Servis scilicet. *f* *Lege*: etsi sero. *g* Episcoporum nimirum, qui Martianum de sede Astigitana deposuerant. *h* Emendationis. *i* *Hoc est*: sub regimine Martiani episcopi. *j* Depositus, quasi de electione dejectus. *k* *Forte inserendum*: aliquando. *l* *Legebatur forsan*: Factum *vel* Datum. *m* Vide sis cap. 24. de *Exord. et epil.*

CAP. V.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. canone 7.

Quæ debeat discretio ecclesiarum rectoribus esse, in clericorum puniendis excessibus, *ne per inconditam disciplinam subeant homicidii notam.*

Quum juxta antiquæ institutionis edictum [a] plus erga corrigendos agere debeat benevolentia, quam severitas, plus cohortatio quam commotio [b], plus caritas quam potestas, relatum est nobis, quod quidam ex fratribus [c] plus livore odii, quam correctionis studio subditos insequentes, dum se simulant spiritualem eis adhibere correctionem, indiscretam subito afferunt mortem, quum inauditos a se projiciunt, [1] et occultis eos judiciis [d] sub pœnitentia [e] puniunt. Non ergo de cetero perversis voluntatibus sit liberum, simulare quod fingunt, sed quotiescumque quilibet ex subditis corrigendus est, aut publica debet a sacerdote disciplina curari, aut si aliter rectoribus placet, duorum vel trium fratrum spiritualium [f] testimonio peculiariter adhibito, et modus criminis agnoscatur, et modus pœnitentiæ irrogetur; ita tamen ut si exilio vel retrusione [2] dignum eum esse qui deliquit, judicium peculiare decreverit, modus pœnitentiæ quam coram tribus fratribus sacerdos transgressori indixerit, speciali debeat ejus qui sententiam protulit, manus propriæ subscriptione notari; sicque fiet, ut nec transgressores sine testimonio excidia vitæ suæ incurrant, nec rectores accusatos se de quorumlibet interemtionibus erubescant.

1 *Al.* et illicitis, *vel* acutis eos.

2 *Al.* dignum eum esse cognoverit, aut quid aliud peculiare decreverit, modus pœnitentiæ, quem coram.

a Leon. M. epist. ad Anast. Thessal. cap. 1. *b* Iræ. *c* Episcopis. *d* Suppliciis. *e* Sub pœnitentiæ colore. *f* Clericorum.

CAP.

CAP. VI.

Ex Concilio Bracharensi III. anno 675. can. 7.

[1] *De honesta honoratorum* clericorum *disciplina*, ut si episcopus in eos durius quam par est sævierit, excommunicationis et exilii pœna, juxta supplicii quod intulit, excessum puniatur.

1 Al. *De honestate honoratorum, et disciplina*, vel *doctrina.*

Quum B. Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia [2] præcipiat et doctrina, novimus, quosdam e fratribus tantis cædibus in honoratos [a] [3] subditos effervescere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo qui gradus jam ecclesiasticos meruerunt, id est, presbyteri, abbates, [4] sive levitæ, excepto gravioribus et mortalibus culpis, nullis debeat verberibus subjacere. Non est dignum, ut passim unusquisque prælatus [5] honorabilia membra [b] sua prout voluerit [6] et complacuerit, verberibus subjiciat et dolori, ne dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahat, juxta illud quod quidam [7] sapiens dicit: *Leviter castigantus reverentiam exhibet castigatus; asperitatis nimiæ increpatio nec increpationem recipit; nec salutem.* Et ideo siquis aliter quam dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentia perceptæ potestatis elatus, [8] malitia tantum crediderit verberandos, juxta modum verberum [9] quem intulerit, excommunicationis pariter et exilii sententiam sustinebit.

Can. 8. dist. 45.
2. Timoth. 4. v. 2.
2 Al. præcipiat, extra hanc doctrinam novimus, quosdam ex fratribus.
3 Al. decet: subditos.
4 Al. et levitæ, qui exceptis gravioribus... nullis debent.
5 Al. honorabiliora.
6 Al. et ei placuerit.
7 Al. Sapiens dixit: Leniter .... asperitas autem nimiæ increpationis nec.
8 Al. malitia animi tantum.
9 Al. quæ intulit excommunicationem..

CAP. VII.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. can. 2.

De accusatis sacerdotibus, seu etiam optimatibus palatii, atque gardingis, sub qua eos justitiæ cautela examinari conveniat, scilicet, in publico episcoporum, seniorum, et gardingorum conventu.

Secundæ collationis objectu [c] res nostro cœtui lacrimanda occurrit, quæ tanto est synodalis judicii pondere

a Clericos scilicet, qui honore digni sunt. b Subditos. c *Quasi*, secunda sessione.

re [a] abigenda, quanto immensam stragem populis affert pariter et ruinam. Etenim decursis retro temporibus vidimus multos et flevimus ex Palatini ordinis officio cecidisse [b], quos et violenta [c] professio [d] ab honore dejecit, et trabale [e] regum sanctione judicium aut morti [f] aut ignominiæ [g] perpetuæ subjugavit. Quod importabile [h] malum et impietatis facinus exhorrendum religiosi principis nostri animus abolere intendens, generali omnium pontificum arbitrio retractandum [i] invexit, et ultrici synodalis potentiæ auctoritate cohibendum instituit. Unde congruam devotionis ejus sententiam [j] decernentes, [k] hoc in commune decrevimus, ut nullus deinceps ex Palatini ordinis gradu, vel religionis sanctæ [l] conventu regiæ subtilitatis [m] astu [n] vel profanæ potestatis instinctu, sive quorumlibet hominum malitiosæ voluntatis obnixu [o], citra manifestum et evidens culpæ suæ judicium, ab honore sui ordinis, vel servitio domus regiæ arceatur; non antea vinculorum nexibus illigetur, non quæstioni subdatur, non quibuslibet tormentorum vel flagellorum generibus maceretur, non rebus privetur, non etiam carceralibus custodiis mancipetur, neque adhibitis hinc inde injustis occasionibus abdicetur, per quod illi violentia occulta vel fraudulenta professio [p] extrahatur, sed is qui accusatur, gradum ordinis sui tenens, et nihil ante de supradictorum capitulorum nobilitate persentiens, in publica sacerdotum, seniorum, atque etiam gardingorum [q] discussione reductus [r] et justissime perquisitus, aut obnoxius reatui [s] detectæ culpæ legum pœnas excipiat, aut innoxius judicio omnium comprobatus appareat.

Illos tamen, quos in locis talibus manere constiterit, unde nocibilis perfugii suspicio sit, aut eos quos pro conturbatione [t] terræ diligentius oporteat custodiri, hoc sine aliquo vinculorum vel injuriæ damno sub libera custodia consistere oportebit. Sic tamen repulso omni terrore sub circumspecta et diligenti custodia habeantur, ut tempus quo judicari eos oporteat, nullo modo sub fraudulentia dilatetur, quo ab uxoribus vel propinquis, atque etiam rebus suis diutissime separati, professionem suam videantur

[a] Maturo judicio. [b] Deliquisse. [c] Sub quæstione vel tortura extorta. [d] Criminis confessio. [e] Supremum, irrevocabile. [f] Neci. [g] Infamiæ. [h] Intolerabile. [i] Abolendum. [j] Sententiam congruam vel respondentem principis nostri devotioni, pietati, clementiæ. [k] *Pro*: cernentes, attendentes. [l] Ministrorum ecclesiæ. [m] Sublimitatis. [n] Elatione. [o] Importunitate devictus. [p] Confessio. [q] Gardingus, vox quam a Romanis acceperunt Gothi, quamque putant aliqui a *Garda*, custode originem habere, quod existiment, gardingis demandatam fuisse curam personam regis custodiendi. [r] Adductus. [s] *Potius*: pro reatu. [t] Pro eo, quod turbas excitaverint.

tur dedisse inviti; quæ tamen si data fuerit, modis omnibus non valebit, sed juxta superiorem ordinem illud tamen pro vero accipietur, quod ex ore ejus agnitum generali fuerit judicio comprobatum. Nam de ceterorum ingenuorum personis, qui palatinis officiis non hæserunt, et tamen ingenuæ dignitatis titulum reportare videntur, similis ordo servabitur, qui etiam si pro culpis minimis (ut assolet) flagellorum ictibus a principe verberentur, non tamen ex hoc aut testimonium [a] amissuri sunt, aut rebus sibi debitis privabuntur. Quod si de infidelitatis crimine quicquam eis objicitur, simili ut superius præmissum est, ordine judicandi sunt.

Quod synodale decretum Divino, ut confidimus, spiritu promulgatum siquis regum deinceps aut temeranter custodire neglexerit, aut malitiose præterire præelegerit; quo quisquam de personis taxatis aliter quam præmissum est, prædamnetur, aut astu congestæ malitiæ perimatur, vel dejectus sui ordinis loco privetur, sit cum omnibus qui ei ex delectatione consenserint, in conspectu altissimi Dei Patris et Unigeniti Filii ejus, atque Spiritus Sancti perenni anathemate ultus, et Divinis vel æternis addicetur ardoribus concremandus.

Et insuper quicquid contra hanc regulam sententiæ nostræ, aut in persona cujuscumque fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ extiterit judicatum, nullo vigore subsistat, quo persona ipsa aliter quam decernimus judicata, aut testimonii sui dignitatem amittat, aut quæstu rei propriæ careat. Nec enim hæc et talia promentes principibus domesticæ correctionis potestas adimitur. Nam specialiter de laicis illis, quos non culpa infidelitatis adstrinxit, sed aut servitii sui officio torpentes, aut in commissis sibi actibus reperiuntur esse mordaces [b] vel potius negligentes, erit principi licitum hujusmodi personas absque aliquo eorum infamio, vel rei propriæ damno, et servitii mutatione [c] corrigere, et in commissos [d] talium alios, qui placeant, transmutare [e]. *Eumdem vide in cap. 2. de Palatinis &c.*

a Honorem, id est facultatem ferendi testimonium in judicio. *b* Stupidi, voce a præduro dentium morsu fortassis desumta. *c* Absque eo quod ab ejus famulatu illum deponat. *d* Officia, *Commissiones*. *e* Substituere.

CAP.

CAP. VIII.

Ex Synodo Compostellana anno 1114. *can.* 13.

Ut calumniarum caussæ in kalendis discutiantur.

Die kalendarum archipresbyteri, presbyteri, milites, rustici [1] in kalendarum, antecessorum more [a] conveniant. Tunc siquid querelæ, vel injuriæ obortum fuerit, ab archipresbytero, ceterisque [2] discretis viris veraciter perquiratur, et emendetur. Quod si definire nequiverit, sequenti die super illius negotii caussa vera indagine facta, pontifici atque apostolicæ sedis primatibus [b] referatur, et determinetur.

1 *Al.* in kalendis.

2 *Al.* disertis viris.

CAP. IX.

Ex eadem, *cap.* 14.

De caussis agendis in sexta feria.

Uniuscujusque hebdomadæ sexta feria pontificalis palatii januis reseratis, quicquid querelæ, quicquid injuriæ fuerit, in præsentia pontificis, judicum, et canonicorum intimetur, et definiatur.

TIT. II.

DE JUREJURANDO.

CAP. I.

Ex duobus inter se pugnantibus juramentis, quibus se rex Egica obstrinxerat, alterum absque alterius infractione observandum esse, definiunt Hispaniarum Patres

in Concilio Toletano XV. anno 688.

Perlectis igitur his conditionibus [c] quæ divæ memoriæ Ervigius princeps præsenti principi nostro ob suorum tan-

[a] Veluti judices. [b] Judicibus sedis Compostellanæ, apostolicæ dictæ ob conditum ibi corpus S. Jacobi apostoli.

[c] Vide in cap. 6. de *Allocut. regum ad concil.* Juramenti scilicet, quo Egica Ervigii filios a se protegendos esse, promisit.

tantum filiorum vindicationem [a] extorserat, aliæ iterum conditiones [b] ex communi voto sese nobis retractandæ objiciunt, ad quas præfatus princeps Egica in regno adscitus, juramentorum suorum Deo reddidit vota, quum se justitiam populis redditurum promisit, ac ne quemquam contra justitiam læderet, jurisjurandi attestatione devovit. Prima igitur conditionum illa series [1] pertractata, multis his secundis conditionibus videtur esse contraria. Quomodo enim pro cognatis caussaturus exurgens, decertantibus [c] contra eos [d] dabit justitiæ palmam, si ipse contra eos [e] sententiam suam [f] defendat? Aut si ipse, sicut juravit, negotii sit objector? [g] Quis expectabitur judicii terminator, aut quomodo data in populis juramenta servabit, ut nullum, sicuti est pollicitus, contra justitiam gravet, si in tantum cognatis protectionis adminicula præstet, quamdiu negotia eorum, se prosequente [h], ad effectum videantur pertingere? Sic enim sicut jam superius dictum est, jurasse præfatum principem constat, ut negotia eorum, se intendente et prosequente, ad [2] effectum perveniant

1 *Al.* pertractanda.

2 *Al.* effectum pertineant.

Illigatum [i] itaque principem utriusque partis vinculis contuentes, perpendimus, quia utraque promissio simul ab eodem inculpabiliter impleri non possit. Quamquam si bene res considerata tractetur, tunc ab illis primis conditionibus absolutus ostensus est, quando ad secundas has conditiones populorum jurare coactus est, quia uno eodemque compulsionis auctore utrumque contestatus est.

Quapropter perpensis utrarumque conditionum allegationibus [j], atque communi omnium collatione [3] tractatis, pervenimus in illis conditionibus, ad quas primum hic princeps noster socero jurasse dignoscitur, sola illi proprii juris commoda cogitata; in his autem conditionibus

3 *Al.* tractatis, invenimus.

Tttt

a *Id est*: eo tantum sibi fine proposito, quod tutos filios et ab omni perturbatione salvos relinqueret. *b* Juramentum videlicet, quo jus suum populis redditurum esse, spopondit. Vide sis cap. 6. de *Allocut. regum ad concil.* *c* *Nimirum*, populis.
d *Nempe*, cognatos Egicæ, Ervigii filios. *e* *Scilicet*, populos. *f* *Videlicet*, caussam Egicæ cognatorum. *g* *Hoc est*: si ipse Egica sit actor caussæ propinquorum ejus contra populos. *g* Procurante. *b* Illigatus dicitur utriusque juramenti vinculis; Ervigius enim priusquam filiam suam Leubigitonem Egicæ in consortem traderet, juramentum ab eo extorsit, quod ipsius filios, Leubigitonis fratres fovendos et protegendos susciperet; et idem Egica regio diademate coronandus jurejurando iisdem promisit, jus suum unicuique subditorum redditurum esse; quæ bina quidem juramenta invicem pugnabant, quippe quod Ervigii filii possessiones quasdam et redditus, quas a populis surreperant, retinerent; quas si ut subditis favorem deferret, restitui decrevisset, primum juramentum dissolvere videretur; si tamen, ut fidem Ervigio datam custodiret, ipsius filios populorum possessiones injuste retinere permitteret, secundum juramentum infringere diceretur.
i *Hoc est*: perpensis utriusque juramenti circumstantiis, quæ expositæ sunt.

1 *Al.* honestis juris vota.
2 *Al.* Fidem exactam.
3 *Al.* portenditur.
4 *Al.* Quid igitur.
5 *Al.* Apostolo pro his specialiter.

bus [1] honestatis vota pollicita; illic ante regnum unus tuendæ domus [2] fides exacta, hic post regnum inoffensa regendarum plebium vota pollicita, illic privatus amor ob defensionem filiorum [3] protenditur, hic generalis patriæ et gentis affectio pollicetur; juratio illa offensis forsitan plurimis, uni tantum domui portabit effectum, hæc vero generale æquitatis servans in singulis compromissum, nulli parti dabit veritatis excidium. [4] Quod igitur ex utroque justo disputationis fine conficitur, numquid paucorum salus erit extinctio plurimorum? aut numquid tantum valere debet privatæ rei commodum, quantum generalis relevatio [a] populorum? Absit.

Quia ergo in illa juratione acceptio privatarum cogitata est personarum, in hac autem generalis protectio plebium, quæ ex his duabus sit potius observanda, divina nobis pandat sententia. Scriptum est enim in Proverbiis Salomonis: *Cognoscere personam in judicio non est bonum.* Christus quoque in Evangelio: *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate.* Paullo præsertim [5] apostolo specialiter præstruente, ut *non quæramus, quod nobis utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.* Jam ergo in promtu est, qui ex his duobus salubri pietate præponderetur; et ideo intemerata plus erunt quæ patriæ sunt salubri pollicitatione jurata, quàm illa quæ ob unius tantum domus sunt utilitatem pollicita. Nec hoc quidem sic dicimus, ut illa quæ quidem pro cognatis jurata sunt, penitus destruantur, sed potius ut unius idemque affectus populis cognatisque servetur; unum quid ex duobus unitatis gratiam redolens, neutrum dividat, sed componat. Non enim possunt utraque sejuncta æqua observantiæ lance servari, quia si promissa cognatis fides servetur, populis, quæ promissa sunt, deperibunt; et iterum si data populis intemerata Deo sacramenta serventur, cognatis proculdubio promissa beneficia negabuntur; nec unius partis præstatio sine alterius partis potest esse dispensio. Quid ergo? Numquid ob hoc utraque juramentorum promissa solvenda sunt? Quia singula invicem sine culpa agi non possunt? Absit. Transfundendum ergo unum in alterum, et ad unam regulam redigendum, ita ut minoris partis vota potioribus sint conjuncta, et affectus protectionis qui privatim socero promissus est, et cognatis, transfusus generaliter servetur in populis; non quo ut aut hinc, aut inde promissa fides patiatur dispendium, sed conjuncta atque in alterutrum trans-

a Levamen.

transfusa commune defensionis sentiant lucrum.

Dicimus ergo per Spiritum Dei [1] et proximam sententiam ponimus, eo in nobis loquente, qui se in suo nomine aggregatis medium adesse promisit. Sic ergo ab illis vinculis juramenti, quibus socero ante juravit, principem nostrum Egicanem regem sancta synodus absolvendum elegit, ut aut cognatos ad populorum regulam dirigat, aut populos in cognatorum justam defensionem assumat, ut quasi unius patris germinisque filios utrumque uno devocans in affectu, nec in cognatorum justis negotiis favorem populorum obtendat, nec rursus in populorum questibus cognatis favere pertentet, ut tam in populorum quam in cognatorum negotiis una eademque illi fides servanda sit, nec alio affectu tractandos eligat cognatos, quam populos, quo in adeptum cœlitus regnum directo æquitatis gradiens calle, nec profanationis in utrumque subeat notam, nec pietatis claudat utrisque partibus viscera.

1 *Al.* et præfixam sententiam.

CAP. II.

Hispaniarum Patres ratum esse declarant juramentum, quod Ervigius rex de tutandis filiis suis a populis exegerat

in eodem Concilio Toletano XV.

Secunda post hæc nostro cœtui retractanda se collatio intulit, pro conditionibus scilicet illis, quas jam dictus princeps Ervigius ob tuitionem filiorum suorum totius regni sui populos jurare coegit [a]. Quibus inspectis, et diutissime retractatis; nihil illic invenimus, quod æquitati sit obvium, nihil quod et pietati adversum; occasiones tantum [2] malitiæ amputantur, nam justorum negotiorum aditus non excluditur. Hoc enim singulariter illic servandum promittitur, quod generaliter a Domino omni christiano jubetur; scilicet, ut [3] malitia caveatur, innocentia illibata servetur, frustetur nocendi propositum, admittatur negotiosum justumque judicium. Hoc enim si communi omnium lege servetur, et illæsum semen regium a nocibilitate servabitur, et veritas populis sine perjurii profanatione

2 *Al.* malitia illic amputantur.

3 *Al.* malitia capiatur.

a Præter juramentum quod Ervigius de filiorum suorum defensione ab Egica extorserat, uti supra cap. I. aliud quoque a populis de eorumdem filiorum protectione exegit.

ne reddetur [a]. Nec enim illic juramentum est, ut aut caussantes contra filios suos nemo juvaret, aut nullus super æquitatis judicium promeret, ubi jam dictus princeps non solum in singulis negotia sua judicialiter proponendi aditum tribuit, sed et scelera filiorum suorum, si qua accidissent, legibus ulciscenda permisit.

Quod ergo illic non est juramentum, et tamen juramentum fuisse impudenter asseritur, non devocavit populos in perjurii crimen, quia nec alligatum cernitur in conditionum serie; nec enim in nobis est cohibendum, quod in illis conditionibus non invenimus esse cohibitum. Recedendum tamen est a malitia, [1] et exercenda sunt negotia opportuna. Neque enim quorundam incauta illa dicacitas attenditur, quæ impudenter adstruere nititur, illos tantum innoxios esse a perjurii crimine, qui negotia sua tantum visi fuerint objecisse; illos autem qui vel talia negotia judicanda susceperint, vel hujusmodi pro æquitate adjuverint, inexpiabili profanationis crimine irretiri, hæc quippe dicunt contentiose magis quam rationabili strepitu obstrepentes, nescientes videlicet, quia si negatus fuisset illic aditus jurandi [b], negaretur et proponendi; sed qui admisit justæ propositionis negotium, non voluit prolatæ æquitatis amputare judicium, nec qui proponentem admisit, potestatem juste judicandi judicibus abstulit. Magna ergo stultitiæ vox est, hæc sentire vel proloqui. Nam e contra ecce per totam Divinæ seriem Scripturæ plus judicibus præcipitur judicare justitiam, quam populis sua objectare negotia. Dicit enim Scriptura: *Juste judicate filii hominum*; nec addit, juste proponite caussas vestras filii hominum; numquid quia judices juste judicare [2] admonet, ideo populis proponendi sua negotia interdixit, in eo quod de negotiis proponendis nihil protulit? [c] Numquid super eo judicii [3] formula rejicitur, quia mutum, et absque propositione sentitur? Non ergo, aut judicia sine objectis, aut objecta sine judicibus esse possunt, quo, aut judex desit caussanti, aut caussans desit nullo modo judici.

Qua-

1 *Al.* et exequenda sunt.

Psalm. 57. *v.* 2.

2 *Al.* interdixit, ideo quod.

3 *Al.* formula texitur, qui mutus est absque.

a En sequentis sententiæ explicationem. Juramentum enim emissum non fuisse creditur de eo, quod nullus juvare posset litigantes adversus regis Ervigii filios, nec de eo quod nullus justam contra eos ferre possit sententiam, quum præfatus princeps subditis omnibus concesserit, ut intentiones suas contra ejus filios in judicio proponere possent; immo et eorumdem filiorum scelera juxta leges punire permisit. Ex eo ergo quod juramentum hujusmodi noo fuerit, quamvis fuisse nonnulli opinentur, quum de eo nihil in ipsius jurisjurandi emissione expressum fuisse constet, non poterit populos sub perjurii pœna obligare. *b Potius*, judicandi. *c Hoc est*: Numquid judicaodi exercitium improbatur, quia nihil de proponendis caussis dicitur.

Quapropter conditiones ipsæ, in quibus nec veritas est præcisa, nec pietatis amputata sunt viscera, non tenebunt aut juste proponentes ad perjurii sacrilegium, aut juste judicantes ad profanationis reatum. Hac igitur reddita ratione conficitur, ut ad prædictarum seriem conditionum nullus teneatur obnoxius, quisquis repulsa a malitia contra jam dicti principis partem, aut negotia sibi debita judicibus judicanda objecerit, aut qui talium mandata susceperit, aut testis judex [a] qui advocatus [b] testimonium dixerit, aut judices ipsi qui hujusmodi juste negotia terminaverint, vel hi etiam, qui parti justitiam habenti simpliciter fautores extiterint, ad relevationem [c] potius miserorum currentes, quam parti cuiquam delectantes, [d] esse nocibiles, scriptum est enim: *Pietas ad omnia utilis est.* Neque enim cessandum est a misericordiæ opere, quod illo non interdictum est fœdere. Quia ergo illic justitiæ aditus non negatur, consequens est, ut nec pietas abnegetur; non enim plene justitiam diligit, qui pietatem proximo non impendit. Sic enim inconfusæ pietatis servantes affectum, illud apostolicum prælegimus observandum, [1] quam manifeste præcipitur: *Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi.* Quæ sequuntur in cap. 36. de Exord. et epilog. conc. *Hac igitur.*

1. Timoth. 4. v. 8.

Galat. 6. v. 2.

1 *Al.* quæ, *vel* quum manifeste.

TIT. III.

DE TESTIBUS, ET ACCUSATORIBUS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 74.

De falsis testibus, seu delatoribus, ut secundum objecti criminis gravitatem a communione abstineant.

1 FALSUS TESTIS [e], prout crimen est, abstinebit, si tamen non fuerit mortis [f] quod objecit; et si probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore abstinebit. Si autem non probaverit, in conventu clericorum placuit per quinquennium abstinere.

a Id est: testis in judicio. *b* Ad judicium vocatus. *c* Levamen. *d* Faventes. *e* Vel potius, accusator, aut delator. *f* Crimen, nece dignum.

1 *Al.* Falsus testis, prout crimen est, abstinebitur, si tamen non fuerit mortale, quod objecit, et probaverit, *vel* probaverit, quod non tacuerit, biennii tempore abstinebitur, *vel* abstineatur. Si autem non probaverit, conventui clericorum placuit per quinquennium abstineri.

CAP.

CAP. II.

Ex eodem, canone 75.

[1] *De his qui sacerdotes accusant, nec probant*, ut nec in fine communionem accipiant.

1 Al. *De his qui sacerdotem*, vel *sacerdotes*, vel *ministros accusant.*

Si quis autem episcopum, presbyterum, vel diaconum falsis criminibus appetierit, et probare non [2] potuerit, nec in fine dandam esse communionem. [a]

2 *Al.* potuerit, nonnisi in fine dandam ei esse.

CAP. III.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. can. 8.

Ut qui clericum accusaverit, et id non probaverit, excommunicetur.

* Placuit, ut [3] si quis clericorum aliquem in accusatione fornicationis impetit, secundum præceptum Paulli apostoli duo, vel tria testimonia requirantur ab illo. Quod si non potuerit, datis testimoniis approbare [4] quæ dixit, excommunicationem accusati accusator excipiat.

* *Can. 1. c. 2. q. 4. 1 Timoth. 5. v. 19.*
3 *Al.* si quis aliquem clericorum in accusatione.
4 *Al.* quod dixit, accusationem accusati.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. canone 64.

De Judæis conversis, et post prævaricantibus, ut ad dicendum *testimonium*, uti suspecti, *non admittantur.*

* Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis. Judæi ergo, qui dudum christiani effecti sunt, et nunc [5] in Christi fidem prævaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent, quamvis esse se christianos annuntient. Quia sicut in fide Christi [6] suspecti, ita et in testimonio humano dubii habentur. Infirmari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur, nec [7] eis esse credendum, qui veritatis a se [8] fidem abjiciunt [b]. *Eumdem vide in cap. 11. de Judaismo.*

* *Can. 24. c. 2. q. 7.*
5 *Al.* nunc Christi.
6 *Al.* suspecti sunt, ita in.
7 *Al.* eis est credendum.
8 *Al.* fidem abjecerunt.

[a] Vide sis syn. Arelat. II. can. 23. [b] Vide Leg. 9. et 10. tit. 2. lib. 12. *Fori Jud.*

CAP.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. *can.* 11.

Ne sine accusatore, secundum legum, et canonum sententias *legitimo, quispiam condemnetur.*

* Dignum est, ut [1] vita innocentium non maculetur pernicie accusantium. Ideo quisquis a quolibet criminatur, non ante accusatus [2] supplicio dedicetur, quam accusator præsentetur, atque legum, et canonum sententia exquiratur; [3] ut si indigna ad accusandum persona invenitur, ad ejus accusationem non [4] judicetur, nisi ubi pro capite regiæ majestatis [a] caussa versatur.

* *Can. 9. c. 3. q. 9. et can. 42. Wormat.*
1 *Al.* vita innocentis nulla maculetur pernicie accusatoris.
2 *Al.* suplicio detur, *vel* deputetur, quam.
3 *Al.* quod si indigna ad caussandum.
4 *Al. explicit in vocabulo*: judicetur.

CAP. VI.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. *canone* 7.

De recepto, sive restituto *testimonio personarum, quæ per legem, quæ de promotione exercitus facta est, testificandi licentiam perdiderunt.*

Omnis disciplina sic subjectos debet arguere, ut spem veniæ non videatur auferre, nec funditus curvationis [5] inducere jugum [b], sed temperantiæ semper adhibere consultum. Et ideo quia legem illam a domino [6] Wambane [c] principe editam, quæ de progressione est exercitus annotata [d], hujus principis nostri et domini Ervigii mansuetudo temperare disposuit; ideo annuente nobis glorioso et religiosissimo principe nostro Ervigio, [7] necessarium hoc sanctum concilium definivit, ut hi [8] qui super prædictam legem [e] testificandi dignitatem perdiderant [f], recepto [g] testimonio pristinæ dignitatis, caussas exequi possint debitæ actionis [h] [9], qualiter [i] nobilitatis solitæ titulum reportantes: et [j] quæque de præteritis legitime testificari voluerint, licentiæ obtineant votum, et a [10] judicibus nullis prohibitionibus arceantur; hoc videlicet adjicientes, ut si quid in

5 *Al.* indicere jugum.
6 *Al.* Wambano principe editam, quæ de proditione est annotata, hujus principis nostri domini Ervingii.
7 *Al.* necessarie hoc.
8 *Al.* qui si per prædictam *vel* superiorem legem testificandi dignitatem perdiderint.
9 *Al.* æqualiter nobilitatis solidæ.
10 *Al.* et judicibus nullis prohibentibus.

a Crimine læsæ majestatis. *b* Nec indiscriminatim supplicii imponere pœnam.
c Extat in Leg. 9. tit. 2. lib. 9. *Fori Jud.* *d* *Puta*: quæ edita est adversus eos, qui contra insurgentes in regem arma arripere noluerint. *e* Vi prædictæ legis.
f Inhabiles redacti fuerunt ad ferendum testimonium. *g* Recuperato. *h* Justas caussas curare, et in eis testimonium proferre possint. *i* Et taliter. *j* Ut

in præteritis [1] testificare voluerunt, si pro sola rei infamatione rejecti sunt testimonio suo, nuper conquirant [a] quod in præteritis conquirere [2] poterant; tantum [b] si illo tempore quo in præteritis ad testimonium dicendum vocati sunt, et supradictæ legis institutionibus reprobati, [3] aut aliam criminis notam eos tunc non habuisse patuerit, [4] aut tricennium [c] tunc effluxisse quum ad testimonium fuerant prolati, hi qui eos reprobaverant, manifeste convicerint.

1 *Al.* testificari voluerunt, si pro sola hujus rei.
2 *Al.* potuerant.
3 *Al.* et aliam.
4 *Al.* aut triennium.

CAP. VII.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 7.

Quod si testes, falsi convicti fuerint, illud supplicium accipiant, quod in libro Judicum [d] de falsis testibus est constitutum.

TIT. IV.

DE PURGATIONE.

CAP. I.

Ut clericus de Priscillianæ hæresis contagione suspectus, olera cocta cum carnibus prægustare cogatur.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *cap.*14.

Item placuit, ut quicumque in clero cibo carnium non utuntur, pro amputanda suspicione Priscillianæ hæresis, vel olera cocta cum [5] carnibus tantum prægustare cogantur. Quod si contemserint, secundum [6] quod his talibus sancti Patres [e] antiquitus statuerunt; [7] necesse est, eos pro suspicione hæresis hujus, officio excommunicatos omnibus removeri. *Idem vide in cap. 4. de Superstit.*

5 *Al.* carnibus tamen prægustare.
6 *Al.* quod de talibus.
7 *Al.* necesse est pro suspicione hæresis hujus, hos excommunicatos ab officio omnimode removeri.

a Jus de novo acquirant in his caussis dicendi testimonium. *b* Excepto.
c Leg. 7. et 8. tit. 4. lib. 2. *Fori Jud.* *d* Leg. 6. tit. 4. lib. 2. *Fori Jud.* scilicet, quod nobiles restituere teneantur quantum in caussa fuerunt, ut amitteret ille, adversus quem testimonium falsum protulerunt, et quod in hujus servitutem redigantur personæ viles. *e* Syn. Ancyr. can. 14. Vide infra cap. 3.

CAP.

CAP. II.

Ex eadem, cap. 36.

De purganda opinione hæresis.

* Si quis episcopus, sive alicujus episcopi presbyter aut diaconus, in alicujus hæresis opinionem offenderit, et ob hanc caussam fuerit excommunicatus, nullus episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio, porrecto fidei suæ libello, satisfaciat omnibus, et ita [1] liberam [a] teneat [b] suam purgationem. Hoc idem et de fidelibus laicis sit decretum, si in [2] aliquam hæresis opinionem fuerint nominati [c].

* *Can. 22. c. 1. q. 7. ex Niceno c. 8.*

1 *Al.* liberam suam teneat.
2 *Al.* aliqua hæresis opinione.

CAP. III.

Ex eadem, cap. 58.

[3] *De prægustandis carnibus*, vel oleribus carnibus coctis, ob hæresis suspicionem; *et* de *non execrandis* carnibus a clericis.

3 Al. *De gustandis.*

Si quis non pro abstinentia sed pro execratione esum carum [4] abstinet, placuit sancto concilio, ut prægustet, et sic si vult, abstineat; si autem spernit, ita ut olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens; [5] neque suspicionem hæresis a se removens, deponatur de ordine clericatus. *Idem vide in cap. 5. de Superstit.*

Ex Ancyr. can. 14. vel ex Brach. I. uti supra cap. 14.
4 *Al.* vult abstinere, abstineat.
5 *Al.* nec suspicionem.

a Spontaneam. *b* Faciat. *c* Insimulati.

TIT. V.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

CAP. I.

Ex Concilio Hispalensi II. anno 619. *can.* 2.

De querimoniis Fulgentii et Honorii episcoporum, pro quibusdam parochiis, quæ illi adseruntur episcopo, qui per triginta annorum spatium ipsas possederit, nisi ex præfixis limitibus alterius esse constiterit.

SECUNDO examine [1] inter memoratos [a] fratres nostros Fulgentium [b] Astigitanum [c] et Honorium Cordubensem [d] episcopos discussio agitata est, propter parochiam [2] basilicæ [e], quam eorum alter Cœlesticensem [f] alter Reginensem [g] adseruit. Et quia inter utrasque partes hactenus limitis actio vindicata est [h] ([3] cujus quamvis vetusta retentio nullum juris præjudicium afferret [i]) ideoque ne in dubium ultra inter eos [4] nostra advocaretur sententia [j], prolatis canonibus, synodalia decreta [k] perlecta sunt, quorum auctoritas præmonet, ita oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos usurpet. Ob hoc placuit, inter alternas partes inspectionis viros mittendos, ita [5] ut [l] sit in diœcesi [6] possidentis (si tamen basilicam veteribus signis limes præfixus monstraverit) ecclesiæ cujus est justa retentio, æternum dominium [m]. Quod si et limes legitimus eamdem basilicam [7] non concludet [n], et tamen longi temporis probatur objecta præscriptio, [8] appellatio repetentis episcopi non valebit, quia illi tricennalis objectio silentium ponit; hoc enim et sæcularium principum [o] edicta præcipiunt, et præsulum romanorum [p] decre-

1 *Al. incipit*: Inter memoratos.

2 *Al.* basilicæ cujusdam quam quod horum alter Celticensem *vel* Cestacensem *aut* Celcitensem.

3 *Al.* cui quamvis.

4 *Al.* nostra denotaretur sententia.

5 *Al.* ut si sit.

6 *Al.* possidentis sitam basilicam ... limes prævisus monstraverit ... cujus est jus retentionis, sit æternum.

7 *Al.* non recludit *vel* non concludit, et.

8 *Al.* appellatio præsentis episcopi vel repetendi episcopi ... trigenalis ... imponit.

a In exordio hujus concilii. Vide cap. 21. de *Exord.* *b* Germanum fratrem Leandri, Isidori, et Florentinæ. *c* Civitatis *Astigi*, prov. Bæticæ, quæ nunc *Ecija*.
d Civitatis *Cordoba*. *e Scilicet* : utri eorum diœcesi adscribenda esset quædam basilica. *f* Ad Celsicense oppidum pertinere, quod situm erat non procul ab Infantipopuli *La Puebla de los Infantes*, et Pennaflore, *Peñaflor*. *g* Ad Reginensem populum hodie *Llerena*, spectare. *h Hoc est* : Et quia nullus eorum probaverit, intra cujus diœcesis limites præfata basilica extet. *i* Quum si de limitibus constaret, nibil obstaret vetusta possessio. *j Id est* : ne diutius inter eos de nostra dubitaretur sententia. *k* Carthag. I. *can.* 10. *l Potius* : ut si sit, ut in margine. *m Hoc est* : dominium illi in perpetuum adseratur. *n Id est* : Quod si ex limitibus probari non possit, cujus sit illa basilica. *o* Leg. unic. tit. 8. Novell. Valentin. *ad calc. Cod. Theod.*
p Gelasius P. epist. ad Siculos. *can.* 1. *caus.* 13. *q.* 2. *et can.* 2. *caus.* 16. *q.* 3.

crevit auctoritas. Sin vero infra metas [1] tricennalis temporis extra alienos terminos basilicæ injusta retentio reperitur, repetentis episcopi juri sine mora restituetur.

1 *Al.* trigenalis temporis.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 34.

De tricennii tempore, et propter provincias caussarum discretione; id est, ut episcopus, qui triginta annis pacifice aliquam possederit ecclesiam ipsam sibi præscribat, nisi in altera fuerit provincia constituta.

* Quicumque episcopus alterius episcopi dioecesim per triginta annos sine aliqua interpellatione [2] possederit, quia secundum jus legis [a] ejus jam videtur esse dioecesis [b], admittenda non est contra eum actio reposcendi; sed hoc intra [3] unam provinciam, extra vero nullo modo, ne dum dioecesis defenditur [c], provinciarum termini confundantur.

* *Can.* 4. *c.* 16. *q.* 3.
2 *Al.* possederit, eam teneat, quia quamvis secundum jus legis ejus videtur ... et admittenda *vel* admittitur, tamen non.
3 *Al.* unam parochiam, extra.

CAP. III.

Ex eodem, canone 35.

De conventu territorii, et de *Basilicis noviter constructis, ad quem episcopum pertineant.*

* Sicut dioecesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum [4] non adimit [d]. Ideoque basilicæ quæ novæ conditæ fuerint, ad eum proculdubio episcopum pertinebunt, cujus conventus esse constiterit.

* *Can.* 2. *c.* 16. *q.* 5. *can.* 3. *c.* 16. *q.* 3.
4 *Al.* non admittit *vel* non amittit.

a Leg. un. laud. tit. 8. Novell. Valent. *ad calc. Cod. Theod.* *b* Ejus qui possidet videtur esse hæc dioecesis seu parochia. *c* Ne dum parochiarum possessio sustinetur.
d *Hoc est*: Quamvis triginta annorum possessio propriam reddat alienam parochiam, non ita ejusmodi possessio proprium reddit territorium seu solum alterius conventus aut districtus.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano IX. anno 655. canone 8.

1 *Ut scripturæ quas sacerdotes vel ministri injuste fecerint*, non nisi *post mortem eorum habeant* triginta præscriptionis *annorum numerum computatum.*

* 2 Si sacerdotes vel ministri dum gubernacula ecclesiarum administrare videantur, contra Patrum sanctissimas sanctiones [a], de rebus ecclesiæ definisse [b] 3 aliqua dignoscantur, non ex die quo talia scribendo 4 decrevit [c], sed ex quo talia moriendo 5 definita reliquit, supputationis ordo substabit; nusquam etenim poterit ad tricennium temporis pertinere vita irrite judicantis, quia status contractuum initia non assumsit ab origine æquitatis [d].

1 Al. *Ut in scripturis, quas sacerdotes vel ministri injuste fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum.*

* *Can.* 10. *c.* 16. *q.*3.

2 *Al.* Si sacerdos vel minister.... videtur.

3 *Al.* aliquid dignoscitur, *vel* dignoscuntur.

4 *Al.* decreverunt, sed.

5 *Al.* definita reliquerunt, supputationis ordo substrabit. Husque enim ad triennium temporis pertinebit, irrite hoc judicantur., quia. *Vel*: Numquam enim ad triennium temporis pertinere poterit potestas irrite hoc judicantis, quia... non sumsit ab origine iniquitatis.

CAP. V.

Ex eodem, canone 12.

Quod post mortem sacerdotis, sive episcopi, *in libertate servis collata* triginta præscriptionis *annorum tempus* 6 *debeat computari*; non ante.

Si sacerdos libertatem servis ecclesiæ conferre voluerit, non a die confectionis 7 suæ scripturæ tempus annorum computatum tenebit, 8 sed ex quo eum, qui scripturam 9 conficit, verius [e] obiisse constiterit.

6 Al. *debet.*

7 *Al. deest*: suæ.

8 *Al.* Sed ex eo, quod eum.

9 *Al.* confecit, verius.

CAP. VI.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. canone 8.

Quid ordinatum maneat de episcopis, qui inter se de parochiis intentionem habent, scilicet ut parochia illi adseratur episcopo, qui triginta annis eam obtinuerit.

10 Omnibus pene cognitum manet, quomodo Divina gra-

10 *Al.* Omnibus bene cognitum.

[a] Vide sis tit. de *Rebus eccl. non alien.* [b] Alienasse. [c] Non a die confectæ scripturæ. [d] *Potius*: iniquitatis, ut in margine, vel ante *assumsit* deest *non.* [e] Certo.

gratia, quæ cor serenissimi atque clementissimi domini nostri et principis Reccesvinthi regis in manu tenet, et ubi vult illud vertit, suggerente sanctæ memoriæ sanctissimo viro Orontio [a] episcopo [b] animum ejus ad pietatem moverit, ut terminos hujus provinciæ Lusitaniæ, cum suis episcopis, eorumque parochiis juxta priorum canonum sententias, ad nomen provinciæ, et metropolitanam hanc sedem reduceret, et restauraret [c]. His ergo juxta eamdem regulam decreto synodico judicii formula, et suæ clementiæ confirmatione ad hanc metropolim reductis, dum miserante Domino, principis jussu in unum ad sanctum convenissemus concilium, unus de his Selva [d] nomine sanctæ Igeditanæ [e] ecclesiæ episcopus interpellavit sanctam synodum, eo quod Justus [f] Salmanticensis ecclesiæ episcopus debitam illi teneret diœcesim [g]; hoc enim etiam adjiciens, ut de eo, id unde ad Gallæciæ metropolim diœcesis suæ fuerat possessum, ille reciperet, quamvis longa post tempora, quæ parochiæ suæ fuerant debita [h]. Sed quia antiquorum canonum [i] sunt instituta, ut si una provincia, quisquis episcopus de alterius diœcesi partem aliquam per triginta annos possederit, quietus teneat, justum perspeximus, ut quia nec ille [j] triginta annos adhuc habet quo ad hujus provinciæ metropolim reductus est, [k] et ille [l] quod perlongo tempore non possedit, et triginta adhuc non sunt in hoc illi impleti anni; sicut ille [m] ad debitam [n] diœcesem rediit, ita et hic [o], qui pulsat [p] diœcesem sibi debitam, ordinante metropolitano cum suis fratribus [q], per suum sajonem [r] recipiat, ita tamen, ut de præsentia [s] metropolitani inspectores dirigantur, qui per evidentia signa diœceses ipsas conspiciant, et unusquisque, quod illi debitum est, accipiat, et habeat. Pacta vero, quæ

a Qui præfuit Tolet. VII. et VIII. et vicarium misit Tolet. VI. *b* Metropolita Emeritensi. *c* Restituit utique provinciæ Emeritensi ecclesias quæ Suevorum tempore Gallæciæ provinciæ adscriptæ fuerant, videlicet, Lamecum, Conimbriam, Visenm, Egitaniam; per quod ecclesia Emeritensis, quæ tamen numquam desiit esse metropolis, in suam pristinam dignitatem reversa est. *d* Subscripsit huic concilio, et Tolet. VIII. et X. *e* Nunc *Idaña la Vieja*, ad fluvium *Ponsul*. *f* Qui subscribit huic concilio. *g* Parochiam. *h* *Puta*: adjiciens, quod Justus Salmanticensis sibi adtribuerit ecclesias, quæ olim suæ Egitaniensi diœcesi, ut intra Bracharensem provinciam existenti pertinebant. *i* Vide supra cap. 2. *j* Egitaniensis. *k* Quod quidem, quum sub Orontio et Reccesvintho contigerit, ut in hujus canonis exordio legitur, contingere debuit non ante an. 649. quo regnare cœpit Reccesvinthus, nec diu post an. 653. quum hoc anno interfuerit Orontius syn. Tolet. VIII. et jam e vivis excesserat an. 656, quo habita est Tolet. X. quo circa nondum elapsi fuerant triginta præscriptionis anni. *l* Salmanticensis. *m* *Pro* ipse, scilicet, Salmanticensis. *n* *Videlicet*, alteri episcopo. *o* Egitaniensis. *p* Recuperare pertentat. *q* Episcopis comprovincialibus. *r* Ministrum executorem sententiæ. *s* *Hoc est*: ut ipsos inspectores assignet me-

quæ juxta canonicam regulam inter episcopos per pacificam deliberationem [a] justissime fuerint facta, in omnibus, placet esse servanda. Omnibus vero episcopis id instituitur esse servandum, ut parochiam [b] suam bene custodiant, nec a quolibet fratre eam usurpari permittant. Quibus si tricennalis numerus per voluntatem, aut negligentiam occurrerit, nullo modo reddenda erit. *Eumdem vide in cap. 34. de Metropol.*

CAP. VII.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 9.

Quod ecclesiasticæ veritates seu jura *triennio non includantur.*

1 *Al.* tricennium.

Nono quoque Titulo decrevimus, ut [1] triennium non includat ecclesiasticas veritates [c], sed unaquæque ecclesia, sicut canones [d] præcipiunt, et sicut Lex Gotica [e] mandat, omni tempore suas veritates recuperet, et possideat.

TIT. VI.

DE INJURIIS, CALUMNIIS, ET DAMNO ILLATO.

CAP. I.

Ex epistola INNOCENTII I. PAPÆ *ad episcopos Synodi Toletanæ cap.* 5.

Ut Gregorii Emeritensis episcopi querela discutiatur, ut si forte injuriam passus fuerit, ejus adversarii puniantur.

2 *Al.* meritum suum passus.

Gregorii etiam Emeritensis episcopi [f] qui in locum Patruini venerabilis recordationis est ordinatus, querela si qua est audiatur, et si contra [2] meritum suam passus est injuriam, in invidos honoris alterius vindicetur, ne posthac in quemquam bonorum spiritus factionis insurgat.

metropolita, ipsisque idem metropolita inspectionis mandatum tribuat. *a* Compositionem. *b* Diœcesim. *c* *Hoc est:* ut ecclesiæ jus non subjiciatur tricennii privilegio. *d* Can. 11. et 12. c. 16. q. 3. *e* Leg. 6. tit. 4. lib. 4. *Fori Jud.*
f Qui in forensi exercitatione versatus fuerat. Vide sis de *Episcop. elect.* cap. 4.

CAP.

CAP. I.I

Ex Synodo Compostellana anno 1114. *cap.* 2.

De domibus nobilium et ignobilium. Et de pignoribus, et de perpetratis calumniis.

In domibus nobilium, seu ubicumque eorum uxores aut filii inermes fuerint, vicariis [a], et quibuscumque aliis pignorandi [b] licentiam resecamus. In ceterorum quoque domibus id ipsum observari præcipimus, excepto si fuerit aut homicidii aut violentæ mulierum violationis, quod vulgo raptum dicitur, aut quadragesimalis [c] tributi caussa extiterit. Quod si extra domos rusticanas armenta cetera-ve hujusmodi, [1] quæ perpetrata calumnia capiantur [d], inventa minime fuerint; vicarius, admotis [e] vicinis, et legitimis testibus domum præsigillet [f], vel inde pignus abstrahat. Quidquid, ut prædictum est, pignoratum fuerit, quousque octo dies compleantur, integrum conservetur, et vicinis reservandum commendetur, et usque ad præfinitum terminum illæsum, et ab omni usu liberum maneat. Si fuerint omnia animalia exercendi operis studio adhibenda, totius laboris expertia [g] serventur. Tandem si calumniæ perpetrator præfinito tempore ad examinandam justitiam venire neglexerit, nisi necessaria detentus caussa fuerit, justitiæ examinatores pro calumniæ quantitate pignoris partem retineant, cetera dominis suis referantur. Si quis injuste vel absque domini sui petita licentia quempiam pignorare [h] præsumserit, duplum restituat, et sexaginta solidos [i] pontifici persolvat. Verumtamen quisquis prius requisita justitia coram idoneis testibus cum vicario [j] pignoraverit, duplum minime restituat.

[1] *Al.* quæ pro perpetrata.

a Qui pro Comitibus, vel episcopis vicariam exercebant jurisdictionem.
b Pignori capere pro debito. *c* Eleemosyna quæ solebat præstari a fidelibus in quadragesima; vel potius tributum de quadraginta occasione forsan expeditionis adversus saracenos, impositum. Vide sis de *Jejuniis* cap. 15. *d* Quæ scilicet a perpetratore calumniæ, seu injuriæ vel damni abrepta fuerint. *e* Adhibitis, vocatis. *f* Signum aliquod apponat. *g* Conserventur simul omnia instrumenta excolendis agris deputata. *h* Cujuspiam rem pignori capere. *i* Solidus argenteus tunc usitatus æquivalet tribus regalibus, undecim marepetinis et tertiæ parti alterius morapetini de *vellon*; aureus, quinquaginta, vel ut alii opinantur, octoginta regalibus.
j Vicarii auctoritate.

CAP. III.

Ex eadem, cap. 4.

De calumniis pauperum.

Pauperes et imbecilles misericorditer calumnias [a] compleant, ut beneficiis suis penitus non priventur [b].

CAP. IV.

Ex eadem, cap. 23.

De mercatoribus, et peregrinis.

Mercatores, romarii [c], et peregrini non pignorentur; et qui aliter egerit, duplet quæ tulerit, et sit excommunicatus, solidos sexaginta persolvat domino illius honoris [d].

TIT. VII.

DE APPELLATIONIBUS

CAP. I.

Ex Collectione Martini Bracharensis cap. 13.

1 Al. *De senioribus judicii.*

[1] *De dissentione judicii* episcoporum, ut a viciniori vocato metropolita terminetur.

* *Can. 2. c. 6. q. 4. ex Antioch. can. 14.*
2 *Al.* aliquibus caussationibus judicatur.
3 *Al.* provincia sua sunt... se judicio.

* Si quis episcopus in [2] aliquibus judicatur, et viderit ipsos episcopos, qui in provincia sunt, inter se in judicio discrepare, ut alii videantur eum qui judicatur justificare, alii condemnare, pro definitione hujus dissensionis hoc placuit sancto concilio, ut de vicina [3] provincia alter metropolitanus convocetur episcopus [e], ut per eum confirmetur quod secundum rectum placuerit canonem.

a Pœnas pro calumniis et illatis damnis impositas exolvant. *b* Ut omnibus rebus suis non spolientur. *c* Qui peregrinationem, cujus usus per id temporis frequens erat, in Romam agebant. *d* Illius districtus. *e* In canone Antiocheno aliter legitur hæc sententia : *Ut metropolitanus a vicina provincia judices alios convocet.*

CAP.

CAP. II.

Ex eadem, cap. 35.

De importunis clericis, ut a synodo provinciali ad pleniorem synodum appellare possint.

• Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus excommunicatus in concilio, injuste se queritur condemnatum [1], ad majus episcoporum concilium revertatur [a], et eorum inquisitionem et judicium expectans, si quas se justas caussas habere putat, [2] exponat. Si autem contemserit, importans se palatio, aures principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire; neque spem futuræ reconciliationis habebit. *Idem vide in cap.* 1. *de Immun. cler.*

• *Can.* 5. *c.* 21. *q.* 5. *ex Antioch. c.* 12.
1 *Al.* ad majorem *vel* majorum episcoporum synodum revertatur, ut eorum.
2 *Al.* illis exponat.... importunans *vel* importunus se palatio.

CAP. III.

Clericis ab episcopo prægravatis metropolitæ confugium conceditur.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *can.* 20.

• Clerici tam locales [b] quam diœcesani [c], [3] qui sese ab episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad metropolitanum deferre non [4] differant; qui metropolitanus non moretur hujusmodi præsumtiones districte coercere. *Integrum vide in cap.* 19. *de Metropol. et cap.* 4. *de Visit. Episc.*

• *Can.* 6. *c.* 10. *q.* 3.
3 *Al.* qui se ab.
4 *Al.* differant, et metropolitanus non differat ejusmodi præsumtiones avertere.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. *can.* 12.

De non excommunicandis a proprio episcopo personis illis, quæ ad metropolitanum suum negotia sua gesturi accesserint, vel qui a proprio metropolita repulsi, ad alterius provinciæ metropolitam accurrerint; aut qui ab his duobus rejecti, ad regium judicium confugerint.

Quicumque ex clericis vel monachis caussam contra pro-

a Convertatur. b Civitatenses. c Rurales.

proprium episcopum habens, ad metropolitanum suum caussaturus accesserit, non ante debet a proprio episcopo excommunicationis sententia prædamnari, quam per judicium metropolitani sui, utrum dignus excommunicatione habeatur, possit agnosci. Quod si ante judicium quis episcoporum in talium personas excommunicationis sententiam præmiserit, illis penitus, quos ligaverit absolutis, in se illam noverit retorqueri sententiam. Quod etiam et inter metropolitanos convenit observare, si prægravatus quis a metropolitano proprio, ad alterius provinciæ metropolitanum molestiam pressuræ suæ agnoscendam detulerit; aut si inauditus a duobus metropolitanis, ad regios auditus negotia sua perlaturus accesserit, et ob hoc excommunicationis jugulum a proprio episcopo illi videatur infigi; hoc tantum est observandum, ut si prius unumquemque excommunicationem contigerit suscepisse, antequam a proprio episcopo ad alium pertransiret, tamdiu excommunicatus apud eum cujus judicium petiit, habeatur, quamdiu excommunicatoris sui objectibus [a], utrum juste an injuste alligatus sit, agnoscatur. *Eumdem vide in cap. 44. de Metropol.*

TIT. III.

DE TREUGA ET PACE.

CAP. I.

Ut ab hora nona sabbati usque in primam diei lunæ treuga Domini religiose coleretur; nec ullus unquam monachum aut clericum inermem, vel hominem dum ad ecclesiam se reciperet, vel qui feminas comitaretur, turbaret, neque aliquis ecclesiam ad triginta passus violaret.

Ex Synodo Helenensi anno 1027.

Constituerunt itaque præfati [b] episcopi simul cum omni clero et fideli populo, ut nemo in toto supradicto comitatu vel episcopatu [c] habitans, assaliret [d] aliquem suum inimicum ab hora sabbati nona usque in die lunis hora prima; ut omnis homo persolvat debitum honorem diei Dominico, neque ullo modo aliquis assaliret monachum cum

[a] Objectionibus auditis. [b] In cap. 41. de Exord. [c] Helenensi. [d] Invaderet.

cum [a] clericum sine armis incedentem, neque aliquem hominem ad ecclesiam cum concilia [b] euntem vel redeuntem [1] neque aliquem hominem cum feminis euntem; neque aliquis auderet ecclesiam vel domos in circuitu positas a xxx. passibus violare aut assalire. Hoc autem pactum sive treugam [c] ideo constituerunt, quoniam divina lex et pene omnis christiana religio ad nihilum deducta, ut legitur, abundabat iniquitas, et refrigescebat caritas.

1 *Al.* neque aliquid.

CAP. II.

Ut propter treugam Dei illæsa servetur immunitas ecclesiæ.

Ex Concilio Tulugiensi anno 1045. *canone* 1.

Constituerunt namque prædicti [d] pontifices, cum consensu ceterorum nobilium, ut in comitatu Russilionensi, vel Confluentano, vel Vallispiriensi ullus homo ecclesiam non infringat, neque cœmeteria, vel sacraria [e] xxx. passuum ecclesiasticorum [f] in circuitu uniuscujusque ecclesiæ, nisi episcopus propter [g] hominem excommunicatum, aut propter suum censum [h]. Si vero aliquis homo aliter infregerit ecclesiam vel spatium xxx. passuum ipsius ecclesiæ in prædicto episcopatu Helenensi, quidquid ei [i] commiserit, emendet [j], ut justum fuerit ipsi homini, cui injuriam fecerit; et ecclesiæ, in qua fecerit satisfaciat legaliter, et insuper compositionem [k] sacrilegii Helenensi componat episcopo.

Ecclesias vero illas, ubi castra fuerint constructa, sive ubi fures vel rapaces congregaverint furta vel prædam vel malefacta, tamdiu posuerunt eas jam dicti episcopi in defensione præscriptæ pacis [l], quousque querimonia prædictarum ecclesiarum deferatur Helenensi episcopo, et ejus judicio aut juste emendetur quod in ipsis ecclesiis commissum fuerit, aut ab eodem episcopo ipsæ ecclesiæ a defensione prælibatæ pacis separentur.

a Forte: aut. *b Forte*: familia. *c* Induciæ pro temporum necessitate ab ecclesia tunc temporis indictæ, quum intestina bella ita exarserant, ut unicuique visum esset, injuriam ab alio illatam quoquo modo ulciscendi sibi facultatem inesse. *d* In cap. 44. de *Exord.* *e* Quod nostris: *Sacristia.* *f* Ita dicti, quod ab ecclesia constituti fuerant hujusmodi immunitatis limites. Vide sis tit. de *Immunit. eccles.*
g Adde: extrahendum. *h* Recuperandos reditus. *i* Contra eam, id est, ecclesiam. *j* Reparet damna. *k* Pœnam pro sacrilegio impositam ex solvat. *l* Ab invasione, ob treugam Domini immunes.

CAP. III.

De personis, quæ sub treuga Domini tutæ sunt.

Ex eodem, canone 2.

Iidem episcopi præfati constituerunt, ut in jam dicto episcopatu Helenensi nullus violenter infringat dominicaturas [a] canonicorum vel monasteriorum, neque aliquid rapiat inde.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 3.

Clericum vero arma non ferentem, vel monachum vel sanctimonialem, sive viduam nemo apprehendat, nec illis aliquid injuriæ inferat.

CAP. V.

Ex eodem, canone 4.

Villanum neque villanam [b] nemo apprehendat, nisi propter culpam [c] ipse villanus vel villana fecerint. Et si eos apprehenderit, non distringat nisi per directum [d].

CAP. VI.

Ex eodem, canone 5.

Et ut prædam nemo faciat in jam dicto episcopatu de æquabus vel pullis, sive mulis earum ætatis unius anni, neque de bobus, neque de baccis sive vitulis earum, neque de asinis vel asinabus, sive pullis earum, neque de ovibus, arietibus, hircis, capris sive earum fœtibus.

[a] Villas seu possessiones. [b] Quippe quæ non in civitate, sed in villa degebant. [c] *Adde*: quam. [d] Nisi jure, unde apud nos: *Derecho*.

CAP.

CAP. VII.

Ex eodem, canone 6.

Mansiones [a] villanorum nemo incendat, neque evertat.

CAP. VIII.

Ex eodem, canone 7.

Terras in contentione positas nullus villanus laboret postquam commonitus fuerit ab eo, in quo justitia placiti non remanserit [b]. Si vero ter commonitus, postea ibi laboraverit, et propterea damnum acceperit, non requiratur pro pace fracta [c].

CAP. IX.

De pœnis in treugam Domini infringentes.

Ex eodem, canone 8.

Si quis autem fidejussor extiterit, si fidem non portaverit [d], de suo proprio [e] pignoretur, nec pro pace fracta habeatur [f]. Si quis autem prædictam trevam et pacem infregerit, simpla tantum compositione emendet [g] illi cui infregerit infra primos xv. dies. Si vero infra primos xv. dies simpliciter non emendaverit, compositionem mali quod intulit, in duplo componat; ita ut medietatem istius duplæ compositionis habeat querelator, et alteram medietatem habeat episcopus, et ipse comes qui adjutor fuerit eidem episcopo ad hanc justitiam faciendam. Si quis autem prædictam pacem vel trevam [h], et inde justitiam facere voluerit [i], infra [j] xv. dies quod querelator suam querelam præsentaverit ante episcopum et ejusdem clericos ac comitem, ipse malefactor et consiliatores et adjutores ejus emendare [k] noluerint, egrediantur a treva et pace [l] et malum quod propter hoc illatum fuerit eis, non requiratur pro pace vel treva fracta. Et si malefactor et adjutores ejus po-

a Domus. *b* Qui caussa ceciderit. *c* *Hoc est*: non restituantur illi damna, tamquam fractæ pacis privilegio. *d* Non tenuerit. *e* Rebus suis. *f* Nec privilegio pacis fractæ fruatur. *g* Simplici multa restituat. *h* *Adde sis*: infregerit. *i* Debitum seu multam solvere noluerit, potius quam voluerit. *j* *Potius*: si intra. *k* Multam persolvere. *l* Treugæ et pacis privilegio priventur.

postea jam dicto querelanti ullum malum fecerint intra trevam, emendet pro treva et pace fracta [a].

CAP. X.

Designatur tempus, quo servanda est treuga Dei.

Ex eodem, canone 9.

Item prædicti episcopi firmaverunt trevam domini; videlicet, ut omni tempore teneatur ab omnibus christianis ab occasu solis quartæ feriæ id est Merchoris die usque ad ortum solis secundæ feriæ, id est lunis die. Item continuatim teneatur a prima die adventus Domini usque ad [b] octavas Epiphaniæ Domini, quando festivitas Sancti Hilarii agitur. Item similiter continuatim teneatur a die lunis [c] quæ antecedit caput jejunii [d] usque ad diem lunis qui est primus post diem Dominicam octavarum Pentecosten, et tres festivitates Sanctæ Mariæ [e] cum suis vigiliis, et Nativitatem Sancti Joannis cum sua vigilia, et festivitatem Sanctorum Justi et Pastoris, et Abdon et Senen, et Sancti Felicis, et Sancti Genesii, et Sancti Nazarii, et Sancti Laurentii, et Sancti Michaelis, et festivitatem Omnium Sanctorum, et Sancti Martini, et duæ festivitates Sanctæ Crucis, et Cathedra Sancti Petri, et festivitatem Sancti Ennesii [f] quæ est xii. kal. Septembris, et Decollationem Sancti Joannis Baptistæ, cum vigiliis et cum omnibus noctibus jam dictarum festivitatum, et omnes dies et noctes quatuor Temporum. Si quis autem infra hanc prædictam trevam Domini aliquod malum alicui fecerit, in duplum ei componat, et postea per judicium aquæ frigidæ [g] trevam Domini in sede Sanctæ Eulaliæ [h] emendet.

a Multam treugam infringenti illatam persolvat. *b* Post. *c* Post Dominicam Quinquagesimæ. *d* Jam tum Hispani nostri jejunia Quadragesimæ a feria quarta post Quinquagesimam, uti nunc in ritu Romano, inchoabant. *e* *Puta*: Purificatio, Assumptio, Annuntiatio, quas tantum colebant Hispani. *f* *Forte*, S. Bonosii Martyris. *g* Altera ex purgationibus vulgaribus, quas judicia Dei appellabant; sub qua quidem de crimine insimulatus in aquam fundebatur, ut si mergeretur insons haberetur, e contra, si supernataret. *h* In ecclesia majori Helenensi.

CAP.

CAP. XI.

Pœnæ in infringentes treugam Domini decernuntur.

Ex eodem, *canone* 10.

Si quis autem infra hanc trevam hominem occiderit sine aliquo casu [a], ex consensu omnium christianorum diffinitum est, ut omnibus diebus vitæ suæ exilio damnetur. Si autem cum casu fecerit, egrediatur tamen a terra usque ad terminum, quem episcopus vel canonici existimaverint esse imponendum.

CAP. XII.

De eodem.

Ex eodem, *canone* 11.

Si quis autem infra hanc trevam se miserit in aguit, vel ipsum agunt stabiliter pro morte vel apprehensione alicujus hominis, aut pro apprehensione alterius castelli, et tamen si hoc agere non potuerit, similiter emendet ad judicium episcopi et canonicorum ejus ipsam trevam Domini, sicut faceret, si fecisset quod agere tentavit [b].

CAP. XIII.

Quomodo observanda sit treuga Domini temporibus constitutis.

Ex eodem, *canone* 12.

Item prohibuerunt, ne in terminibus his, continuatis trevis [c], videlicet tempore Adventus Domini, seu Quadragesimæ, nullus castrum vel munitionem ædificare præsumat, nisi xv. diebus ante [d] continuatas prædictas trevas hoc inchoaverit.

a Data opera. *b Hæc videtur esse canonis sententia*: Si quis intra treugæ hujus terminos adversus aliquem *aguit*, sive insidias struxerit, vel perstiterit in loco, ubi tuto aliquem interimere vel capere, aut castellum aliquod occupare possit, etiam si hoc assequi non potuerit, eamdem multam ex sententia episcopi et canonicorum pro pace fracta persolvat, ac si id quod tentavit assequutus esset. *c* Intra treugam. *d Adde*: inchoatas.

CAP.

CAP. XIV.

Ut caussæ omnes de treuga ab episcopo et ejus capitulo cognoscantur; et ut treugam infringentes, fautores, et adjutores excommunicentur.

Ex eodem, canone 13.

De prædicta autem tregua vel pace querela ad episcopum vel ad ejus canonicos, seu fatigatio [a] omni tempore fiat [b]; et sicut superius scriptum est [c], in pace de ecclesiis ita fiat [d]. Et ipsi in quibus episcopus vel canonici prædicti se fatigaverint de direptione præfatæ pacis, vel treguæ Domini, sive fideijussores, vel hostatici pro pace vel tregua Domini, et malam fidem inde portantes episcopo vel canonicis ejusdem sedis, excommunicentur ab episcopo vel a canonicis ejusdem sedis, cum protectoribus et adjuvantibus se [e]. Quamdiu se contenderint [f] sicut infractores pacis vel treguæ Domini, ipsi et res eorum non habeantur in pace et tregua Domini.

CAP. XV.

Ex Concilio Ausonensi anno circ. 1068. *cap.* 1.

De immunitate ecclesiæ ob treugam Domini.

Ut ab ista die, et deinceps nullus homo ecclesiam, neque spatium, neque mansionem quæ in circuitu ecclesiæ sunt aut erunt usque ad triginta passus invadat. Ecclesias autem illas in hac defensione [g] non ponimus, in quibus castella facta sunt vel erunt. Eas vero ecclesias in quibus raptores vel fures prædam vel furta congregaverunt vel maleficiendo inde exierunt, aut illic redierunt, tamdiu salvas esse jubemus, donec querimonia [h] malefacti ad episcopum Ausonæ, et ad sedem et ad conventum canonicorum ejusdem sedis se fatigaverint [i] vel [j] malefactor ille justitiam in-

a Interpellatio, querela. *b* Interponatur. *c* Supra cap. 2. *d* Item servetur in delictis de fracta treuga seu pace ecclesiis concessa. *e En præcedentis periodi sententiam*: Et ipsi propter quos episcopus et canonici interpellati fuerint de treuga et pace fracta, fidejussores, item et hostilitates insequentes, qui fidem non tenuerint, excommunicentur, simul cum sociis et adjutoribus. *f Forte*: Quamdiu in excommunicatione persisterint. *g Scilicet*: tutas, ob privilegium treugæ. *h Forte*: querelatores. *i* Querelam interposuerint. *j Potius*: et si.

inde facere nolit [a], postea ex mandato prædicti pontificis vel præfatorum canonicorum ipse malefactor, [1] seu reus ejus non salventur in eadem ecclesia. Ille autem homo qui ecclesiam invaserit, aut aliis, exceptis supradictis malefactoribus, aliquid ei malum fecerit, aut ea quæ in circuitu ecclesiæ ipsius sunt usque ad triginta ecclesiasticos passus irruperit, sacrilegii compositionem emendet [b] præfatæ sedi, et querelanti malefacta in duplum restituat.

[1] et si res.

CAP. XVI.

Ex eodem, cap. 2.

De clericis, monachis, monialibus, et viduis, ut sub treuga Domini tueantur.

Item placuit, ut clericos, qui arma non portaverint, aut monachos, seu sanctimoniales, vel viduas ullus non invadat, neque injuriam eis faciat, vel aliqua malefacta. Communia [c] vero canonicorum vel monachorum, seu sanctimonialium, vel ecclesiastica alodia [d], et possessiones quas ecclesiæ nostri episcopatus vel clerici arma non ferentes, aut monachi seu sanctimoniales tenent, ullus homo non infringat, aut aliquid inde diripiat. Quod si fecerit, in duplo ei componat.

CAP. XVII.

Ex eodem, cap. 3.

De præda animalium, prohibita ex treuga Domini.

Similiter confirmaverunt, ut nullus homo in isto episcopatu Ausonæ, scilicet Bisuldunensi, Petra-latensi, atque Impuritanensi prædam non faciat de equabus vel pullis earum usque ad medium annum, neque de bobus, neque de vaccis, neque de asinis vel asinabus, neque de ovibus, vervecibus, vel agnis, neque de capris, vel hircis vel eorum fœtibus.

[a] *Hoc est*: nolit juri stare ut damna illata restituat. [b] Exolvat multam, sacrilegio debitam. [c] Bona quæ in commune habentur. [d] Prædia.

CAP. XVIII.

Ex eodem, cap. 4.

De mansionibus pagensium, et pluribus aliis rebus, quæ sub pace sunt constitutæ.

Mansiones [a] vero pagensium [b] vel clericorum arma non ferentium, columbaria [c], et palearia [d] ullus homo non incendat, vel destruat. Villanum aut villanam [e], et clericos arma non ferentes, et monachos, seu sanctimoniales, et viduas ullus homo non sit ausus occidere, vulnerare, debilitare, neque comprehendere, vel distringere [f], nisi propter suam culpam quam prædicti habent factam, et non distringant eos nisi per directum solum [g]. Et tamen hoc non fiat, nisi prius querelando se fatigaverit [h], sicut prædictum est. Pagensibus autem vestimenta non auferantur, neque vomeres, neque ligones. Oliveta vero nemo incidat, vel comburat, vel fructus eorum dissipet.

CAP. XIX.

Ex eodem, cap. 5.

De pignoratione rerum alterius pro plivio, vel alias non facienda, ob treugam Domini.

Item constitutum est, ut nullus homo pignoret res alterius pro plivio [i], vel pro alio quolibet negotio [j] quod alicui vel cum aliquo fecerit, quamvis ille solverit [k]. Quicumque hanc pacem quam prædixit [l], infregerit, et illi cui eam infregerit, infra xv. dies simplum non emendaverit, si dies xv. transierint, in duplo componat. Quam duplationem habeat episcopus ipse Gerundæ, et comes qui eam redirigere fecerit [m].

a Casas. *b* Degentium in pagis, seu comitum districtu. *c* Loca nutriendis columbis destinata. *d* Loca paleæ condendæ deputata. *e* Qui in villa vel pago degebant. *f* Capto pignore compellere ad quod voluerit. *g* Nisi tantum jure, hoc est: *Con derecho.* *h* Coram judice interpellaverit. *i* Ob vadimonium. *j* Negotiatione, contractu. *k* Quamvis ille cum quo is contractum inierit, ipsum absolverit, vel sponte consenserit in pignorationem. *l* *Potius*: prædiximus. *m* Exolvere fecerit; exegerit.

CAP. XX.

Ex eodem, cap. 6.

Si filius faciat malum intra treugam Domini, *an pater teneatur.*

Item constitutum est, quod si aliquis filius magnatum terræ, tam majorum quam minorum fecerit aliquod malum per [a] pacem et treugam Domini aliquibus hominibus ex castro patris sui vel ex honore [b] ejus, aut cum hominibus suis, ipse cogat filium suum et homines suam terram tenentes [c], redirigere [d] malum [e] quod fecerint. Quod si noluerint facere ipse filius vel præfati homines, idem pater redirigat omne malum quod filius suus et homines sui fecerint. Quod si filius non fecerit malum ex castro vel honore patris sui, et tamen fecerit cum hominibus tenentibus terram patris sui, vel cum iis quos idem pater habuit in sua familia, similiter ipse pater cogat homines redirigere præfatum malum. Quod si facere non potuerit, auferat eis beneficium [f] suum ex toto, et projiciat illos ex familia sua sine engan. [g]. Quod si ipse pater facere noluerit, tamdiu maneat sub excommunicatione cum omni honore suo [h], et præfatus filius sive præfati homines cum eo, donec redirigant ex toto malum quod commiserunt. Quod si filius adhuc ex aliis locis, non ex honore paterno vel castro, neque cum hominibus patris aliquod malum alicui fecerit, non redeat in paternum castrum vel honorem, neque pater aut mater impendat ei aliquod beneficium [i], vel protegant eum in aliquo. Quod qui fecerit, aut emendet [j] malum quod filius perpetraverit, aut tamdiu maneat in excommunicatione, donec emendet.

a Inter. *b* Ex prædiis ipsi tributariis. *c* Possidentes in emphyteusim, seu feudum. *d* Compensare. *e* Damna. *f* Prædia in beneficium et utilitatem præstita. *g* Omnino liberos a præstatione et tributo. *h* Una cum omnibus suis subditis; *vasallos.* *i* Possessiones, aut prædia. *j* Reparet, compenset.

CAP. XXI.

Ex eodem, cap. 7.

Si quis inculpatur, qualiter debet se expiare.

Item constitutum est, quod si aliquis fuerit inculpatus ex aliquo modo, quod ipse præceperit, aut stabilierit [a], aut consilium dederit quod ageretur, et ille dixerit, se hoc non egisse, de quo in veritate notum fuerit [b] quod ipse per semetipsum prædicto malo non interfuerit, propria manu juret super altare consecratum, se non præcepisse, neque stabilisse, neque consilium dedisse quod malum illud perpetraretur, et postmodum non sit protector aut defensor illius, qui hoc malum fecit ullo ingenio [c], vel aliquo modo. Quod si homo suus [d] fuerit qui suam teneat terram aut habeat suum beneficium, unde possit eum distringere, aut faciat hoc sibi redirigere, [e] aut auferat ei ex toto terram et beneficium suum, et postea expellat eum a se sine aliquo engan [f], et non exhibeat ei ullam societatem ad suum beneficium [g] neque defendat eum in aliquo.

De omnibus illis constitutum est qui interfuerint malefactis, quod si dixerint, se non interfuisse, vel malum unde culpantur se non fecisse, quod expient se per judicium aquæ frigidæ [h] in sede [i] Sancti Petri. Quod si facere noluerint, excommunicationi subjaceant. Omnes vero probationes et expiationes quæ judicabuntur [j] querelatoribus et redirectoribus pacis et treguæ Domini, fiant per judicium aquæ frigidæ in sede Sancti Petri.

Ultimo vero de pace et tregua [k] Domini a nemine fiat [l] in omni Ausonæ episcopatu, donec primo querela ad Ausonensem episcopum et ejus canonicos perveniat, et expectetur terminus fatigationis [m] triginta dierum, antequam episcopus et canonici sedis faciant [n] in malefactore, quia si (infra [o]) triginta hos dies redirectæ [p] non fuerint, vel ita firmant [q] in manu episcopi et canonicorum ejus per pig-

a Perpetraverit. *b* *Hoc est*: et verum esse constiterit. *c* Artificio, calliditate. *d* Subditus, *vasallo*. *e* Damna sarciri. *f* Omnino liberum. *g* Neque permittat ei, iterum in prædium ablatum ingredi. *h* Supra cap. 10. *i* Ecclesia Cathedrali, sede episcopali; unde: *Seo*. *j* Decernentur fieri. *k* *Adde*: fracta. *l* Vindicta sumatur. *m* Post interpositam interpellationem. *n* Sententiam ferant. *o* Intra. *p* *Quasi*: reparata damna. *q* Firment: asseverent.

pignora [a], quod redirigatur sine engan [b]; malefactor [c] ille et propriæ res suæ non sint in pace et tregua Domini, illo et honore suo excommunicato, cum honoribus suis.

CAP. XXII.

Designantur tempora, quibus observari deberet treuga Domini; et pœnæ in transgressores constituuntur.

Item ad calcem ejusdem concilii.

Item Hugo Candidus, Cardinalis Romanus in concilio Gerundensi, cum episcopis, et abbatibus, sive principibus, ac totius terræ magnatibus, et auctoritate Romani Papæ [d], cujus legatione fungebatur, confirmavit et laudavit pacem et treguam, sicut erat apprehensa [e] in episcopatû Gerundensi. Et addidit in eadem tregua consensu omnium, atque jussit auctoritate domini Papæ, ut pari modo teneretur a Dominica octavarum Paschæ usque ad octo dies post Pentecosten, sicut quadragesimali tempore; et transgressores pacis et treguæ Domini excommunicationis anathemati subjecit, quoadusque resipiscant, et ad satisfactiones in canonica [f] veniant.

LIBER III.

DE DELICTIS.

TIT. I.

DE JUDAISMO.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. canone 49.

De frugibus fidelium, ne a judæis benedicantur.

ADMONERI placuit possessores [g], ut non patiantur fructus suos, quos a Deo [1] percipiunt cum gratiarum actione,

[1] *Al.* percipiunt, a Judæis benedici.

[a] Pignore exhibito. [b] Fraude; unde apud nos: *Engaño.* [c] *Potius*: et malefactor. [d] Alexandri II. [e] Comprehensa, recepta. [f] Ad judicium episcopi et canonicorum. [g] Qui proprias possessiones excolunt.

ne, a judæis benedici, ne nostram irritam et infirmam faciam benedictionem. Si quis post interdictionem facere usurpaverit, penitus ab ecclesia abjiciatur.

CAP. II.

Ex eodem, canone 50.

De Christianis, qui cum judæis vescuntur.

1 Si vero aliquis clericus sive fidelis fuerit, qui cum judæis cibum sumserit, placuit, eum a communione [2] abstinere, ut debeat emendari.

1 *Al.* Si quis clericus, vel fidelis cum judæis.

2 *Al.* abstineri.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *can.* 14.

3 *Ut judæis uxores vel concubinas christianas habere, sive comparare mancipia christiana, et judaizare non liceat* servis christianis, *vel* ipsis judæis *publica officia peragere*; et quod filii ex hujusmodi matrimonio nati, baptizandi sint.

3 *Al.* tantum: *De judæis.*

4 Suggerente concilio, id gloriosissimus dominus [a] noster canonibus inserendum præcipit, ut judæis non liceat christianas habere uxores vel concubinas, neque [5] mancipia christiana comparare in usus proprios, [6] sed et si qui filii ex tali conjugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum [b]. * Nulla officia publica eos opus esse agere, per quæ eis occasio tribuatur, pœnam christianis inferre. Si qui vero christiani ab eis judaico ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito pretio, ad libertatem et religionem redeant christianam. *Partem vide in cap. 15. de Impedim. matrim.*

4 *Al. incipit*: conventus noster hoc canonibus inserendum præcepit, ut judæis.

5 *Al.* mancipium christianum.

6 *Al.* sed et filios, qui ex tali.

* *Can.* 14. *dist.* 54.

a Reccaredus. *b* Vide sis Leg. 14. tit. 2. lib. 12. *Fori Jud.* generatim vero improbatur hujusmodi decretum.

CAP.

CAP. IV.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. *canone* 9.

Ut judæis mortuos suos psallendo deducere non liceat.

Hoc ante omnia decretum est, ut judæis non liceat corpus defuncti deducere psallendo, sed ut eorum habuit mos et consuetudo antiqua, corpus deducant, et deponant. Quod si aliter facere præsumserint, inferant [a] comiti civitatis uncias [b] sex.

CAP. V.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *can.* 57.

De discritione judæorum, qui non, vel qui credere vi cogantur.

[1] De judæis autem hoc præcepit sancta synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre: *Cui enim vult Deus, miseretur, et quem vult, indurat.* Non enim tales inviti [2] salvandi sed volentes, ut integra sit forma justitiæ; sicut enim homo [3] proprii arbitrii voluntate serpenti obediens periit, sic [4] vocante gratia Dei, propriæ mentis conversione homo quisquis [5] credendo salvatur. Ergo non vi, sed libera arbitrii facultate, ut convertantur, suadendi sunt, non potius impellendi. Qui autem jam pridem ad christianitatem venire coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis [6] Sisebuti [c], quia jam constat, eos esse Sacramentis Divinis associatos, et baptismi gratiam percepisse, et chrismate unctos esse, et Corporis Domini [7] et Sanguinis extitisse participes, oportet ut fidem etiam quam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne [8] nomen Divinum blasphemetur, et Fides quam susceperunt, vilis ac contemtibilis habeatur.

1 *Al.* De judæis autem præcepit. *Can.* 5. *dist.* 45. *Rom.* 9. *v.* 18.

2 *Al.* salvandi sunt, sed.

3 *Al.* propria arbitrii.

4 *Al.* vocante se gratia.

5 *Al.* credendo solvatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrii voluntate et facultate, ut convertantur salvandi sunt.

6 *Al.* Sisenandi, quia jam constat eos Sacramentis Divinis sociatos.... gratiam suscepisse.

7 *Al.* *deest*: et sanguinis.

8 *Al.* nomen Domini.

a Conferant; persolvant. *b* Forte, auri. Inter Romanos et Gothos usitata uncia ejusdem ac nustra erat ponderis. *c* Judæos sane compulit ad fidem et baptismum suscipiendum, cujus tamen factum non probatur a S. Isidoro; quippe qui, ut asserit, ad fidem christianam trahendi sunt homines veritate, non minis. *In Histor. de Reg. Goth.* ad Eram 650.

CAP.

CAP. VI.

Ex eodem, *canone* 58.

De his, *qui contra Fidem Christi judæis munus vel favorem præstant*, ut sub anathemate ab ecclesia repellantur.

Tanta est quorumdam cupiditas, *ut quidam eam appetentes*, juxta quod ait Apostolus, etiam *a Fide erraverunt*; [1] multi quique hucusque ex sacerdotibus atque laicis accipientes a judæis munera, perfidiam eorum patrocinio [2] suo fovebant, qui non immerito ex corpore Antichristi esse noscuntur, [3] qui contra Christum faciunt. [4] Quicumque igitur deinceps episcopus, sive clericus, sive sæcularis illis contra Fidem [5] Christianam suffragium vel munere vel favore præstiterit, vere ut profanus et sacrilegus anathema affectus, ab ecclesia catholica et regno [6] Dei efficiatur extraneus, quia dignum est, ut a corpore Christi separetur, qui inimicis Christi patronus efficitur [a].

1. *Timoth.* 6. *v.* 10.
1 *Al.* multi quippe.
2 *Al.* suo fovent, qui.
3 *Al.* quia contra.
4 *Al.* Quicumque ergo.
5 *Al.* Christianam, auxilium.
6 *Al.* Dei habeatur extraneus quia dignus est.

CAP. VII.

Ex eodem, *canone* 59.

De judæis, *dudum christianis*, *et postea in priore ritu diversis*, ut ad Fidem ab episcopis revocentur, *ac de servis et filiis eorum circumcisis*, ut ipsi et eorum servi libertate donentur, et filii a parentum societate separentur,

[*] Plerique, qui ex judæis dudum ad christianam Fidem promoti sunt, nunc [7] blasphemantes in Christum, non solum judaicos ritus [8] perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circumcisiones exercere præsumserunt; de quibus consultu piissimi ac religiosissimi [9] principis domini nostri Sisenandi regis, [10] hoc sacrum decrevit concilium, ut hujusmodi transgressores pontificali auctoritate [11] correpti, ad cultum christiani dogmatis revocentur, ut quos voluntas propria non emendat, animadversio sacerdotalis coerceat; eos autem, quos circumciderunt, si filii eorum sunt, a parentum consortio separentur, si servi, pro injuria corporis sui libertati tradantur [b].

* *Can.* 94. *de Cons. dist.* 4.
7 *Al.* blasphemantes Christum.
8 *Al.* exercere noscuntur.
9 *Al. deest*: principis.
10 *Al.* hoc sanctum.
11 *Al.* correcti.

a Vide sis Leg. 15. tit. 2. lib. 12. *Fori Jud.* *b* Vide sis L. 1. 7. et 12. tit. 4. lib. 12. *Fori Jud.*

CAP.

CAP. VIII.

Ex eodem, canone 60.

De filiis baptizatis *judæorum, ut a parentibus separati, christianis debeant deputari.*

• Judæorum filios [a] vel [1] filias, ne parentum ultro involvantur erroribus, ab eorum consortio separari [2] decernimus, deputatos aut monasteriis, aut christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, ut sub [3] eorum conversatione cultum fidei discant, atque in melius instituti, tam in moribus quam in Fide proficiant.

• *Can.* 11. *c.* 28. *q.* 1.
1 *Al.* filias baptizatos, ne.
2 *Al.* decernimus deputandos, *vel* decernimus, tradique.
3 *Al.* eorum cura et conversatione.

CAP. IX.

Ex eodem, canone 61.

De filiis fidelibus judæorum, ne prævaricatis parentibus et damnatis, a rebus parentum exules fiant.

• Judæi baptizati, si postea prævaricantes in Christum, qualibet pœna damnati [4] extiterunt, a rebus eorum fideles filios excludi non oportebit, quia scriptum est: *Filius non portabit iniquitatem patris* [b].

• *Can.* 7. *c.* 1. *q.* 4.
4 *Al.* extiterint.
Ezechiel. 18. *v.* 20.

CAP. X.

Ex eodem, canone 62.

De judæis baptizatis, qui se sociant infidelibus judæis, ut christianis illi donentur, et isti cædibus deputentur.

• Sæpe malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos qui ad vitia proni sunt? [5] Nulla igitur ultra communio sit Hebræis ad Fidem christianam translatis, cum his qui adhuc in [6] vetere ritu consistunt, ne forte eorum participatione subvertantur. Quicumque igitur amodo ex his qui baptizati sunt, infidelium consortia non vi-

• *Can.* 11. *c.* 28. *q.* 1.
5 *Al.* Nulla ergo.
6 *Al.* veteri.... eorum participio subvertantur. Quicumque ergo.

a Puta: baptizatos. *b* Hic animadvertit Bartholomæus Carranza: *Hoc desideramus observari.*

vitaverint, et hi [a] christianis donentur [b], et illi [c] publicis cædibus deputentur.

CAP. XI.

Ex eodem, canone 64.

De judæis conversis, et post prævaricantibus, ut ad testimonium non admittantur.

* Can. 24. c. 2. § 7.

1 Al. nunc Christi.

2 Al. suspecti sunt ita in.

3 Al. nec eis est credendum.

4 Al. abjecerunt.

* Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis. Judæi ergo qui dudum christiani effecti sunt, et [1] nunc in Christi Fidem prævaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent, quamvis esse se christianos annuntient. Quia sicut in Fide Christi [2] suspecti, ita et in testimonio humano dubii habentur. Infirmari ergo oportet eorum testimonium [d], qui in fide falsi docentur, [3] nec eis esse credendum, qui veritatis a se Fidem [4] abjiciunt. *Eumdem vide in cap. 4. de Testibus et accusat.*

CAP. XII.

Ex eodem, canone 65.

Ne judæi, vel si qui ex judæis sunt, officia publica agant, sub excommunicationis pœna judici permittenti, et flagellationis judæo intruso imposita.

* Can. 31. c. 17. q. 4.

5 Al. ita constituit.

6 Al. fraudulenter relictas.

* Præcipiente domino atque excellentissimo Sisenando rege [5], id constituit sanctum concilium, ut judæi aut hi qui ex judæis sunt, officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione christianis injuriam faciunt. Ideoque judices provinciarum cum sacerdotibus eorum subreptiones [6] fraudulenter elicitas suspendant, et officia publica eos agere non permittant. Si quis autem judicum hoc permiserit, veluti in sacrilegum excommunicatio proferatur, et is qui subrepserit, publicis cædibus deputetur.

a Recens baptizati. b In servitutem. c Judæi in errore persistentes. d Leg. 10. tit. 2. lib. 12. *Fori Jud.*

CAP.

CAP. XIII.

Ex eodem, canone 66.

Ne judæi quodcumque mancipium christianum quocumque titulo habeant, et si quos habuerint, libertate donentur.

* Ex decreto gloriosissimi principis, hoc sanctum elegit concilium, ut judæis non liceat christianos servos [1] habere, nec christiana mancipia emere, nec cujusquam consequi [2] largitate; nefas est enim ut membra Christi serviant [3] antichristi ministris. Quod si deinceps servos christianos vel ancillas judæi habere præsumserint, sublati ab eorum dominatu, libertatem a principe consequantur [a].

* *Can.* 58. *c.* 12. *q.* 2.
1 *Al. deest*: habere.
2 *Al.* largitatem.
3 *Al.* Antichristi membris.

CAP. XIV.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. canone 3.

De custodia Fidei, ut integra sine *judæorum* consortio servetur.

Inflexibilis judæorum perfidia deflexa tandem videtur pietate et potentia superna. Hinc enim liquet, [4] quod inspiramine summi Dei excellentissimus et christianissimus princeps [b] ardore Fidei [5] inflammatus, cum regni sui sacerdotibus prævaricationes et superstitiones eorum eradicare elegit funditus, nec sinit degere in regno suo eum qui [6] non sit catholicus. Ob cujus fervorem Fidei gratias [7] omnipotenti Deo cœlorum regi agimus, eo quod ejus tam illustrem creaverit animam, et sua repleverit [8] sapientia. Donet ei præsentis ævi diuturnam vitam, et in futuro gloriam æternam. Illud autem provida nobis cura et valde est decernendum vigilanti solertia, ne ejus Fidei calor et noster labor quandoque in posteris tepefactus liquescat. Quocirca consonam cum eo corde et ore promulgamus Deo placituram sententiam, simul etiam cum suorum optimatum illustriumque virorum [9] consensu ex deliberatione sancimus, ut quisquis succedentium temporum regni sortitus fuerit apicem, non ante conscendat regiam sedem, quam in-

4 *Al.* quod de spiramine.
5 *Al.* flammatus.
6 *Al.* non est catholicus.
7 *Al.* omnipotenti Domino... eo quod ei tam.
8 *Al.* sapientia. Ipse quoque donet ei et in præsenti sæculo longam, *vel* longævam vitam, et in.
9 *Al.* consensu et deliberatione.

[a] Vide sis leg. 12. et 13. ibid. [b] Chintila.

1 *Al.* reliquas conditiones, sacramento.

inter [1] reliqua conditionum sacramenta pollicitus fuerit, hanc se catholicam non permissurum eos violare Fidem, sed et nullatenus eorum perfidiæ favens, vel quolibet neglectu aut cupiditate illectus, tendentibus ad præcipitia infidelitatis aditum præbeat prævaricationis, sed quod magnopere nostro est tempore conquisitum, debeat illibatum perseverare in futurum. Nam incassum bonum agitur, si non ejus perseverantia providetur. Ergo postquam [2] ordine præmisso ad gubernacula accesserit regni, si ipse temerator extiterit hujus promissi, sit anathema, maranatha in conspectu sempiterni Dei, et pabulum efficiatur ignis [3] æterni, simul cum eo damnatione perculsi quicumque sacerdotum vel quilibet christianorum ejus implicati fuerint [4] errore. Nos enim ita præsentia decernimus, ut præterita, quæ in universali synodo [a] de judæis conscripta sunt confirmemus. [5] Quoniam quæcumque necessaria pro eorum salvatione scribi potuerunt, in eadem esse cautum scimus. Quapropter quæ tunc decreta sunt, [6] valitura censemus.

2 *Al.* ordine promisso.

3 *Al.* æterni, similique cum eo damnatione perculsis.

4 *Al.* errori. Nos etenim.

5 *Al.* Quoniam ea, quæ necessaria.

6 *Al.* valitura esse censemus.

CAP. XV.

Ex Concilio Toletano IX. anno 655. *canone* 17.

Ut baptizati judæi cum episcopis celebrent dies festos, sub pœna vel flagellationis, vel abstinentiæ.

Baptizati judæi quocumque loco, certero [b] tempore conversentur [c], festis tamen præcipuis Novi Testamenti serie [d] consecratis, ac diebus illis [e] [7] qui olim sanctione veteris legis sibimet censebantur esse sollemnes, in civitatibus publicisque conventibus cum summis Dei sacerdotibus celebrare præcipimus, ut eorum conversationem [f] [8] ac Fidem et pontifex approbet, et veritas servet [g]. Hujus vero temerator edicti, [9] prout ætas permiserit, aut flagris, aut abstinentiæ subjacebit.

7 *Al.* quos olim.... censebant.

8 *Al.* et Fidem.

9 *Al.* prout episcopus permiserit.

a Tolet. IV. Vide supra a cap. 5. *b* Vel. *c* Versentur. *d* Præscripto. *e* Scilicet, Paschæ et Pentecostes. *f* Vivendi modum. *g* Et vere pura et integra in eis conservetur.

CAP.

CAP. XVI.

Ex Concilio Toletano X. anno 656. canone 7.

Ut nullus christianum judæis vendat.

[a] Septimæ collationis [b] objectu immane satis et infandum operationis studium nunc sanctum nostrum adiit concilium [c], quod plerique ex sacerdotibus et levitis, qui pro sacris ministeriis, et pietatis studio, gubernationisque augmento [d], sanctæ ecclesiæ deputati sunt officio, malunt imitari turbam malorum, potius quam sanctorum Patrum insistere mandatis, ut ipsi etiam qui redimere debuerunt [e], venditiones facere intendant [f], quos Christi sanguine præsciunt esse redemtos; ita dumtaxat ut [g] eorum dominio quo sunt emti, in ritu judaismo convertantur oppressi; et fit execrabile commercium, ubi nitente [h] Deo justum est sanctum adesse conventum [i], quia majorum canones [j] vetuerunt, ut nullus judæorum conjugia vel servitia habere præsumat de christianorum cœtu, sed sacræ Fidei sibi cohærentia tam conjugia quam servitia favente Deo unice adhæreant [k], dicente Propheta: *Qui habitare facit unanimes in domo.* *Psalm. 112. v. 9.*

Nam vere nec advertunt primum, quid Dominus præceperit per Moysen, dicens: *Si quis furatus fuerit hominem, et vendiderit, convictus, quod morte moriatur.* Et *Exodi 21. v. 16.* iterum: *Si fratrem tuum hebræum redemeris, serviet tibi septem annis, et liberum abire permittes.* *Ibid. v. 2.* Quod [l] sine dubio ab eis [m] præscimus impleri. Quid enim deterius, quidve in præceps, dum ipsi, quos novimus Dei insectatores, ita malunt sibi concessa implere præcepta, ut nulla prorsus ratione maneant evitata, quanto magis nos, qui redemtos nos congaudemus pretio sanguinis sacri, convenit custodire omnia præcepta [n]? Quid igitur sacerdos ille vel

[a] Canon hic prave utique consarcinatus, in quibusdam collectionibus non extat. [b] Septima collatione, aut sessione. [c] *Hoc est*: immane et execrandum scelus sancto nostro concilio sese obtulit corrigendum. [d] Et pro augendis bonis ecclesiæ quæ ab illis gubernantur seu ministrantur. [e] Recuperare debuerant res injuste venditas. [f] *Adde*: Eorum. [g] *Adde sis*: in. [h] Præcipiente. [i] Commercium seu conventionem. [j] Supra cap. 3. et 13. [k] Adsciscant. [l] Vendidisse scilicet hominem.
[m] Episcopis, qui mancipia christiana judæis vendiderant. [n] *En præcedentis periodi sententiam*: Quid enim magis execrandum magisque temerarium, quam quod nos sanguine Christi redemti, Dei præcepta non formidemus infringere, dum hebræi Dei cultores ita ea servanda decreverint, ut nulla prorsus ratione ab ipsorum observantia se dispensare voluerint.

vel levita, sive etiam omnis athleta [a] Christi sibi vendicare velit, dum Dominum et Redemtorem nostrum Jesum Christum non vult imitari, secundum quod ipse,
1 1. Paralip. 15. v. 12. vaticinantibus Prophetis, ait: [1] *Vos sacerdotes et levitæ afferte arcam Domini Dei Israel ad locum, qui paratus*
2 2. Paral. 19. v. 7. *est*; [2] *sit timor Domini vobiscum, et cum diligentia cuncta*
3 1. Paral. 16. v. 29. *facite.* [3] *Levate sacrificium, et venite in conspectum ejus,*
4 Deuteron. 33. v. 10. *et adorate Dominum in decore sancto.* Et alibi: [4] *Perfectio tua et doctrina tua viro sancto tuo Domine, ut ponat thymiama in furore, et holocausta super altare tuum.* Et
5 Malach. 2. v. 7. illud: [5] *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem de ore ejus exquirunt, quia angelus Domini exercituum est. Lex veritatis in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus. In pace dirigens ambulavit, et multos convertit*
Psalm. 131. v. 9. *ab iniquitate.* Nec non et David: *Sacerdotes tui Domine induantur justitia, et sancti tui lætentur. Viduam ejus benedicens benedicam, et pauperes ejus saturabo panibus. Sacerdotes induam salutari, et sancti ejus exultatione exultabunt.* Quod et ipse Dominus et Salvator apostolis suis præ-
Matth. 10. v. 7. cepit, dicens: *Euntes per universum mundum, prædicate Evangelium regni, appropinquavit enim regnum cœlorum; dæmonia ejicite, claudos curate, leprosos mundate, mortuos*
Lucæ 12. v. 42. *suscitate.* Et iterum: *Quis putas est fidelis servus et prudens, quem constituet Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore* opportuno? *Beatus ille servus, quem quum venerit Dominus ejus, invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet*
Joan. 21. v. 15. *eum.* Nam et Petro dixit; *Simon Petre, si diligis me, pasce oves meas.* Unde et apostoli in unum commorantes, possessiones proprias et substantias vendebant; et non quidem credentium animas evertebant, sed magis unicuique, prout opus erat, fidelium, dividebant. Quod et beatus admonet
1. Petri 5. v. 2. Petrus, dicens: *Pascite, qui est in vobis gregem Dei, custodientes, non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, ut quum princeps pastorum apparuerit, percipiatis immarcescibilem gloriæ coro-*
1. Timoth. 4. v. 12. *nam.* Nam et Paullus ita ad Timotheum ait: *Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in Fide, in caritate, in castitate, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Quia sive judæi, sive græci, sive servi, sive liberi unum spiritum in Christo potati sumus, et semetipsum pro nobis tradidit, factus pro nobis maledictus, ut in nobis be-*
Jacobi 1. v. 27. *nedictio Abrahæ fieret.* Jacobus igitur ita loquitur: *Religio mun-*

[a] Fidelis.

munda, et immaculata apud Dominum et Patrem hæc est, visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

Dicat nunc, quisquis ille est, sectator interminabilis vertigo testatione [a], quis ex apostolis sanctis, vel ex omni turba credentium, quos advocavit Dominus, quemquam vendidisset aliquatenus hominum, dum ipse Dominus in Evangelio dicit: *Venit enim Filius hominis quærere, et* Luca 19. v. 10.
salvum facere quod perierat. Audi namque Zachæum Domino dicentem: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine,* Ibid. v. 8.
do pauperibus, et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Quorum exempla apostoli, et omnis toga sanctorum martyrum et confessorum impleverunt, et nobis implenda insinuaverunt, dicente apostolo Paullo: *Imita-* Ad Philip. 3. v. 17.
tores mei estote, sicut et ego per omnia Christi. Nam qua fronte, qua etiam conscientia, quisquis ille est prioris illius imitator proditoris, ut post hujus nefanda commissa, Domino Deo præsumat offerre libamina [b], aut perceptionis suscipiat sacra mysteria [c], quæ [d] nobis est concessum in oblatione peccatorum nostrorum, dum dicit: *Non licet* Matth. 27. v. 6.
mittere eos in corbonam, quoniam pretium sanguinis est? Corbona enim nostrorum est arcana peccatorum, in quo factum suscipimus corpus [e]; et maxime nobis est custodiendum [f] de talibus commerciis, ne inquinemur mentibus nostris, et proruamus cum Juda [g] negotiatore cordibus cœci; secundum quod Dominus dicit: *Væ homini illi, per quem* Marci 14. v. 21.
Filius hominis tradetur in manibus peccatorum; bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille. Quod non tantum pro Juda, sed pro omnibus scilicet, cujus [h] mercimoniis deserviunt, et ipsi illi in diem judicii erunt condemnati, per quem venundati in hæresem ceciderunt judaice [i] aut etiam [j] præsenti sæculo mala suscipient, secundum propheticum sermonem: *Ecce furor Domini egrediens, procella ruens* Jerem. 30. v. 23.
in capite impiorum conquiescet. Et iterum: *Propheta namque* Jerem. 23. v. 11.
et sacerdos polluti sunt, et in domo mea inveni malum eorum, ait Dominus. Iccirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris. Impellentur enim et corruent in ea; auferam enim

a Hoc est: Dicat nunc quisquis ille sit, pervicax sectator hujus vertiginis, (seu circumventionis aut usurpationis) testationis seu jurium episcopalium; *quasi diceret:* Dicat nunc quisquis ille sit episcopus, qui suæ dignitatis juribus abutitur.
b Sacrosanctum Deo offerre sacrificium. *c* Aut de oblato Deo sacrificio participet.
d Quod. *e Puta:* Corbona enim similis est cordi nostro, quod est arcanum peccatorum, in quo concipimus injustam hanc christiani hominis venditionem.
f Curandum, ut abstineamus a talibus. *g* Quem per venditionem æmulati.
h Potius: qui ejus. *i* Ad exemplum Judæ, qui Christum judæis vendidit. *j Adde:* in.

enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus. Et per Isaiam: *Dedi populum meum in manu tua, non posuisti eis misericordiam, aggravasti jugum tuum valde, descende in pulvere, sed tacens, et intra in tenebras, veniet super te malum, et nescies, et irruet repente calamitas, quam non poteris expiare.* Et iterum in Evangelio dicit Dominus: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Et illud: *Cavete ab his, qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem, hi accipient damnationem majorem.* Et iterum: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, et contenti estote stipendiis vestris. Quia si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut ligetur collo ejus mola asinaria, et projiciatur in mare.* Unde et in Actibus apostolorum ita Dominum legimus dixisse: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Numquid in cœlum ascenderat Saulus, ut ibidem persecutionem ejus sustineret Dominus? Sed in servis suis habitans [1] hanc prolatus est sententiam, sicut ipse dicit: *Qui vos spernit, me spernit; et qui me spernit, eum spernit qui misit me.* Et illud: *Qui non est mecum, contra me est, et qui non congregat mecum, spargit.* Quod etiam dudum per Prophetam dixit: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me; sine caussa autem colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum.* Et in Evangelio: *Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Ecce paterfamilias plantavit vineam* (id est ecclesiam) *et locavit eam agricolis* (id est sacerdotibus). *Quum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Malos male perdet, et vineam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructus temporibus suis.* Nam dicit ipse: *Vigilate, et orate, ne intretis in tentationem, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Si autem dixerit malus servus ille in corde suo: moram facit Dominus meus venire, et cœperit concutere conservos suos, et ancillas, manducet autem, et vivat cum ebriis, veniet Dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua ignorat, et inutilem servum mittet in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium.* Si quis enim post hanc definitionem talia agere tentaverit, noverit, se extra ecclesiam fieri, et præsenti et futuro judicio cum Juda simili pœna percelli, dummodo [a] Dominum denuo proditionis pretio malunt ad iracundiam provocare.

Marginal notes: *Isaiæ* 47. v. 6. — *Matth.* 7. v. 15. — *Marci* 12. v. 38. — *Lucæ* 3. v. 14. — *Actuum* 9. v. 4. — *Lucæ* 10. v. 16. — *Matth.* 12. v. 30. — *Isaiæ* 29. v. 13. — *Matth.* 16. v. 26. — *Matth.* 21. v. 33. — *Matth.* 24. v. 42. — *Ibid.* v. 48.

[1] *Al.* hanc prolocutus.

[a] Dum.

CAP. XVII.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. *canone* 9.

De confirmatione legum, quæ in judæorum nequitiam promulgatæ sunt.

De judæorum autem execranda perfidia, discretis titulorum sententiis editas noviter a glorioso principe [a] leges vigilanti sensuum intentione [1] perlegimus, discreto etiam gravitatis pondere earum instituta [2] probavimus; et quia debitæ rationis judicio editæ, synodali indagatione [b] probatæ sunt, irrevocabili deinceps judiciorum ordine, pro eorum excessibus, tenebuntur [c]; id est, [3] leges de commemoratione priscarum legum, quæ in judæorum transgressionibus promulgatæ sunt, atque de novella confirmatione [4] earum. Item ne judæi aut se aut suos filios vel famulos a baptismo subtrahant. Item ne judæi more suo celebrent pascha vel carnis circumcisiones exerceant, ac ne christianum quemquam [5] Fide Christi dimoneant. Item ne judæi sabbata ceterasque festivitates ritus sui celebrare præsumant. Item ut omnis judæus diebus Dominicis et in prænotatis diebus ab opere cesset. Item ne judæi more suo dijudicent escas. Item ne judæi ex propinquitate sui sanguinis connubia [6] ducant. Item ne judæi religioni nostræ insultantes sectam suam defendere audeant; ac ne a Fide refugientes alibi se transducant; et ne [7] quilibet refugientes alibi suscipiat. Item ne christianus a judæo quodcumque munus contra Fidem Christi accipiat. Item ne judæi [8] libros illos legere audeant, quos christiana Fides repudiat. Item ne judæis mancipia deserviant vel adhæreant christiana. Item si [9] judæus christianum esse testatur, et ob hoc non velit a se rejicere mancipium christianum. Item professio [10] judæorum, quando unusquisque ad Fidem veniens indiculum professionis suæ [11] conscribere debet. Item conditiones judæorum, ad quas jurare debeant hi qui ex eis ad fidem venientes professiones suas dederint. Item de christianis mancipiis judæorum, quæ se non prodiderunt christiana; sive [12] de publicatoribus eorum. Item ne judæi, a quolibet potestate ac-

Aaaaa

1 *Al.* perlegimus, districto etiam.

2 *Al.* probavimus, proinde quæ debitæ... synodali dignatione probatæ.

3 *Al.* Leges quæ de... priscarum cæremoniarum, et judæorum.

4 *Al.* earum. Item de blasphematoribus Sanctæ Trinitatis. Item ne judæi aut se... a baptismi gratia subtrahant.

5 *Al.* a Fide Christi dimoveant.

6 *Al.* ducant, ut sine benedictione sacerdotis nubere non audeant. Item ne judæi religioni... audeant, nec a Fide refugientes.

7 *Al.* quilibet fugientes eos suscipiat. Item ne christiani a judæis quodcumque muneris contra.

8 *Al.* libros legere.

9 *Al* judæus se christianum.

10 *Al.* judæorum, quomodo unusquisque.

11 *Al.* conscribere debeat. Item judæorum conditiones quas... suas prodiderint.

12 *Al.* de publicatibus eorum.

a Ervigio. *b* Post synodicum examen. *c* In dijudicandis deinceps judæorum criminibus, prout eorum fuerint excessus, perpetuo servabuntur.

accepta, extra regiam ordinationem [1] christianum quemquam imperare, plectere, vel distringere audeant. * Item ut judæorum servi necdum adhuc conversi ad Christi gratiam convolaverint, libertati donentur. Item ne judæi administratorio [2] usu sub ordine villicorum atque actorum christianam [3] familiam regere audeant; et de damnis eorum, qui iis talia ordinanda injunxerint. Item ut judæus ex aliis provinciis vel territoriis ad regni nostri ditionem pertinentibus veniens, episcopo loci vel sacerdoti se præsentare non [4] differat; vel quid huic in toto observari conveniat. Item qualiter concursus judæorum diebus institutis ab episcopo, fieri debeant. Item ut quicumque judæum [5] secum obsequentem habuerit, expetente sacerdote, eum apud se retinere non audeat. Item ut [6] cura omnis distinguendi judæos solis sacerdotibus debeatur. Item de damnis sacerdotum vel judicum, [7] qui in judæis instituta legum adimplere distulerint. Item ne judices [8] quicquam de judæorum excessibus extra sacerdotum conniventiam judicare præsumant. Item ut [9] episcopi immunes habeantur a damnis, quum eorum presbyteri ea quæ ipsi non correxerint, ad eos non remiserunt corrigenda. Item de reservata principibus miserendi potestate in his, qui conversi ad Fidem Christi veraciter fuerint. Item ut episcopi omnes judæis ad se pertinentibus libellum de suis editum erroribus tradant; et ut professiones eorum vel conditiones in scriniis ecclesiæ condant. Quarum omnium legum promulgatio gravida [a] [10] sicuti synodali judicio comprobata, ita generali omnium nostrorum definitione in eorum erit [11] deinceps excessibus exercenda [b].

1 *Al.* christianum quemque impetere, plectere... Item ut si judæorum.

* *Can.* 17. *dist.* 54.

2 *Al.* usu in ordinem villicorum.

3 *Al.* familiam redigere audeant... qui talia... Item judæus ex aliis... regis nostri.

4 *Al.* differat, ut sciat, quid eum in Toleto observare conveniat. Item ut concursus judæorum... ad episcopum fieri.

5 *Al.* secum assequentem.

6 *Al.* cura omnis distringendi.

7 *Al.* qui in judiciis. *vel* qui judæis.

8 *Al.* quicquam de perfidorum excessibus.

9 *Al.* episcopi tunc immunes... eorum presbyteros ad ea quæ ipsi non correxerint, remiserint corrigenda. Item de servata.

10 *Al.* sicut.

11 *Al.* deinceps excessus exercenda.

CAP. XVIII.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. *canone* I.

De judæorum perfidia, ut qui in ea perstiterint, consueta persolvant tributa, ab ea tamen vere conversi ingenui habeantur.

Licet in condemnatione perfidiæ judæorum numerosæ antiquorum Patrum sententiæ [c] ac leges promulgatæ nitescant, tamen quia ut prophetale vaticinium propter eorum du-

Jerem. 17. *v.* 1.

a Gravis. *b* Exequenda. *c* Vide sis supra 2 cap. I.

duritiam narrat, peccatum judæ scriptum est stilo ferreo in ungue adamantino, super petram duriores effecti, in obstinationis suæ cæcitate perdurant, satis est conspicuum, ut catholicæ ecclesiæ machinis [a] murus infidelitatis eorum crebrius proteratur, quo aut tandem corrigantur inviti, aut [1] valide in stilo atterantur, ex Domini in æternum judicio perituri. Nam peritorum medicorum est consuetudo laudabilis, ut ægris diversarum ægrimoniarum incommodis laborantibus, studiosius medendi arte occurratur, quoadusque salutis medelam recipiant. Quin immo quoniam gloriosissimi et amatoris Christi Egicani principis nostri fervens intentio et promta devotio hujus admirabilis medelæ peritiam his adhibere contendit, quatenus aut convertantur ad Fidem, aut in perfidia perdurantes, acrioribus sedule multentur stimulis; [2] proinde exhortante pariter et jubente, delegit nostræ unanimitatis conventus, ut quicquid eorum sententiæ vel leges, qui nos in Fide catholica præcesserunt, ad obterendam eorum perfidiam continere noscuntur; ab omnibus sacerdotibus cunctisque judiciariam curam habentibus studiosius in eis nihilominus compleantur, et ea quæ nunc a nobis instituuntur, votis ferventioribus conserventur; ita nempe ut quique eorum ad Christum plena mentis intentione se converterint, et Fidem catholicam absque aliquo infidelitatis fuco servaverint, ab omni exactione, quam sacratissimo fisco persolvere consueti sunt, cum his quæ habere poterint [3] securi extorresque [b] persistant. Eamdem impensionem hi qui in infidelitate sua persistiterint, publicis utilitatibus [c] in integritate [d] persolvant. Ipsi vero qui ab errore suo conversi extiterint, suis tantum utilitatibus, ut ceteri ingenui vacent, et negotia sua agentes quicquid pro [e] publicis indictionibus a principe eis fuerit imperatum, ut veri Christicolæ expediant [f]; nam id æquitatis ordo deposcit, ut qui Fide Christi decorantur, coram hominibus nobiles atque honorabiles habeantur. Legem sane illam, quæ præfatis capitulis ad eorumdem proterendam duritiam a domino nostro Egicane principe nuper est edita, firmamus, et per hujus constitutionis nostræ decretum inconvulsibile robur eam obtinere, censemus.

[1] *Al.* valide sic atterantur.

[2] *Al.* proinde eo orante, pariter.

[3] *Al.* securi, exortasque.

[a] Armis. [b] Liberi, uti perfugæ, et extorres. [c] Fisco. [d] Integre. [e] In. [f] Exequantur.

CAP. XIX.

Ex Concilio Toletano XVII. anno 694. *can.* 8.

De judæorum damnatione, ut rebus omnibus spoliati perpetuæ maneant servituti subjecti, eorumque filii a septimo anno a parentum societate divellantur, nec ullo umquam tempore cum ejusdem sectæ personis matrimonio socientur.

Sicut fidelium probitas magno debet donationis præmio munerari, ita infidelium pravitas fortissimo congruit judicantium mucrone percelli. Æquum etenim est, ut et domestici fidei copiosius sublimentur, et adversarii ejus durius condemnentur; quatenus et illi magisque Domino suffragante proficiant, et isti Deo obtinente deficiant. Et ideo quia plebs judæorum nequissima sacrilegii nota respersa, et effusione sanguinis Christi cruenta, ac multotiens jurisjurandi profanatione noscitur maculosa; ut copiosa sunt eorum scelera, sic necesse est, ut gravem sese incurrisse lugeant animadversionis jacturam, qui per alia sua scelera non solum statum ecclesiæ perturbare maluerunt, verum etiam ausu tyrannico inferre conati sunt ruinam patriæ ac populo universo; ita nempe ut suum quasi tempus invenisse gaudentes, diversas in catholicis exercerent strages; unde crudelis et stupenda præsumtio crudeliori debet extirpari supplicio, et ita in eis ordinatim debet sævire judicium, quatenus usquequaque puniatur quod nequiter definitum prænoscitur. Qua de caussa dum in hac sancta synodo per aliarum caussarum semitas dirigeremus cautissime gressus, extemplo eorumdem infidorum conspiratio ad unionis nostræ pervenit auditus, eo quod non solum contra suam pollicitationem, suorum rituum observatione tunicam Fidei, qua eos per undam sacri baptismatis induit sancta mater ecclesia, maculaverint, sed et regni fastigium sibi (ut præmissum est) per conspirationem usurpare maluerint.

Quod infaustum facinus dum ex ipsorum professionibus a noster plenissime nosset conventus, hujus decreti nostri sententia eos decernimus irrevocabili feriri censura; scilicet, ut ex jussione piissimi et religiosissimi principis nostri Egicani, qui zelo domini accensus, et sanctæ Fidei ar-

a Confessionibus.

ardore compulsus, non solum injuriam crucis Christi vindicare vult, sed et gentis suæ ac patriæ exitium, quod fore illi inferendum [1] sævius decrevere, acrius extirpare intendit, suis omnibus rebus nudati, et ipsæ resculæ [a] fisci viribus sociatæ [b] tam eorumdem perfidorum, vel reliquæ posteritatis a locis propriis exolutæ, per cunctas Hispaniæ provincias perpetuæ subjectæ servituti, his quibus eos jusserit servituros largitæ, maneant usquequaque dispersæ. Nec quoquo pacto eis in infidelitatis suæ obstinatione durantibus, ad ingenuitatis statum detur quandoque occasio revertendi, quos numerosa examussim facinorum suorum macula denotavit.

[1] *Al.* sæpius decrevere.

Sic tamen decernimus, ut secundum electionem principis nostri, aliqui ex servis christianis eorumdem judæorum eligantur, qui de proprietatis eorum peculio, quantum illis sæpe fatus dominus noster per auctoritatum seriem aut scripturas libertatis conferri elegerit, accipiant. Et quicquid functionis in rationem publicam ipsi judæi visi sunt hactenus persolvisse, prædicti illorum servi, quos idem princeps noster elegerit, sine qualibet excusatione in omni debeant integritate persolvere. Illi denique, qui eosdem judæos ex largitione sæpe fati domini nostri donatos perceperint, tale placitum in nomine suæ gloriæ conscribant, quatenus in nullo eos permittant rituum suorum cæremonias celebrare aut colere, vel quascumque parentalis perfidiæ semitas imitari.

Sed et filios eorum utriusque sexus decernimus, ut a septimo anno eorum nullam cum parentibus suis habitationem aut societatem habentes, ipsi eorum domini, qui eos acceperint, per fidelissimos christianos eos contradant nutriendos; ea scilicet ratione, ut et masculos christianis feminis in conjugio copulent, et feminas christianis similiter viris maritali societate adjungant, et neque parentibus sicut diximus, neque filiis sit penitus licentia, quoquo pacto judaicæ superstitionis cæremonias custodire, neque infidelitatis suæ semitas quibuslibet occasionibus iterare.

[a] Parvæ res; parvum patrimonium. [b] Fisci juribus adjunctæ, unitæ, applicatæ.

CAP.

CAP. XX.

Ex Concilio Cojacensi anno 1050. *cap.* 6.

Et cum judæis non ulli *habitent, nec cibum cum eis sumant.*

Nullus etiam christianus cum judæis in una domo maneat, nec cum eis cibum sumat. Si quis autem hanc nostram constitutionem fregerit, per septem dies pœnitentiam agat. Quod si pœnitere noluerit; si major persona fuerit, per annum integrum communione careat; si inferior persona fuerit, centum flagella accipiat. *Integrum vide in cap. 15. de Festis diebus.*

TIT. II.

DE IDOLOLATRIA, ET APOSTASIA A FIDE.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 1.

De his qui post baptismum jam adulti [1] *idolis sacrificant,* ut nec in vitæ exitu communione participent.

[2] PLACUIT, ut quicumque post fidem baptismi salutaris, adulta ætate ad templum idoli idololatrurus accesserit, et fecerit quod est [3] crimen capitale [a], nec in fine eum ad [4] communionem suscipere. *Eumdem vide in cap. 1. de Homicid.*

1 Al. *Idolis immolaverant.*
2 *Al.* Placuit, inter eos, qui post.
3 *Al.* crimen principale.
4 *Al.* communionem accipere.

CAP. II.

Ex eodem, canone 2.

De sacerdotibus [5] *gentium*, qui *post baptismum immolaverint,* ut nec in vitæ fine communionem accipiant.

Flamines [b], qui post Fidem lavacri et regenerationis [6] sacrificaverint, eo quod geminaverint scelera, accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia,

5 Al. *Gentilium.*
6 *Al.* sacrificaverunt.

a Homicidium, quod in immolandis hominibus perpetrabatur. Lactant. *Divinar. Institut.* lib. 1. cap. 21. *b* Qui sacerdotes fuerant idolorum, a republica instituti.

chia [a], placuit, eos nec in fine accipere communionem. *Eumdem vide in cap. 2. de Homicidio.*

CAP. III.

Ex eodem, canone 3.

De eisdem, si idolis tantum munus [1] dederint ut in fine tantum communicent. 1 Al. *dederunt.*

Item flamines, qui non [2] immolaverunt, sed munus tantum dederunt, eo quod se a funestis [b] abstinuerunt sacrificiis, placuit, in fine eis præstare communionem, acta tamen legitima pœnitentia. *Integrum vide in cap. 1. de Recidivis.* 2 *Al.* immolaverint... dederint.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 6.

Si quicumque [3] per malitiam hominem interfecerit, ut nec in fine vitæ communicet. 3 Al. *per maleficium.*

4 Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria [c] perficere scelus non [5] potuit, nec in fine impartiendam esse illi communionem. *Eumdem vide in cap. 4. de Homic. et in cap. 1. de Maleficio.* 4 *Al.* Si quis vero veneficio. 5 *Al.* potuit, nisi in fine impertiendam non esse illi communionem.

CAP. V.

Ex eodem, canone 40.

6 *Ne de hoc, quod idolis datum est, fideles accipiant.* 6 Al. *Ne id quod Idolotytum est, fideles accipiant.*

Placuit prohiberi, ut quum rationes suas accipiunt possessores [d], quicquid ad idolum datum fuerit, acceptum 7 non inferant [e]. Si vero post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporis a communione esse arcendos. 7 *Al.* non referant, *vel* ferant.

a Quod frequens erat, absolutis sacrificiorum cæremoniis. *b* A funere seu nece, quæ in ejusmodi sacrificiis fiebat. *c* Consilio scilicet ab idolis expetito. *d* Qui possessiones seu prædia obtinebant, eaque villicis ministranda credebant. *e* Inter expensas a se ratas habendas non recipiant.

CAP.

CAP. VI.

Ex eodem, canone 41.

1 Al. *servis suis.*

Ut prohibeant domini idola colere [1] *servis*, sub excommunicationis pœna.

2 *Al.* Amoneri.

[2] Admonere placuit fideles, ut quantum possunt prohibeant, ne idola in domibus suis habeant. Si vero vim metuunt servorum, vel [a] se ipsos puros conservent. Si non fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.

CAP. VII.

Ex eodem, canone 46.

De fidelibus, si apostataverint, et rursus redierint, *quamdiu pœniteant*; scilicet, decem annis.

Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit, si tamen [b] aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra, post decem annos [3] placuit, eum communionem accipere.

3 *Al.* placuit communionem.

CAP. VIII.

Ex eodem, canone 52.

De his, qui in ecclesia libellos famosos ponunt.

* *Can.* 3. *c.* 5. *q.* 1.

* Si qui inventi fuerint libellos famosos in ecclesia [c] ponere, anathematizentur [d].

a Saltem. *b* Forte. *c* Contra ecclesiam. *d* Canon hic transcribitur in *capitul. Reg. Franc. l.* 6. *c.* 316.

CAP.

CAP. IX.

Ex eodem, canone 55.

De sacerdotibus [1] *gentilium, qui jam non sacrificant*, ut post biennium communicent.

[1] Al. *gentium.*

Sacerdotes, [2] qui tantum sacrificantium coronam [a] portant, nec sacrificant, nec de suis sumtibus [3] aliquid idolis præstant, placuit, post biennium accipere communionem.

[2] *Al.* qui tantum coronas portant.
[3] *Al.* aliquid ad idola.

CAP. X.

Ex eodem, canone 56.

[4] *De magistratibus, et dominantibus.*

[4] Al. *De magistratibus, et dumviratis.*

Magistratum vero anno quo agit dumviratum [b] [5] prohibere [c] placet, ut se ab ecclesia cohibeat.

[5] *Al.* prohiberi.

CAP. XI.

Ex eodem, canone 57.

De his, qui vestimenta ad ornandam [6] *pompam dederint*; ut tribus annis non communicent.

[6] Al. *pompam sæculi dederint.*

Matronæ, vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam sæculariter pompam [d] non dent. Et si fecerint, triennii tempore [7] abstineant.

[7] *Al.* abstineantur. Triennio.

CAP. XII.

Ex eodem, canone 59.

De fidelibus, ne ad capitolium, caussa sacrificandi ascendant; sin tamen, decem annis pœniteant.

Prohibendum, ne quis christianus [8] [e] aut gentilis ad idolum

[8] *Al.* ut gentilis.

[a] Coronam videlicet ex ramo ut plurimum olivæ contexta, in cujus summitate erigebat sese instar flammæ modicum lanæ albæ, adeoque dicti sunt quoque flamines. [b] Eo quod suam spectaculis et sacrificiis auctoritatem præstaret. [c] Constituere. [d] Quæ splendorem, ornatum, et pompam ludis, saltationibus, et aliis ejusmodi ludicris conferrent. [e] *Potius*: cathecumenus.

lum capitolii [a] sacrificandi caussa ascendat, et [b] videat. Quod si fecerit, pari [c] crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos acta pœnitentia recipiatur.

CAP. XIII.

Ex eodem, *canone* 62.

1 Al. *De aurigis.*

[1] *De auguribus et pantomimis, si convertantur*, ut si ad pristinas exercendas artes redierint, ejiciantur ab ecclesia.

2 *Al.* Si auriga et pantomimus... prius actibus suis... Qui si.

[2] Si augur [d] aut pantomimi [e] credere voluerint, placuit, ut prius artibus suis renuntient, et tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius non revertantur. Quod si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab ecclesia.

CAP. XIV.

Ex eodem, *canone* 79.

De his qui tabula ludunt, ut emendati, post annum communione donentur.

3 *Al.* aleam, id est, tabulam nummis luserit... abstineri... communioni.

Si quis fidelis 3 alea, id est tabula [f] luserit, placuit, eum abstinere [g]; et si emendatus cessaverit, post annum poterit communione reconciliari.

CAP. XV.

Ex Epistola SYRICII PAPÆ *ad Hicmerium Tarraconensem anno* 385. *cap.* 3.

De apostatis ab ecclesia separandis, et in morte, si resipuerint, reconciliandis.

Adjectum est etiam, quosdam christianos ad apostasiam (quod dici nefas est) transeuntes, et idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos a Chri-

[a] Ad exemplum idoli Romani capitolii erecti. [b] *Forte*: ut videat. [c] Ac si re ipsa sacrificaret. [d] Aruspex, ariolus, divinator. [e] Qui obscæna gesticulationibus repræsentabant. [f] *Nostris*: taba. [g] Eo quod esset manifesta idololatriæ professio; habebant enim calculi deorum, quos pro felici sorte invocabant imagines.

Christi Corpore et Sanguine, quo dudum redemti fuerant renascendo, jubemus abscindi. Et si resipiscentes forte, aliquando fuerint ad lamenta conversi, his quamdiu vivunt agenda pœnitentia est, et in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda [a] (quia docente Domino:) *Nolumus mortem* [1] *peccatoris, sed ut convertatur, et vivat.*

Ezech. 33. v. 11.
1 Al. *peccatorum... convertantur, et vivant.*

CAP. XVI.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. *can.* 16.

[2] *Quod idololatriæ cultura a sacerdotibus, vel a judicibus exquirenda est, atque exterminanda*; idque ipsis injungitur sub excommunicationis pœna.

2 Al. *Ut episcopi cum judicibus idola destruant, et domini idololatriam servis probibeant.*

Quoniam pene per omnem Hispaniam sive 3 Galliam idololatriæ sacrilegium inolevit, hoc cum consensu gloriosissimi principis, sancta synodus ordinavit, ut omnis sacerdos [b], in loco suo [c] una cum judice territorii sacrilegium memoratum studiose perquirat, et 4 exterminare inventum non differant; homines vero qui ad talem errorem concurrunt, salvo discrimine animæ [d], qua potuerint, animadversione coerceant. Quod si neglexerint, sciant, 5 se utique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui vero domini extirpare hoc malum 6 a possessione [e] sua 7 neglexerint, vel familiæ suæ prohibere noluerint, ab episcopo et ipsi a communione pellantur.

3 *Al.* Galliciam.

4 *Al.* et exterminari inventa non differat; omnes vero qui... concurrunt sine discrimine animæ, qua potuerint *vel* poterunt.

5 *Al.* se utrique excommunicationis.

6 *Al.* de possessione.

7 *Al.* neglexerint, et familiæ prohibere,

CAP. XVII.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. *can.* 11.

De cultoribus idolorum, ut a sacerdotibus et judicibus exterminentur.

Præcepta Domini sunt dicentis: *Non facies tibi sculptile*, 8 *neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra*; 9 *non adorabis ea, neque coles.* Item: *Qui immolat diis, occidetur, præterquam Domino soli.* Item; *Vir*

Exod. 20. v. 4.
8 Al. *neque eorum, quæ.*

Ibid. 22. v. 20.
9 Al. *nec adorabis.*
Deuter. 17. v. 2.

a Temperatus videtur rigor antiquorum canonum, præsertim Eliberitani. Vide sis supra cap. 1. *b* Episcopus. *c* Diœcesi. *d* Capitali pœna. *e* Districtu.

aut mulier [1] *qui faciant malum in conspectu Domini Dei sui, et transgrediantur pactum illius ut vadant et serviant diis alienis et adorent* [2] *eos solem et lunam, et omnem militiam cœli* [3] *quæ non præcipi, et hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensque inquisieris diligenter, et verum* [4] *esse repereris, et abominatio facta est in Israel, et duces virum ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetrarunt ad portas* [5] *civitatis tuæ, et lapidibus obruentur.* Præcepta hæc Domini non in ultione,[a] sed in terrore [b] delinquentium apponentes, non mortis [6] per hanc sententiam promulgamus, sed cultores idolorum, veneratores lapidum, accensores facularum [c], [7] et excolentes sacra fontium [d] vel arborum [e] admonemus, ut agnoscant, quod ipsi se spontaneæ morti subjiciunt qui diabolo sacrificare videntur; mortis enim nomine diabolus appellatur sicut de eo scriptum est: *Et erat illi nomen mors.*

Ac proinde omne sacrilegium idololatriæ, vel quicquid illud est contra sanctam Fidem in quo insipientes homines captivati diabolicis culturis [f] inserviunt, sacerdotis vel judicis instantia [g] [8] inventa hæc sacrilegia eradantur, et exterminata truncentur. Eos vero qui ad [9] talem errorem concurrunt, et verberibus coerceant, et onustos ferro suis dominis tradant, si tamen domini eorum per [10] jusjurandi attestationem promittant, se eos tam solicite custodire, ut [11] ultra illis non liceat tale nefas committere. Quod si domini [12] eorum nolunt hujusmodi reos in fide sua [h] suscipere, tunc ab eis, a quibus coerciti sunt regis [13] conspectibus præsententur, ut principalis [i] auctoritas liberam se talibus donandi [j] potestatem obtineat. Domini tamen eorum, qui nuntiatos sibi talium servorum errores [14] ulcisci distulerint, excommunicationis sententiam perferant et jura servi illius quem [15] coercere nolunt se amisisse cognoscant. Quod si ingenuorum personæ his erroribus fuerint implicatæ, et perpetua excommunicationis sententia [16] ferientur et arctiori exilio ulciscentur.

1 Al. *qui faciunt malum ante conspectum Domini Dei tui, et transgrediuntur.*
2 Al. *eos, vel solem.*
3 Al. *quæ non præcepit.*
4 Al. *esse receperis, et abominatio.*
5 Al. *civitatis, et lapidibus.*
6 *Al.* per sententiam. *vel* per absentiam promulgamus. *aut* mortis sententiam.
7 *Al.* et excultores fontium admonemus.
Apocalyp. 6. v. 8.
8 *Al.* inventum, ut sacrilegium.
9 *Al.* talem errorem incurrunt *vel* accurrunt.
10 *Al.* jurisjurandi.
11 *Al.* ultra eis non.
12 *Al.* eorum noluerint. *vel* nolint.
13 *Al.* aspectibus, præsentetur, ut princeps auctoritatem ac liberam de talibus dominandi.
14 *Al.* ulcisci noluerint, et excommunicationis.
15 *Al.* coercere noluerint se.
16 *Al.* feriantur... ulciscantur.

a Ad vindictam *b* Ad terrorem et emendationem. *c* Vide syn. Arelat. II. *can.* 23. Nannet. *can.* 20. *d* Syn. Antisiodor. *can.* 3. Nannet. *can.* 23. Hinc *Fontivæ* apud S. Cyprianum in *Vita S. Cæsarii.* *e* Syn. Carthag. V. *can.* 15. Hinc *sacrivæ arbores* in Syn. Antisiod. *can.* 3. Vide sis infra cap. prox. *f* Cultibus. *g* Inquisitione. *h* Sub fide vel promissione sua. *i* Principis. *j* *Potius*: dominandi, ut in margine.

CAP.

CAP. XVIII.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. can. 2.

De idolorum cultoribus, vel eorum receptatoribus, ut ab episcopis presbyteris vel judicibus corripiantur, quod quidem munus si neglexerint adimplere, dignitate privati, per annum sub pœnitentia sint: eis vero obsistentes anathematizentur et multentur, si nobiles; et flagellentur, decalventur, et media bonorum parte spolientur, si viles.

Manifestissime liquet quod hostis humani generis, ut Apostolus narrat, per mundum rugiens currat quærens quem devoret; nam diverso tergiversationis suæ astu quamplurimos insipientium decipiens suis eos decipulis irretire non cessat; et quum Dominus præcipiat: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper et quæ in terra deorsum*; et reliqua, et iterum: *Non facietis vobis idolum et sculptile, nec titulos erigetis nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum.* Rursumque: *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies.* Illi diversis suadelis decepti, cultores idolorum efficiuntur, veneratores lapidum, accensores facularum, excolentes sacra fontium vel arborum [a], auguratores quoque seu præcantores, multaque alia quæ longum est narrare. Et quia ille [b] nec conditor eorum est, nec dominus ac redemtor, summopere rectoribus ecclesiarum Dei convenit studere, ut quos maligna persuasione per diversa sacrilegia sibi hostis idem subjecerat, [c] de ejus jure tollentes, suo eos restituant Creatori. De quibus videlicet sacrilegiis extirpandis, quoniam multimoda sanctorum Patrum in diversis conciliis [1] clarent edicta, vigilaci sensuum indagatione perlustravimus, ac discreto gravitatis pondere horum instituta perpendimus. Et quia debitæ rationis plenitudine nitent, cum consensu ac ferventissimo jussu religiosissimi domini nostri Egicani regis instituentes decernimus, ut omnes episcopi seu presbyteri, vel hi qui judicandis caussarum negotiis præsunt, solerti cura invigilent, et in cujuscumque loca præmissa sacrilegia vel quælibet alia quæ Divina Lege prohibentur, vel

1. Petri 5. v. 7.
Exodi 20. v. 4.
Levit. 26. v. 1.
Deuter. 6. v. 13.
1 Al. clarent, ea vigilaci.

a Supra cap. prox. b Diabolus. c Suos effecerat.

vel sanctorum Patrum cohibent instituta, venerantes quoque aut facientes repererint, cujuscumque sint generis, aut conditionis, statim secundum prædictarum sententiarum seriem emendare et extirpare non differant; et insuper ea quæ in eodem [1] loco sacrilego oblata fuerint, in convicinis ecclesiis coram ipsis qui hoc voto sacrilego dedicanda crediderant habenda, [2] perpetim auferantur [a]. Quod si forsitan episcopus aut presbyter seu etiam judex ad quem locus ille pertinuerit, manifestissimum ac probatissimum cujuspiam sacrilegii facinus prænoscens hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci sui dignitate privatus anni unius spatio erit sub pœnitentia constitutus, loco suo in postmodum rediturus, scilicet [b] ut in eodem tempore quo ille a loci sui propulsus fuerit officio, specialiter a principe eligatur, qui timore Domini plenus et ut Phinees speciali zelo accensus, cum judicibus sibimet, ut diximus, injunctis, et sacrilegium quod invenerint omnimode extirpent, et ab omni populo iram Dei arceant.

1 *Al.* loco sacrilegio. *vel* sacrilegii.

2 *Al.* perpetim offerantur.

Si qui vero pro talium defensione [c] obstiterint sacerdotibus aut judicibus, ut ea nec emendent ut debent, nec extirpent ut condecet, et non potius cum eis exquisitores, ultores, seu extirpatores tanti criminis extiterint, sint anathema in conspectu individuæ Trinitatis; et insuper si nobilis persona fuerit, auri libras tres sacratissimo fisco exolvat; si inferior, centenis verberibus flagellabitur, ac turpiter decalvabitur, et medietas rerum suarum fisci viribus applicabitur.

TIT. III.

DE HÆRESI.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 22.

De catholicis in hæresim transeuntibus 3, *si non revertuntur*, decem annis pœnitentiam agant.

3 Al. *si revertantur.*

Si quis de catholica ecclesia ad hæresim transitum fecerit,

a Hac. est: et insuper penitus auferantur quæ in eodem loco idolis oblata fuerint, ut iisdem qui has exhibuerunt oblationes, præsentibus, in aliis convicinis ecclesiis Deo vero dedicentur. *b* Ita tamen. *c* Talium delictorum prohibitione obstiterint.

rit, rursusque ad ecclesiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam, eo quod cognoverit peccatum suum, qui etiam decem annis agat pœnitentiam, cui post decem annos præstari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incuntanter recipi debent.

CAP. II.

Ex Epistola Leonis Magni ad Turibium Asturicensem anno 447. *cap.* 16.

De Libro [1] *Dicticinii* in hæresi conscripto; et quod par ferme sit Manichæorum et Priscillianistarum prava doctrina.

1 Al. *Dictinii.*
2 *Al.* Dictinii.
3 *Al.* Dictinii *vel* Dictinio.
4 *Al.* recuperationem.
5 *Al.* Dictinium.
6 *Al.* correptus.
7 *Al.* utitur scriptis.
8 *Al.* imperialium.

Postremo autem capitulo hoc prodidit justa querimonia, quod [2] Dicticinii [a] tractatus [b] quos secundum Priscilliani dogma conscripsit, a multis cum veneratione legerentur; quum si aliquid memoriæ [3] Dicticinii tribuendum putant [4] reparationem [c] ejus magis debeant amare quam lapsum. Non ergo [5] Dicticinium sed Priscillianum legunt, et illud probant quod errans docuit, non quod [6] correctus elegit. Sed nemo hoc impune præsumat nec inter catholicos censeatur quisquis [7] utitur scripturis, non ab ecclesia solummodo catholica, sed etiam a suo auctore damnatis. Non sit perversis liberum simulare quod fingunt, nec sub velamine nominis christiani decretorum [8] imperalium [d] statuta declinent. Ideo enim ad ecclesiam catholicam cum tanta cordis diversitate [e] conveniunt, ut et quos possunt suos faciant et legum severitatem dum se nostros mentiuntur, effugiant. Faciunt hoc Priscillianistæ, faciunt hoc Manichæi, quorum cum istis tam fœderata sunt corda ut solis nominibus discreti, sacrilegiis autem suis inveniantur uniti; quia etsi vetus testamentum, quod isti se suscipere simulant, manichæi refutant, ad unum tamen finem utrorumque tendit intentlo, quum quod isti [f] recipiendo cor-

rum-

[a] Episcopi Asturicensis, Priscilliani discipuli, et Symphosii episcopi Priscillianistæ filii. [b] Inter quos, alterum edidit sub titulo *Libra*, quod duodecim quæstionibus, uti libra duodecim unciis, constaret. August. *Contra mendac.* cap. 3. [c] Hæresis ejurationem, ut infra de *Hæres. ejurat.* cap. 1. [d] Vide sis tit. de *Hæreticis* Cod. Theod. [e] Tergiversatione. [f] Priscillianisiæ.

rumpunt, illi abdicando impugnant. Inexecrabilibus autem mysteriis eorum, quæ quanto immundiora sunt, tanto diligentius [1] occultantur, unum prorsus nefas est, una est obscænitas et similis turpitudo [a]. Quam etsi eloqui erubescimus, solicitissimus tamen inquisitionibus indagatam et manichæorum qui comprehensi [2] sunt confessionibus detectam, ad publicam fecimus pervenire notitiam; ne ullo modo possit dubium videri quod in judicio nostro, cui non solum frequentissima præsentia sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas, et pars quædam senatus ac plebis interfuit, ipsorum qui omne facinus perpetrarant, ore [3] reseratum est, sicut ea quæ ad dilectionem tuam nunc direximus gesta demonstrant. Quod autem de manichæorum fœdissimo scelere, hoc etiam de priscillianistarum incestissima consuetudine olim compertum multumque vulgatum est. Qui enim per omnia sunt impietate sensuum pares, non possunt in sacris suis esse dissimiles. *Quæ sequuntur in cap. 5. de Peculiar. episc. minist.* Decursis itaque.

1 *Al.* osculuntur.

2 *Al.* sunt confessione detectam.

3 *Al.* reseratum est.

CAP. III.

Perstringuuntur Priscillianistarum errores.

Ex eadem, cap. 17.

Nulla enim ratione tolerandum est, ut qui prædicandæ Fidei suscepit officium, is contra evangelium Christi, contra apostolicam doctrinam, contra universalis ecclesiæ symbolum audeat disputare. Quales illic erunt discipuli, ubi tales docebunt magistri? Quæ illic religio populi, quæ salus plebis, ubi contra humanam societatem [4] pudoris scissi verecundia tollitur, conjugiorum fœdera auferuntur, propagatio generationis inhibetur, carnis natura damnatur, contra verum [5] autem veri Dei cultum Trinitas [6] Deitatis negatur, Personarum proprietas confunditur, anima hominis Divina essentia prædicatur, et eadem ad diaboli arbitrium carne concluditur, Dei Filius per id quod ex Virgine ortus, non per id, quod ex Patre natus est, Unigenitus prædicatur, idemque nec vera Dei proles [7] nec verus Filius Virginis asseritur, ut per falsam passionem mortem-

4 *Al.* pudoris sanctitas, sive verecundia tollitur.

5 *Al.* autem Dei.

6 *Al.* Deitatis damnatur, verus Dei cultus interdicitur, personarum proprietas confunditur, animabus humanis Divina essentia datur.

7 *Al.* nec verus Virginis partus asseritur.

a Qui execrantes matrimonii vinculum, licitum esse dictitarent promiscuum feminarum usum, uti refertur infra cap. prox.

temque non veram mendax etiam resurrectio resumtæ de sepulcro carnis habeatur? Frustra autem utuntur catholico nomine, qui istis impietatibus non resistunt: possunt hoc credere qui possunt talia patienter audire. *Quæ sequuntur in cap. 1. de Convocat. concil.* Dedimus.

CAP. IV.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. canone 9.

De his qui rebaptizati sunt, quantum pœniteant, scilicet ut septem annis inter cathecumenos, et duobus inter catholicos orent.

[1] De his qui in prævaricatione rebaptizati sine aliqua necessitate vel tormento delapsi sunt, [a] placuit ut circa eos illa Nicænæ synodi [b] statuta serventur, quæ de prævaricatoribus [2] censita esse noscuntur, id est, ut septem annis inter cathecumenos orent, et duobus inter catholicos, et postea moderatione et clementia episcopi fidelibus [3] in oblatione et Eucharistia communicent. *Eumdem vide in cap. 2. de Baptis. non iterando.*

1 *Al.* De his, qui in prævaricationem rebaptizati sunt, si aliqua.

2 *Al.* constituta esse noscuntur.

3 *Al.* in oblatione Eucharistiæ communicent.

CAP. V.

Ex eodem, canone 13.

De catholicis, qui filios suos baptismati hæreticorum [4] *dederunt.*

Catholicus, qui filios suos in hæresi baptizandos [c] obtulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur.

4 Al. *tradiderunt.*

CAP. VI.

Ex eodem, canone 14.

De catholicis, ut cum rebaptizatis non conversentur.

Cum rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo participent. *Eumdem vide in cap. 4. de Baptis. non iterando.*

a Hoc est: De his qui in hæresim Arianam sponte delapsi, rebaptizati sunt.
b Can. 11. *c* Ab hæreticis baptizandos.

CAP. VII.

Ex Collectione Martini Bracharensis cap. 70.

De eo quod non liceat clericis vel laicis catholicis ab hæreticis eulogias accipere, aut cum [1] *ipsis vel schismaticis orare.*

[*] Non liceat clericis vel laicis [2] catholicis ab hæreticis eulogias [a] accipere, quia maledictiones sunt magis quam benedictiones, neque [3] licet aut cum hæreticis aut cum schismaticis orare. *Idem vide in cap. 3. de Schismate.*

1 Al. *ipsis, et schismaticis.*

* *Can. 67. c. 1. q. 1. ex Laod. c. 32. et 38.*

2 *Al. deest.* catholicis.

3 *Al.* liceat.

TIT. IV.

DE HÆRESUM EJURATIONE.

CAP. I.

Incipiunt exemplaria Fidei *professionum* Dictinii, Symphosii, et Comasii *in Concilio Toletano contra sectam Priscilliani.*

Era CDXXXVIII. *anno Christi* CD. [b].

POST HABITUM jam concilium kal. Septembribus, tertio Nonas Septembris, post diversas cognitiones tunc habitas, sub die octavo Iduum Septembrium excepta sunt de plenariis gestis professiones [c] domini Symphosii [d] et domini Dictinii [e] sanctæ memoriæ episcoporum et domini sanctæ memoriæ [f] Comasii, tunc [g] presbyteri; quas inter reliquos [h] habuerunt [i] in concilio Toletano [j] de damnatione Priscilliani, vel sectæ ejus, in hunc modum.

Post aliquanta et inter aliquanta eodem tempore acta, Dictinius episcopus dixit: Audite me optimi sacerdotes, cor-

a Benedictiones, felices adprecationes. *b* Eodem anno ac conc. Tolet. I. ad cujus calcem apposita sunt hæc exemplaria. *c* *En præcedentis periodi sententiam*: Post habitam primam concilii sessionem die primo Septembris (in qua forte conscripta est regula Fidei, quæ extat in cap. 1. de *Symbolis*) et post varias agitatas caussas die tertio, exceptæ sunt die sexto de cunctis gestis confessiones. *d* Subscribit Tolet. I. potuit nihilominus esse episcopus provinciæ Gallaicæ, ubi plures sectæ habuit discipulos. *e* Episcopi Asturicensis, Symphosii filii, uti infra notatur. *f* Ex his verbis, adhiberi solitis defunctorum episcoporum nominibus, colligitur, exemplaria hæc ab aliquo posteriori scriptore efformata fuisse vel interpolata. *g* Idem quoque ex hoc vocabulo evincitur. *h* Inter quas, et aliorum. *i* Patres. *j* Ex hoc quoque colligitur, ab aliquo posteriori collectore exordium hoc fuisse concinnatum.

corrigite omnia, quia vobis correctio data est. Scriptum est enim: *vobis datæ sunt claves regni Cœlorum.* Sed peto a vobis, ut claves nobis regni non portæ aperiantur inferni. Hæc, si dignamini, omnia ante oculos pono. Hoc enim in me reprehendo, quod dixerim unam Dei et hominis esse naturam. Item dixit: Ego non solum correctionem vestram rogo, sed et omnem præsumtionem meam de scriptis meis [a] arguo atque condemno. Item dixit: [b] Sic sensi, testis est Deus. Si erravi, corrigite. [c] Item dixit: Et paullo ante dixi et nunc iterum repeto: In priori comprehensione [d] mea et in principiis conversionis meæ [e] quæcumque conscripsi, omnia me toto corde respuere. Item dixit: Excepto nomine Dei, omnia anathematizo. Item dixit: Omnia quæ inveniuntur contra Fidem, cum ipso auctore condemno.

Symphosius episcopus dixit: Juxta id quod paullo ante lectum est in membrana [f], nescio qua [g], in qua dicebatur, Filius innascibilis, hanc ego doctrinam, quæ aut duo principia dicit, aut filium innascibilem, cum ipso auctore damno qui scripsit [h]. Item dixit: Ego sectam quæ recitata est damno cum auctore. Item dixit: Date mihi chartulam [i], ipsis verbis condemno [j]. Et quum accepisset chartulam, de scripto [k] recitavit: Omnes libros hæreticos, et maxime Priscilliani doctrinam juxta quod hodie lectum est, ubi innascibilem Filium scripsisse dicitur, cum ipso auctore damno.

Comasius presbyter dixit: Nemo dubitet, me cum domino meo episcopo sentire, et omnia damnare, quæ damnavit, et nihil ejus præferre sapientiæ [l], nisi solum Deum. Atque ideo nolo me dubitetis aliud esse facturum, aliterve sensurum, quam quod professus est; ac proinde quomodo dixit episcopus meus quem sequor, quicquid ille damnavit, et ego damno.

Era qua supra, sub diem tertium Iduum Septembrium, professiones [m] sanctæ memoriæ episcoporum domini Symphosii, et domini Dictinii, et sanctæ memoriæ Comasii tunc pre-

a Quæcumque audaci et superbo animo scripsi; scripsit enim nonnulla, suæ hæresis disseminandæ consilio. *b* *Forte*: si sic sensi. *c* Corrigite me, in quo erravi. *d* Quum Priscilliani hæresim profitebar. *e* Principia conversionis Dictinii fuerunt forte, quum exagitatus fuerat literis S. Ambrosii et Simplicii. Vide sis infra in *Sentent. Definit.* *f* In altero ex libellis a his Priscillianistis efformato. *g* Libellus hic, profecto a Simphosio conscriptus non fuerat. *h* *Adde*: Hæc. *i* Membranam seu libellum hæreticum, cujus paullo ante meminit. *j* Ut ipsis verbis, quibus ista exarata est hæresis, eam condemnem. *k* Libellum præ oculis habens. *l* Sententiæ.

m Prima concilii sessio habita est die primo Septembris, secunda die tertio, tertia die

presbyteri. Comasius presbyter dixit: Non timeo frequenter dicere quod semel dixissem, ut gaudeam [a]. Sequor auctoritatem episcopi mei Symphosii, sequor sapientiam senis. Sentio quod dixi [b]. Si jubetis, ex chartula relegam. Omnes id sequantur qui voluerint vestro hærere consortio. Et Comasius presbyter ex chartula legit. Quum catholicam et Nicænam Fidem sequamur omnes, et scriptura [c] recitata sit, quam Donatus [d] presbyter, ut legitur, ingessit [e]; ubi Priscillianus innascibilem esse Filium dixit, constat; hoc contra Nicænam Fidem esse dictum; atque ideo Priscillianum hujus dicti auctorem cum ipsius dicti perversitate, et quos male condidit libros, cum ipso auctore condemno. Symphosius episcopus dixit: Si [f] quos male condidit libros, cum ipso auctore condemno. Dictinius episcopus dixit: Sequor sententiam domini mei, et patris mei et genitoris [g], et doctoris [h] mei Symphosii. Quæcumque loquutus est, loquor. Nam scriptum legimus: *Si quis vobis aliter*
Galat. 1. v. 9. *evangelizaverit, præterquam quod evangelizatum est vobis, anathema sit*. Et iccirco omnia quæ Priscillianus aut male docuit, aut male scripsit, cum ipso auctore condemno.

Exemplar definitivæ sententiæ translatæ de gestis.

Die qua supra, episcopi dixerunt: Legatur scriptura sententiæ. Et legit: Et si diu deliberantibus [i] verum [j], post Cæsaraugustanum concilium in quo sententia in certos quosque dicta fuerat; [k] sola tamen una die præsente Symphosio, qui postmodum declinando sententiam, præsens audire contemserat, arduum nobis esset audire jam dictos, literis tamen sanctæ memoriæ Ambrosii, quas post illud concilium ad nos miserat, ut si condemnassent quæ perperam egerant, et implessent conditiones quas præscriptas literæ continebant, reverterentur ad pacem (adde quæ sanctæ memo-

die sexto, uti supra animadvertimus, quarta die septimo in quo constituti sunt viginti canones, quod evincitur ex his quæ in exordio concilii referuntur, ut in cap. 3. de *Exord.* quinta vero et ultima sessio, in qua receptæ sunt iteratæ illorum confessiones, quæ dicuntur *Ratificationes*, habita est hac die undecima, in qua etiam sententia in eosdem Priscillianistas lata fuit. *a* Quæ semel dixi, non vi aut metu agitatus dixi, sed alacri animo repeto. *b* Probe teneo quæ dixi. *c* Libros Priscilliani.
d De quo infra in *Sentent. Definit.* *e* In publicum sparsit *f* Particula *si* vel in sensu absoluto intelligenda est, vel debili Simphosii memoriæ concedendum, quod dubitaret de conscriptis a Priscilliano libris, quum paullo ante cum ipso Priscilliani scripto hæresim ejurasset. *g* Patris naturalis. *h* Magistri. *i* *Adde*: nobis. *j* Veritatem. *k* *Adde sis*: quum.

moriæ Syricius Papa suasisset) magnam nos constat præstitisse patientiam; et si prius indictum [a] in Toletana urbe concilium declinarant, ad quod illos evocaveramus, et audissemus [b] cur non implessent conditiones quas sibi ipsi, sancto Ambrosio præsente et audiente, posuissent, patuit, respondisse Symphosium, se a recitatione eorum quæ dicebant martyres recesisse; ac dehinc deceptum tentumque [c] per plurimos, secus [d] aliqua gesisse reperimus, nullis libris apocryphis [e] aut novis scientiis quas Priscillianus composuerat involutum [f]. Dictinium epistolis aliquantis pene lapsum [g], quas omnes sua professione [h] condemnans correctionem petens, veniam postularet. Quem constat, ut Symphosius fecit, quæcumque contra Fidem catholicam Priscillianus scripserat, cum ipso auctore damnasse.

Ceterum extortum sibi de multitudine plebis probaret, Symphosium, ut ordinaret Dictinium episcopum, quem sanctus Ambrosius decrevisset, bonæ pacis [i] locum tenere presbyterii, non accipere honoris augmentum [k]. Confitentur etiam illud, quod alios per diversas ecclesias ordinassent, quibus deerant sacerdotes, habentes hanc fiduciam [l], quod cum illis propemodum totius Galliciæ sentiret plebium multitudo. Ex quibus ordinatus est Paternus Bracharensis ecclesiæ episcopus. In hanc vocem confessionis primus erupit [m], et sectam Priscilliani se scisse, sed factum episcopum, liberatum se ab ea, lectione librorum S. Ambrosii esse, juraret.

Item Isonius nuper baptizatum se a Symphosio et episcopum factum, hoc se tenere, quod in præsenti concilio Symphosius professus est, respondit. [n]. Vegetinus vero olim ante Cæsaraugustanum concilium episcopus factus similiter libros Priscilliani cum auctore damnaverat, ut de ceteris acta testantur. De quibus, qui consuluntur [o], episcopi judicabunt.

Herenas clericos suos sequi maluerat, qui sponte nec in-

a Alterum concilium ante hoc celebratum. b *Potius*: ut audissemus ab eis.
c Præventumque. d *Hoc est*: Contra id quod animo prius sibi proposuerat.
e Simphosius enim non videtur legisse libros Priscilliani vel Dictinii, nisi quum Priscilliani scriptum, ut hæresim ejuraret, manu arripuisset, uti supra refertur; id quod evincitur ex eo quod adseverasset, nescire se de *membrana*, seu libello illo, in quo Christus diceretur innascibilis. f *Nempe*, lectione. g *Hoc est*: non omnino fuisse lapsum, quia nonnisi quasdam epistolas, ut hæresim propugnaret, concinnavit. h Confessione. i *Id est*: Ceterum probavit Simphosius, se a multitudine plebis fuisse coactum, ut ordinaret Dictinium. j In bona pace. k Episcopatum.
l Existimantes, sufficientem caussam fuisse. m Scilicet, Paternus. n *Hoc est*: Item Isonius respondit, se baptizatum nuper a Simphosio et episcopum factum, hoc se tenere &c. o Quorum exquisivimus consilia, Syricii scilicet Ambrosii, et aliorum.

interrogati Priscillianum catholicum sanctumque martyrem [a] clamassent, atque ipse usque ad finem catholicum hunc esse dixisset, persecutionem ab episcopis passum. [b] Quo dicto omnes sanctos [c], jam plurimos quiescentes, aliquos in hac luce durantes suo judicio deduxerit in reatum [d].

Hunc cum his omnibus tam suis clericis, quam diversis episcopis, hoc est Donato, Acurio, Æmilio, qui ab eorum professione [e] recedentes maluissent sequi consortium perditorum, decernimus a sacerdotio submovendum, quem [f] constaret etiam, [g] de reliquis, verbis suis convictum per tres episcopos, multos quoque presbyteros sive diaconos, cum perjurio esse mentitum.

Vegetinum autem in quem nulla specialiter dicta fuerat ante sententia, data professione quam synodus accepit, statuimus communioni nostræ esse reddendum.

Paternum licet pro catholica Fidei veritate [h] et publicatæ hæresis errore [i] libenter amplexi [j], ecclesiam [k] in qua episcopus fuerat constitutus, tenere permisimus; recepturi etiam in nostram communionem, quum sedes apostolica [l] rescripserit.

Reliqui qui ex provincia Gallicia ad concilium [m] convenerant [n], et in Symphosii semper communione duraverant, accepta forma a concilio missa, si subscripserint [o], etiam ipsi in cœlestis pacis contemplatione consistant; expectantes pari exemplo quid papa [p] qui nunc est, quid sanctus [q] Simplicianus Mediolanensis episcopus reliquique [r] ecclesiarum rescribant sacerdotes. Si autem subscriptionem formæ quam misimus, non dederint, ecclesias quas detinent, non retineant, neque his communicent qui reversi de synodo datis professionibus ad suas ecclesias reverterunt.

Sane Vegetinum solum [s] cum Paterno communicare decrevimus.

Sym-

a Sententia quippe Evodii Imperatoris Maximi præfecti capite damnatus fuerat. b *Scilicet*, Priscillianum. c *Nempe*: episcopos, qui eumdem damnaverant. d Deliquisse censuerit. e A confessione seu detestatione Simphosii &c. f Heresnam, scilicet. g Sicuti et. h Catholicæ Fidei assertione. i Publicato seu palam confesso hæresis errore. j Amplecti possemus in communionem. k Bracharensem. l Simplicius Papa. m Toletanum præcedens, habitum fortassis an. 396. n *Potius*: non convenerant; *declinarant* quippe *concilium*, *in Toletana urbe prius indictum*, uti supra refertur. o Si subscripserint formæ sive *Regulæ Fidei* in hoc concilio concinnatæ, et ab eodem ad Balconium Bracharensem episcopum missæ. Vide sis cap. 1. de *Symbolis*. p *Adde*: Romanus; tunc enim omnis omnino episcopus papa dicebatur q Adjecta fuit vox ista post S. Simpliciani obitum. r A quibus consilium exquisierant Patres Toletani. s Tantum cum Paterno, hoc est, non cum reliquis suæ provinciæ Gallaicæ episcopis, Toletani enim jam eum in suam communionem receperant.

Symphosius autem senex religiosus, qui quod egerit supra scribimus, in ecclesia sua consistat, circumspectior circa eos, quos ei reddemus futurus,[a] inde expectavit communionem, unde prius spem futuræ pacis acceperat[b]. Quod observandum etiam Dictinio et Anterio esse decrevimus.

Constituimus autem priusquam illis per papam vel per sanctum Simplicianum communio reddatur, non episcopos non presbyteros non diaconos ab illis ordinandos, ut sciamus, si vel nunc sciant sub conditione remissi[c], tandem[d] synodice sententiæ præstare[e] reverentiam.

Meminerint autem fratres et coepiscopi nostri enixe excubandum, ne quis communione depulsus, collectiones faciat per mulierum domos[f] et apocrypha quæ damnata sunt[g], legant, ne communicantes his, pari[h] societate[i] teneantur. Quoniam quicumque has susceperint, certum est, eos etiam graviori sententia retinendos esse.

Fratri autem nostro Ortigio[j] ecclesias de quibus pulsus fuerat[k], pronuntiavimus esse reddendas.

CAP. II.

Reccaredus rex publicam Arianæ hæresis ejurationem exhibet Hispaniarum Patribus congregatis

In Concilio Toletano III. anno 589.

Non credimus vestram latere sanctitatem, quanto tempore in errore Arianorum laborasset Hispania, et non multos post decessum genitoris nostri dies[l], quibus nos vestra beatitudo Fidei sanctæ catholicæ cognovit esse sociatos, credimus, generaliter magnum et æternum gaudium habuisse. Et ideo venerandi Patres ad hanc vos peragendam[1] congregari jussimus synodum, ut de omnibus[m] nuper advenientibus ad Christum, ipsi æternas Deo gratias de-

1 *Al.* congregavimus synodum. *vel* congregandos decrevimus, ut de hominibus nuper... Domino gratias deferatis. Quam vero.

a Denotat, Simphosium presbyteros et clericos, qui noluerant olim suæ adhærere sententiæ, exagitasse. *b* *Scilicet*: ex Syricio, Ambrosio, et aliis, quorum consilium exquisierant Patres Toletani. *c* *Hoc est*: sub hac conditione fuisse remissos, *d* Ipsos tandem. *e* *Adde*: debere. *f* Uti consueverat Priscillianus. Vide sis de *Publ. S. Script. instit.* cap. 1. *g* In *Regula Fidei* hujus concilii. Vide cap. 1. de *Canonic. S. Script. libr.* *h* *Adde*: pœna. *i* Ac socii. *j* Episcopo in Cælenis, conventus Lucensis, ut refert Idatius in *Chronico*, in loco, qui nunc dicitur: *Caldas*, tribus leucis a *Padron.* Vide sis de *Exord.* cap. 3. *k* A Priscillianistis fortasse: vel potius, ab eisdem Patribus Toletanis in anteriori concilio, a quibus tamen innocens in hoc concilio repertus est. *l* Decimo sui regni anno, uti refert Idatius in *Chron.* hoc est, exeunte Decembri anni 586. *m* Proceres enim regni, episcopi, et tota gothorum gens hæresim Arianam una cum principe ejurarunt.

deferatis. Quicquid vero verbis apud sacerdotium vestrum [a] nobis agendum erat de Fide atque [1] spe nostra quæ gerimus, in hunc tomum conscripta atque alligata [b] notescimus. Relegatur enim in medio vestri [2] et judicio synodali examinatus, per omne successivum tempus gloria nostra ejusdem Fidei testimonio [3] decorata clarescat. *Quæ sequuntur in cap. 12. de Exord. et Epil. Concil.* Susceptus.

[4] Quamvis Dominus Deus Omnipotens pro utilitatibus populorum regni [5] nos culmen subire tribuerit, et moderamen gentium non paucarum regiæ nostræ curæ commiserit; meminimus tamen nos mortalium [6] conditione constringi, nec posse felicitatem futuræ beatitudinis aliter promereri, nisi nos cultui veræ Fidei deputemus, et conditori [7] nostro saltem confessione, qua dignus ipse est, placeamus. Pro qua re quanto subditorum [c] gloria [8] regali excellimus, tanto providi esse debemus in his quæ ad Deum sunt, vel nostram spem augere, vel gentibus a Deo nobis creditis consulere. Ceterum quid pro tantis beneficiorum collationibus omnipotentiæ Divinæ valemus tribuere, quando omnia [9] ipsius sunt, nisi ut in eum tota devotione credamus?

Quemadmodum per scripturas sacras se ipsum intelligi [d] voluit, et credi præcepit, id est, ut confiteamur esse Patrem qui genuerit ex sua substantia Filium sibi [10] coæqualem et coæternum, non tamen ut ipse idem sit [11] natus et genitor, sed persona alius sit Pater qui genuit, alius sit Filius qui fuerit generatus, unius tamen uterque substantiæ [12] Divinitate subsistat. Pater ex quo sit Filius, ipse vero ex nullo sit alio: Filius qui habeat Patrem, sed sine initio et sine diminutione, in ea qua Patri coæqualis et coæternus est Divinitate subsistat. [13] Spiritus æque Sanctus confitendus a nobis et prædicandus est, a Patre et a Filio procedere, et cum Patre et Filio unius esse substantiæ, tertiam vero in Trinitate Spiritus Sancti esse Personam, qui [14] tamen communem habeat cum Patre et Filio Divinitatis essentiam. Hæc enim Sancta Trinitas unus est Deus Pater et Filius et Spiritus Sanctus; cujus [15] bonitate omnis licet bona sit condita creatura, per assumtam tamen a Filio humani habitus formam, a damnata progenie reformamur ad beatitudinem pristinam. Sed sicut veræ salutis indicium est, Trinitatem in unitate, et unitatem in Trini-

1 *Al.* spe vestra, quam ... in hoc tomo conscripta atque allegata nota facimus.
2 *Al.* et in judicio synodali examinata.
3 *Al.* declarata clarescat.
4 *Al.* Quamvis Deus Omnipotens.
5 *Al.* nobis culmen.
6 *Al.* conditione perstringi.
7 *Al.* nostro salutis confessione.
8 *Al.* regali extollimur.
9 *Al.* ipsius sunt, et bonorum nostrorum nihil egeat, nisi ut in eum sic tota devotione credamus.
10 *Al.* et coæqualem.
11 *Al.* natus ingenitus.
12 *Al.* in Divinitate.
13 *Al.* Spiritus quoque Sanctus... est, Patre et Filio procedere.
14 *Al.* tamen communionem habet... Divinitatis essentia.
15 *Al.* bonitate hominis licet bona sit condita natura.

a Sacerdotum, seu episcoporum congressum. b Collecta. c Subditis. d Cognosci.

nitate sentire, ita erit [1] consummatio justitiæ, si eamdem Fidem intra universalem ecclesiam teneamus, [2] et apostolica monita in apostolico positi fundamento servemus. Vos tamen Dei sacerdotes meminisse oportet, quantis hucusque ecclesia Dei catholica per Hispanias adversæ partis molestiis laboraverit; dum et [3] catholici constantem Fidei suæ tenerent ac defenderent veritatem, [4] et hæreses pertinaciore animositate propriam niterentur vindicare perfidiam. Me quoque, ut re ipsa conspicitis, calore Fidei accensum, [5] in eo [a] Dominus excitavit, ut depulsa obstinatione infidelitatis, et discordiæ submoto furore, populum qui sub nomine religionis famulabatur errori, ad agnitionem Fidei et ecclesiæ catholicæ consortium revocarem.

Adest enim omnis gens Gothorum inclita, et fere omnium [6] gentium gemina virilitate opinata [b], quæ licet suorum pravitate doctorum a Fidei hactenus, vel unitate ecclesiæ fuerit catholicæ segregata, [7] toto nunc tamen mecum assensu concordans, ejus ecclesiæ communioni participatur, quæ diversarum gentium multitudinem materno [8] sinu suscipit, et caritatis uberibus nutrit, de qua propheta canente dicitur: *Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus.* Nec enim Gothorum sola conversio ad cumulum nostræ mercedis accessit; quin immo et Suevorum gentis infinita multitudo, quam præsidio cœlesti nostro regno subjecimus, [9] alieno [c] licet in hæresim [d] deductam vitio, nostro tamen ad veritatis originem studio revocavimus [e].

Proinde sanctissimi Patres, has nobilissimas gentes, quæ lucris per nos Dominicis applicatæ sunt, quasi sanctum et placabile sacrificium per vestras manus æterno Deo offero. Erit enim mihi [10] immarcescibilis corona, vel gaudium in retributione justorum, si hi populi, qui nostra ad unitatem ecclesiæ solertia [11] transcurrerunt, fundati in eadem, et stabiliti permaneant. Sicut enim Divino nutu nostræ curæ fuit, hos populos ad unitatem Christi [12] ecclesiæ pertrahere, ita sit vestræ docibilitatis, catholicis eos [13] dogmatibus instituere, quo in toto cognitione veritatis instructi, noverint ex solido errorem hæresis perniciosæ

Ddddd res-

1 *Al.* consummatæ justitiæ. *vel* consummata justitia.
2 *Al.* et apostolicam unitatem in apostolico.
3 *Al.* catholici constanter.
4 *Al.* et hæretici pertinaciori animositate propriæ niterentur perfidiæ.
5 *Al.* in hoc Dominus.
6 *Al.* gentium genuina virilitate illustrata. *vel* virilitate opinatissima.
7 *Al.* tota nunc meo assensui.
8 *Al.* in sinu.
Isaiæ 56. v. 7.
9 *Al.* alienæ licet vitio in hæresim seductam *vel* deductam, nostra tamen.
10 *Al.* immarcessibilis.
11 *Al.* transcurrunt, *vel* transcurrerint.
12 *Al.* et ecclesiæ trahere.
13 *Al.* dogmatibus instruere, quo in tota... noverint ex toto et solido errores perniciosos respuere.

a Ad id. *b* Generatim habita, uti ingenti virtute et potentia præstans. *c* Opera Ajacis, natione Galatæ, uti refert Isidorus in *Suevor. histor.* ad Eram 502. *d* Arianam. *e* Quamvis enim Suevi Theudemiri tempore hæresim execrati fuerint, agente potissimum Martino Dumiensi, uti refert Isidorus ubi supra, aliqui tamen Arianismum perfricte retinuerunt, donec destructo penitus a Leovigildo Suevorum imperio, dein hæresim extinxit Reccaredus.

respuere, et veræ Fidei tramitem ex caritate retinere, vel catholicæ ecclesiæ communionem desiderio [1] avidiori amplecti.

1 *Al.* avidiori complecti.

Ceterum sicut facile ad veniam pervenisse confido, quod nescia hucusque tam clarissima erraverit gens, ita gravius esse non dubito, si agnitam veritatem dubio [2] corde teneat, atque a patenti lumine, quod absit, oculos suos avertat. Unde valde pernecessarium esse prospexi, vestram in unum convenire Beatitudinem, habens sententiæ Dominicæ Fidem, qua dicit: *Ubi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo*, [3] *ibi ero in medio eorum.* Credo enim, Beatam Sanctæ Trinitatis Divinitatem huic sancto interesse concilio; et ideo tamquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri Fidem meam protuli, conscius admodum sententiæ Divinæ, dicentis: *Non celavi misericordiam tuam, et veritatem tuam a congregatione* [4] *multa*; vel Apostolum Paullum Timotheo discipulo præcipientem audivi: *Certa bonum certamen Fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es*, [5] *et confessus bonam confessionem coram multis testibus.*

2 *Al.* corde teneant... avertant.

Matth. 18. *v.* 20.
3 *Al. ibi sum in.*

Psalm 39. *v.* 11.
4 *Al. multorum.*

1. *Timoth.* 6. *v.* 12.

5 Al. deest a : *et confessus.*

Vera est enim Redemtoris nostri [6] in evangelio sententia, qua confitentem se coram hominibus, confiteri dicit coram Patre, et negantem se esse negaturum. Expedit enim nobis, id [7] ore proprio profiteri quod corde credimus secundum cœleste mandatum, quo dicitur: [8] *Corde creditur ad justitiam, oris autem confessio fit ad salutem.* Proinde sicut anathematizo Arium cum omnibus dogmatibus et complicibus suis, qui Unigenitum Dei Filium a Paterna degenerem [9] asseverat esse substantia, nec a Patre genitum, sed ex nihilo dicebat esse creatum, vel omnia concilia malignantium, quæ adversus sanctam synodum Nicænam extiterunt, ita in honorem [10] et in laudem Fidem sanctam Nicæni observo et honoro concilii, quam contra eumdem rectæ Fidei pestem Arium trecentorum decem et octo sancta episcopalis scripsit synodus.

6 *Al.* ex Evangelio.

7 *Al.* ore confiteri, quod.
8 Al. *Corde enim creditur... ore autem.*
Roman. 10. *v.* 10.

9 *Al.* asserebat.

10 *Al.* et laudem Dei Fidem... observo concilii, et honoro ea quæ contra eumdem.

Amplector itaque et teneo Fidem centum quinquaginta episcoporum Constantinopoli congregatorum, quæ Macedonium Spiritus Sancti substantiam minorantem [11], et a Patris et Filii unitate et essentia segregantem jugulo veritatis interemit. Primæ [a] quoque Ephesinæ synodi Fidem, quæ

11 *Al.* et Patris, et Filii unitatem, et essentiam segregantem.

[a] Ut excludat Pseudo-Synodum, seu potius latrocinium Ephesinum, quod post concilium Ephesinum generale, contra S. Joan. Chrysostomum habitum est.

quæ adversus Nestorium ejusque doctrinam [1] relata est, credo pariter et honoro. Similiter et Chalcedonensis concilii Fidem, quam plenam sanctitate et eruditione adversus Eutychem et Dioscorum protulit, cum omni ecclesia catholica reverenter suscipio.

Omnium quoque orthodoxorum venerabilium sacerdotum [2] concilia, quæ a suprascriptis quatuor sanctis synodis Fidei puritate non dissonant, pari veneratione observo. Properet ergo reverentia vestra Fidem hanc nostram canonicis applicare [a] [3] monumentis, et ab episcopis, vel religiosis [b], aut gentis nostræ Primoribus solerter Fidem quam in ecclesia catholica Deo crediderunt audire. Quam rem notatam, et apicibus [c] vel eorum subscriptionibus roboratam futuris olim [d] temporibus in testimonium Dei atque hominum reservate, ut hæ gentes, quarum in Dei nomine regia potestate præcellimus, et [4] quæ deterso antiquo errore per unctionem sacrosancti chrismatis, vel manus impositionem [e] Paracletum intra Dei ecclesiam [5] præceperunt Spiritum, quem unum et æqualem cum Patre et Filio confitentes, ejusque dono in sinu ecclesiæ sanctæ catholicæ [6] collatæ [f] sunt. Si eorum aliqui hanc rectam et sanctam confessionem nostram minime credere voluerint, iram Dei cum anathemate [7] æterno percipiant, et de interitu suo fidelibus gaudium, [8] infidelibus sint in exemplum. Huic vero [9] confessioni meæ sanctarum supra scripturarum conciliorum constitutiones contexui, et testimonio Divino [g] tota cordis simplicitate subscripsi.

[10] *Incipit Fides a sancto concilio Nicæno edita.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium [11] et invisibilium conditorem; et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, de Patre natum, Unigenitum, hoc est, de substantia Patris: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum; homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terris; qui propter nos et per nostram salutem descendit, et incarnatus est, homo factus, passus est, et resurrexit tertia die, et ascendit in cœlos; inde ven-

Ddddd 2

1 *Al.* lata est.

2 *Al.* concilia, quæ ab ipsis *vel* ipsius suprascriptis quatuor synodis.

3 *Al.* monumentis, ut ab episcopis, vel religiosis, et gentis.... Fides, quam in ecclesia catholica crediderunt, legatur. Quam renovatam, et apicibus vel eorum superscriptionibus roboratam.... atque omnium fidelium reservate, ut gentes, quas in Dei. *vel* : reservate ad instruendas gentes, quas.

4 *Al.* quæ detruso *vel* relicto antiquo.

5 *Al.* perceperunt.

6 *Al.* collocatæ sunt. Quod si eorum aliqui hanc credulitatem et sanctam confessionem.

7 *Al.* æterno suscipiant.

8 *Al.* et infidelibus.

9 *Al.* confessionis meæ sanctas supra Scripturarum. *Vel* scriptorum conciliorum constitutiones. *Vel*: et conciliorum constitutiones consentiens contextui. *Vel* : excussi.

10 Al. *Incipit Fides Nicæni concilii.* Vel : *Fides Nicæni concilii.*

11 *Al.* et invisibilium creatorem.

a Adjungere. *b* Personis ecclesiasticis. *c* Signis. *d* *Pro*: dein. *e* Antiquus ritus hæreticos et lapsos reconciliandi. *f* Decoratæ. *g* Jutamento.

venturus est judicare vivos et mortuos; et in Spiritum Sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quia ex nullis extantibus factus est, [1] aut ex aliqua substantia vel natura dicunt esse mutabilem et convertibilem Filium Dei, anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

1 *Al.* aut ex alia substantia fuisse, aut creatum, aut mutationi, alterationive obnoxium, eos anathemate ferit sancta ecclesia catholica, et apostolica.

2 *Al. Symbolum CL. Patrum Constantinopolitani concilii.*

[2] *Item Fides sancta quam exposuerunt CL. Patres, consona magnæ Nicænæ Synodo.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium [3] conditorem; et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei Unigenitum, [4] ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum, non factum; homousion Patri, hoc est, ejusdem substantiæ cum Patre; per quem omnia [5] facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra. Qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria [6] Virgine homo factus, passus est sub Pilato, sepultus, tertia die resurrexit, [7] ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, iterum [8] venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit [9] finis. Credimus et in Spiritum Sanctum, Dominum [10] et vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui loquutus per Prophetas; in unam catholicam apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum; expectamus resurrectionem mortuorum, et [11] vitam futuri sæculi. Amen.

3 *Al. deest*: conditorem.

4 *Al.* ex Patre unigenitum ante.

5 *Al.* facta sunt. Qui propter nos homines, et nostram salutem descendit de cœlis.

6 *Al.* Virgine, et inhumanatus est, et crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato, et sepultus est.

7 *Al.* et descendit in cœlos, et sedet.

8 *Al.* venturus est.

9 *Al.* finis. Et in Spiritum.

10 *Al.* et vivificatorem, ex Patre et Filio, cum Patre et Filio coadorandum, et conglorificandum, qui loquutus per sanctos Prophetas, et unam sanctam catholicam.

11 *Al.* vitam venturi sæculi.

12 *Al. Incipit tractatus Chalcedonensis concilii.*

[12] *Item tractatus Chalcedonensis concilii* [a].

[13] Suffecerat quidem ad plenissimam pietatis agnitionem et confirmationem [14] cautissimum [b], hoc est, salutare Divinæ gratiæ symbolum; de Patre enim, et Filio, et Spiritu Sancto doctrinam perfectam edocet, et incarnationem Dominicam fideliter suscipientibus manifestat. Sed quoniam hi, qui prædicationem veritatis [15] destruere nituntur quasdam

13 *Al.* Sufficeret.

14 *Al.* sanctissimum, *vel* sanctum hoc Divinæ.

15 *Al.* destruere conantur.

a Act. V. *b* *Forte*: consultissimum, uti habetur in prima hujus concilii editione.

dam propriæ hæreseos novitates parturiunt (quidam enim 1 ministerium pro nobis actum Divinæ dispensationis audent corrumpere, et vocem illam Divini partus factam ad Virginem denegant; alii temperamentum confusionemque inducentes, et unam esse naturam carnis et deitatis insensate componentes, passibilem Unigeniti Divinam naturam tali confusione prodigiose divulgant) iccirco omnem adversus veritatem opponendam ab ipsis machinationem volens excludere, sancta et magna universalis 2 synodus, antiquam prædicationem [a] immobilem docens, statuit, præcipue trecentorum XVIII. sanctorum Patrum [b] Fidem incontaminatam manere; et propter eos qui Spiritui Sancto adversantur, centum quinquaginta Patrum paullo posteriori tempore in urbe Constantinopolitana convenientium, de substantia Spiritus Sancti traditam doctrinam corroborat, quam etiam illi omnibus insinuaverunt; non quod in 3 præcedentibus aliquid deesset, sed adjicientes de Spiritu Sancto eorumdem intellectum adversus eos, qui Deitatis ejus dominationem 4 nituntur adimere, Scripturarum testimoniis plenius manifestantes. Propter eos sane, qui dispensationis [c] mysterium tentant corrumpere, et purum hominem esse qui ex sancta Virgine Maria natus est, impudenter divulgant, beatissimi quondam Cyrilli Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotis synodicas epistolas, tam ad Nestorium, quam ad ceteros per Orientem congruas, et sibi consentientes suscepit, ad confutationem quidem Nestorianæ amentiæ in 5 interpretationem vero eorum, qui religioso zelo salutaris symboli cupiunt intellectum. Quibus epistolam sancti ac beatissimi primæ sedis archiepiscopi Leonis scriptam ad Favianum sanctæ recordationis archiepiscopum, ad perimendam Eutychetis malignitatem, atque magni Petri confessioni [d] concordantem, et communem 6 quamdam columnam existentem contra eos qui recte non glorificant, ad confirmationem catholicæ religionis evidenter subjunxit. Nam eos, qui in duos filios dispensationis Dominicæ mysterium scindere moliuntur, execratur; et eos qui passibilem Divinitatem Unigeniti Filii audent asserere, de concilio sacerdotum repellit; et eis qui in duas naturas 7 Christi temperamentum vel confusionem argumentantur, adversatur; et qui cœlestem aut alterius cujus-

1 *Al.* mysterium.

2 *Al.* synodus hanc prædicationem.

3 *Al.* præcedentibus deest aliquid, adjicientes, sed de spiritu eorumdem.

4 *Al.* nituntur demergere.

5 *Al.* et ad interpretationem.

6 *Al.* quamdam pugnam consistentem.

7 *Al.* Christi mistionem, vel.

[a] Confessionem Fidei. [b] Concil. Nicæni. [c] Incarnationis. [d] *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Math. 16. v. 16.

juscumque substantiam existere formam servi quam pro nobis sumsit, insaniendo asserunt, procul abjicit; et eos qui duas quidem ante adunationem naturas Domini delirant, unam vero post adunationem [1] confingunt, anathema facit. Consentientes igitur sanctis Patribus, unum Dominum nostrum, eumdemque Filium confiteri Dominum Jesum Christum consona voce pariter edocemur; perfectum eumdem in humanitate, Deum verum, et hominem verum eumdem ex anima rationali et corpore; secundum Divinitatem unius cum Patre naturæ, secundum humanitatem eumdem unius naturæ nobiscum; per omnia similem nobis absque peccato; ante sæcula quidem ex Patre natum secundum Divinitatem; in novissimis vero diebus propter nos et propter salutem [2] nostram ex Maria Virgine Dei genitrice secundum humanitatem hominem factum; unum eumdemque Christum Filium Dei Unigenitum in duas naturas inconfuse immutabiliter induisse; inseparabiliter [3] cognoscendo in nullo naturarum differentias propter unitatem perimendas; magis autem salva utriusque naturæ proprietate, et in una conjunctæ persona unoque statu concurrente, non in duabus personis partiendum vel dividendum, sed unum eumdemque Filium Unigenitum Deum Verbum Dominum Jesum Christum, sicut ab exordio prophetæ de eo et ipse nos erudivit et [4] Patrum nobis tradidit symbolum. His itaque cum omni undique subtilitate et diligentia a nobis ordinatis, statuit sancta et universalis synodus, aliam Fidem nulli [5] licere proferre, aut scribere, aut credere, aut sapere, aut docere aliter. Qui autem audent, aut exponere aliam Fidem, aut proferre, aut credere aliud symbolum, volentibus converti ad essentiam veritatis ex [6] gentibus, ex judæis, vel hæreticis quibuscumque, siquidem aut episcopi aut clerici fuerint, alienos esse episcopos ab episcopatu, et clericus a clero; si vero monachi, vel laici fuerint, anathema fieri [a].

Ego [7] Reccaredus rex Fidem hanc sanctam et veram confessionem, [8] quam unam per totum catholica confitetur ecclesia, corde retinens, [9] ore affirmans mea dextera Deo protegente subscripsi.

Ego [10] Baddo gloriosa regina, hanc Fidem quam credidi et suscepi, mea manu de toto corde subscripsi.

Tunc

1 *Al.* confingunt, anathematizat.

2 *Al.* nostram, hominem factum, hunc unum eumdemque Christum Filium Dominum Unigenitum.

3 *Al.* cognoscendum.

4 *Al. deest*: Patrum.

5 *Al.* licere profiteri, aut scribere, aut docere. *vel*: proferre, aut tradere, aut dicere aliter.

6 *Al.* Gentilibus.

7 *Al.* Recharedus. *Vel*: Richaredus.

8 *Al.* quam una per totum orbem catholica.

9 *Al.* ore confirmans.

10 *Al.* Badda.

a Hucusque tractatus Concilii Chalcedon.

Tunc acclamatum est in laudibus Dei, et in favore principis ab [1] universo clero.

Gloria Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, cui cura est, pacem et unitatem [2] ecclesiæ suæ sanctæ catholicæ providere.

Gloria [3] Deo nostro Jesu Christo, qui pretio sanguinis sui ecclesiam catholicam ex omnibus gentibus congregavit.

Gloria [4] Deo nostro Jesu Christo, qui tam illustrem gentem unitati veræ Fidei copulavit, et unum gregem et unum pastorem instituit. Cui a Deo æternum meritum, nisi vero catholico Reccaredo [5] regi?. Cui a Deo æterna corona, nisi vero orthodoxo Reccaredo regi?

Ipse novarum plebium in ecclesia catholica conquisitor.

Ipse mereatur veraciter apostolicum meritum, qui apostolicum implevit officium.

Ipse sit Deo [6] et hominibus amabilis, qui tam mirabiliter Deum glorificavit in terris, præstante [7] Domino nostro Jesu Christo, qui cum Deo Patre vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti in sæcula sæculorum [8]. Amen.

1 *Al.* universo concilio.

2 *Al.* ecclesiæ sanctæ.

3 *Al.* Domino nostro.

4 *Al.* Domino nostro.

5 *Al.* Regi? Cui præsens gloria et æterna, nisi vero amatori Dei Reccaredo Regi?

6 *Al.* et omnibus amabilis.

7 *Al.* Domino Jesu. *Vel*: Domino nostro, qui cum.

8 *Al.* *deest*: Amen.

CAP. III.

Nonnulli Hispaniarum episcopi, regnique optimates Arianam hæresim ejurant

in eodem Concilio Toletano III.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Item Fidei confessio episcoporum, presbyterorum, vel primorum Gothicæ gentis, qui infra scripserunt.

Licet hoc quod paternitas [a], atque fraternitas [b] vestra a nobis cupit audire, vel fieri, jam olim conversionis nostræ tempore egerimus, quando sequuti dominum nostrum gloriosissimum Reccaredum [9] regem transivimus, et perfidiam Arianam cum omnibus superstitionibus suis anathematizavimus [10] pariter et abjecimus, nunc vero propter caritatem, et devotionem, quam vel Deo vel ecclesiæ sanctæ catholicæ, meminimus nos debere, non tantum hæc ea-

9 *Al.* Regem, ad ecclesiam transivimus.

10 *Al.* pariterque, nunc tamen propter.

a Ita regni Optimates qua laici concilii Patribus alloquuntur. b Ita episcopi coepiscopis alloquuntur.

eadem, quæ petitis, promtissime agere [1] properamus, sed et quæ adhuc congrua Fidei esse conspicitis, nobis de caritate persuadete. Vos etenim ita semel rectæ Fidei amor in eam devotionem advexit, ut omne quod nobis verius fraternitas vestra patefecit, teneamus, et liberali fateamur confessione.

Omnis ergo qui Fidem et communionem ab Ario venientem, [2] et hucusque a nobis retentam, adhuc tenere desiderat, et de tota cordis intentione non damnat, anathema sit.

Quicumque Filium Dei [3] Dominum nostrum Jesum Christum negaverit, a Paterna substantia sine initio genitum et æqualem Patri esse, vel consubstantialem, anathema sit.

Quicumque Spiritum Sanctum [4] non credit, aut non crediderit a Patre et Filio procedere, eumque non dixerit, coæternum esse Patri et [5] Filio, et coæqualem, anathema sit.

Quicumque in Patre et Filio et Spiritu Sancto et personas non distinguit, et [6] unius Dei unitatis substantiam non cognoscit, anathema sit.

Quicumque Filium Dei [7] Dominum nostrum Jesum Christum, et Spiritum [8] Sanctum esse Patre minores asseruerit, et gradibus separaverit, creaturamque esse dixerit, anathema sit.

Quicumque Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unius substantiæ, omnipotentiæ, [9] æternitatis esse, non credit, anathema sit.

Quicumque nescire Filium Dei, [10] quæ Deus Pater sciat, dixerit, anathema sit.

Quicumque initium Filio Dei, et Spiritui Sancto deputaverit, anathema sit.

Quicumque Filium Dei secundum Divinitatem suam, visibilem aut passibilem ausus [11] fuerit profiteri, anathema sit.

Quicumque Spiritum Sanctum sicut Patrem et Filium verum [12] Deum omnipotentem esse, non crediderit, anathema sit.

[13] Quicumque aliam Fidem et communionem catholicam, præter ecclesiasticam universalem, esse crediderit (illam dicimus ecclesiam, quæ Nicæni, Constantinopolitani, et primi Ephesini, et Chalcedonensis concilii decreta tenet pariter et honorat) anathema sit.

Qui-

1 *Al.* properamus, sed et si qua adhuc... esse prospiciatis. *Vel*: perspiciatis, ac nobis caritate persuadetis, faciemus. Nos etenim semel rectæ Fidei amor in eam Fidei devotionem... nobis fraternitas.

2 *Al.* et usque ad nos.

3 *Al.* Dominum Jesum.

4 *Al.* non credet a Patre.

5 *Al.* Filio et coessentialem.

6 *Al.* unius Divinitatis substantiam non agnoscit *vel* agnoscet, anathema.

7 *Al.* Dominum Jesum.

8 *Al.* Sanctum juxta Deitatem esse Patre minorem asseruit.

9 *Al.* et æternitatis esse non crediderit, anathema sit.

10 *Al.* quod Deus.

11 *Al.* fueri proferre.

12 *Al.* Deum et omnipotentem non credit, anathema sit.

13 *Al.* Quicumque alibi Fidem... præter quam in ecclesia universali. *Vel*: præter ecclesiam universalem, quam Nicæni, et Constantinopolitani, et primi Ephesini, et Chalcedonensis concilii decreta tenent pariter et honorant, anathema sit.

Quicumque Patrem et Filium et Spiritum Sanctum honore et gloria et Divinitate separat et disjungit, anathema sit.

Quicumque Filium Dei et Spiritum Sanctum cum Patre non crediderit esse glorificandos et honorandos, anathema sit.

Quicumque non dixerit: Gloria et honor Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, anathema sit.

Quicumque rebaptizandi sacrilegum opus bonum esse credit aut [1] crediderit, agit aut egerit, anathema sit.

Quicumque libellum detestabilem duodecimo anno [2] Leovigildi regis a nobis editum, in quo continetur Romanorum ad hæresim Arianam traductio, et in quo Gloria Patri per Filium in Spiritu [3] Sancto male a nobis instituta continentur, hunc libellum si quis pro vero habuerit, anathema sit in æternum.

Quicumque Ariminense concilium [a] non ex toto corde respuerit et damnaverit, anathema sit.

Confitemur enim, nos ex hæresi Ariana toto corde, tota anima, et de tota mente nostra ad ecclesiam catholicam fuisse conversos. Nulli dubium est, nos nostrosque decessores [b] errasse in hæresi Ariana et Fidem evangelicam atque apostolicam nunc intra ecclesiam catholicam didicisse.

Proinde Fidem sanctam, quam præfatus religiosissimus dominus noster patefecit in medio concilii et manu sua subscripsit, hanc et nos tenemus, hanc confitemur pariter et suscipimus, [4] hanc in populis prædicare atque docere [5] promittimus. Hæc est vera Fides, quam omnis [6] ecclesia Dei per totum mundum tenet, catholica esse creditur et probatur. Cui hæc Fides non placet, aut non placuerit, sit anathema, maranatha [7] in adventum Domini nostri Jesu Christi.

Qui Fidem spernit Nicæni concilii, anathema sit.

Qui Fidem concilii Constantinopolitani CL. episcoporum veram esse non dixerit, anathema sit.

Qui Fidem Ephesinæ synodi primæ [c], et Chalcedonensis non tenet, [8] et ea non delectatur, anathema sit.

Qui [9] concilia omnia episcoporum orthodoxorum, consona conciliis Nicæno, Constantinopolitano, primo [c] Ephesino, et Chalcedonensi, non recipit, anathema sit.

Proinde et damnationem hanc [10] perfidiæ, et communicationis Arianæ, et omnium conciliorum, hæresim Arianam foventium, cum anathemate eorum propria manu sub-

Eeeee

[1] *Al.* crediderit agere, et egerit.

[2] *Al.* Leonigildi. Leuvigildi.

[3] *Al.* Sancto, et in quo male.... continentur.

[4] *Al.* hanc et populis.

[5] *Al.* permittimus.

[6] *Al.* ecclesia per totum.

[7] *Al.* in adventu.

[8] *Al.* et non.

[9] *Al.* concilia omnium episcoporum orthodoxorum, conciliorum, Nicæni, Constantinopolitani, primi Ephesini, et Chalcedonensis non.

[10] *Al.* perfidiæ communionis.

[a] In quo formula Fidei conscripta est, prætermissa particula: *Omousion.*

[b] *Hoc est*: qui jam decesserunt. [c] Ut excludatur pseudo concilium illud in Epheso habitum contra S. Joan. Chrysostomum, dictum propterea *Latrocinium Ephesinum.*

subscripsimus. Constitutiones vero sanctorum conciliorum Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, vel Chalcedonensis, quas gratissima aure audivimus, [1] et confessione nostra veras esse probavimus, de toto corde, et de tota anima, et de tota mente nostra subscripsimus. Nihil ad cognitionem veritatis lucidius arbitrantes, quam quæ supradictorum conciliorum continent auctoritates. De Trinitate autem et Unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti nihil his verius, nihil lucidius umquam potest vel poterit demonstrari. De mysterio Incarnationis Unigeniti Filii Dei pro salute humani generis, quo et vera probatur humanæ naturæ sine peccati contagione susceptio, [2] et permanet incorrupte in eo Divinitatis plenitudo, quum ex natura utraque non deperit et una fit ex utraque Domini nostri Jesu Christi Persona, satis plene in his conciliis probatur patefieri [3] veritati, et a nobis creditur omni remota dubitatione.

[4] Quicumque hanc Fidem sanctam depravare, corrumpere, mutare tentaverit, aut ab eadem Fide vel communione catholica quam nuper sumus Deo miserante [5] adepti, egredi, separari, vel dissociari voluerint, sint Deo et universo mundo crimine infidelitatis in æternum obnoxii. Floreat autem ecclesia sancta catholica per omnem mundum pacatissime, et emineat doctrina, sanctitate, et potestate. Si qui intra eam [6] fuerint, crediderint, communicaverint, hi audiant ad dexteram Patris positi: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est* [7] *a constitutione mundi.* Si qui autem ab ea recesserint, [8] ejusque destruxerint Fidem et communionem respuerint, hi audiant ex ore divino in die judicii: *Discedite a me maledicti, nescio vos, ite in ignem æternum,* [9] *qui præparatus est diabolo et angelis ejus.* Sint ergo damnata in cœlo et in terra quæcumque per hanc catholicam Fidem damnantur, [10] sint accepta in cœlo et in terra quæcumque in hanc Fidem accipiuntur, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui cum Patre et Spiritu Sancto est gloria in sæcula sæculorum.

Ugnus in Christi nomine episcopus [a], anathematizans [11] hæresis Arianæ dogmata superius damnata, Fidem hanc sanctam catholicam quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

[12] Murila in Christi nomine episcopus [b], anathematizans

1 *Al.* et consensione nostra.

2 *Al.* et permanentis incorruptæ in eo.... dum et natura... deperit, ut in una sit ex.... satis plane.

3 *Al.* veritas quæ a nobis.

4 *Al.* Qui umquam hanc.

5 *Al.* adepti sese separare; vel dissociare voluerit, sit.... obnoxius.

6 *Al.* fuerint, communicaverintque, hi audient.

Matth. 25. v. 34.

7 Al. *ab origine mundi.*

8 *Al.* ejusque detraxerint Fidei... audient ore Divino.

Ibid. v. 42.

9 Al. *qui paratus.*

10 *Al.* et sint... quæcumque per hanc.

11 *Al.* Anastasius... hæresim Ariani dogmatis superius damnatam, quam in ecclesia catholica veniens.

12 *Al.* Murilla.

a Barcinonensis, qui hujus concilii canonibus subscribit. Vide cap. 10. de *Subscript.* n. 7. b Palentinus, qui subscribit num. 8.

zans hæresis Arianæ dogmata superius damnata, Fidem hanc sanctam catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

[1] Ubiligisculus in Christi nomine episcopus [a], anathematizans hæresis Arianæ dogmata superius damnata, Fidem hanc sanctam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

[2] Sumila in Christi nomine civitatis Vesensis episcopus, [b] anathematizans hæresis Arianæ dogmata superius damnata, Fidem [3] hanc sanctam catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi manu mea de toto corde subscripsi.

[4] Gardingus in Christi nomine civitatis Tudensis episcopus [c], anathematizans hæresis Arianæ dogmata superius damnata, Fidem hanc sanctam catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

[5] Becila in Christi nomine civitatis Lucensis episcopus [d], anathematizans hæresis Arianæ dogmata superius damnata, [6] hanc sanctam catholicam Fidem, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

[7] Argiovittus in Christi nomine civitatis Portugalensis episcopus [e] anathematizans hæresis Arianæ dogmata superius damnata, Fidem hanc catholicam quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto [8] corde subscripsi.

[9] Fruiscus in Christi nomine civitatis Dertosanæ episcopus [f], anathematizans hæresis Arianæ dogmata superius damnata, Fidem hanc sanctam catholicam quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Similiter et reliqui presbyteri et [10] diaconi, ex hæresi Ariana conversi subscripserunt.

Signum, quo signarunt viri illustres proceres.

[11] Fonsa vir illustris anathematizans subscripsi.

[12] Aguila vir illustris anathematizans subscripsi.

[13] Eila vir illustris anathematizans subscripsi.

Similiter et omnes seniores gothorum subscripserunt.

Quæ sequuntur in cap. 12. de Exord. et Epil. Concil. post confessionem.

1 *Al.* Ubiligiscus.

2 *Al.* Sunila. Sumnila.

3 *Al.* hanc nostram catholicam.

4 *Al.* Cardingus... Turdesanæ.

5 *Al.* Beccila. Bechila.

6 *Al.* hanc nostram catholicam.

7 *Al.* Arbitrius. Aruitus. Arbitrus.

8 *Al.* corde signum feci.

9 *Al.* Eruiscius.

10 *Al.* Diacones.

11 *Al.* Fonsa, vir illustrissimus. *vel* signum Guscini. *aut* Gusini viri illustris proceris.

12 *Al.* Afila. Alla. Abila vir illustrissimus.

13 *Al.* Ella vir illustris subscripsi.

a Valentinus, qui subscribit n. 33. b Subscribit num. 35. c Subscribit num. 49. d Subscribit num. 47. e Subscribit num. 51. f Subscribit num. 44.

CAP. IV.

Ex Concilio Hispalensi II. anno 619. *can.* 12.

[1] *De quodam Acephalorum episcopo*, qui hæresim ejuravit.

Duodecima actione ingressus est ad nos quidam ex hæresi Acephalorum [a], natione Syrus (ut asserit ipse) episcopus, duarum in Christo naturarum proprietatem abnegans, et Deitatem passibilem asserens, cujus dum nostris sensibus tanti erroris confusio patuisset, prolatis illi de Incarnatione Domini [2] nostri Jesu Christi testimoniis sanctorumque Patrum sententiis recitatis, [3] omni eumdem exhortatione, ad veræ Fidei rectitudinem sacerdotali modestia invitavimus; qui salutaribus monitis pertinaciter per multos [4] diuturnosque communionis conflictus [b] retinens [c], tandem gratia Divina edoctus, cunctis coram adstantibus hæresim propriam abdicavit, duasque naturas et unam Personam in uno eodemque Domino nostro Jesu Christo confessus est, credens impassibilem naturam Deitatis atque in sola humanitate suscepisse [5] infirmitates passionum et crucis. Conversus itaque atque receptus, susceptæ Fidei confessionem [6] cum stipulatione jurejurando protulit, atque ab [7] omnibus purgatus apparuit, talique pro merito gaudentes, Christo gratias egimus, quod eumdem post pravitatem hæresis ad rectitudinem Fidei Divina gratia promovisset. Quem optamus, ut permanens in Fide Christi pure, ac devotissime conservetur.

1 Al. *De quodam Acephalorum episcoporum.*

2 *Al.* nostri testimoniis.

3 *Al.* omni eum.

4 *Al.* diuturnosque conflictus renitens.

5 *Al.* Infirmitates passionis.

6 *Al.* cum astipulatione protulit.

7 *Al.* omnibus suis erroribus purgatus.

a Qui Severum monachum Antiochenæ sedis invasorem, auctorem habuerunt.
b Disputationes. *c* Persistens.

TIT.

TIT. V.

DE SCHISMATE.

CAP. I.

Ex Epistola INNOCENTII I. *ad episcopos Synodi Toletanæ cap.* 1.

Quod episcopi nonnulli ab aliis, ob receptos ab hæresi conversos, perperam dissideant.

JAM PRIMUM quod ad ipsam Fidem attinet, quod Bætici vel Carthaginenses episcopi propter Galliciorum [a] communionem a pace [1] omnium dissederunt, orta dissensio est, quæ non solum non minuitur, verum etiam per dies singulos studio contentionis augetur; quum obtinendi proposito unusquisque quod voluit, æternum orbem male et circulum quemdam de tali animositate fecerunt [b]; quum utique bono [2] cuiquam in rebus talibus vinci melius sit, quam malo more [c] pravum propositum, quod semel placuit [d], obtinere. Nam quæ alia caussa et superioribus temporibus illius Luciferi [e] præter pertinaciam fuit, quæ eum retraxit a concordia illorum, qui Arianorum hæresim prudenti conversione damnaverant? [f] Eodem studio post Priscilliani detestabilem sectam omnium merito detestatione damnatam, receptos in catholicam Fidem eos, qui consilio saniore conversi sunt, ægerrime aliquos tulisse, cognovimus. Quibus factum utile, et ipsam ecclesiarum pacem displicuisse, detegitur. Nam quum unitatis proposito [g] atque concordiæ ipsi quoque Simphosius atque Dictinius damnantes pravam hæresim sint recepti, ut personis talibus amputatis, extingueretur penitus innata dissensio, inventi sunt quibus recte facta ipsa correctio displiceret. Et nunc ecclesiæ [h] dissident, quæ [i] non modica a se animositate dissimulant.

1 *Al.* omnium discederant.

2 *Al.* cuique in rebus.

Quod

a Dictinii, Simphosii, Comasii, et aliorum, qui Priscillianam hæresim ejurantes, in communionem recepti sunt. Vide sis cap. 1. de *Hæres. ejurat.* *b* Quum proposito libi ab unoquoque consilio, triumphum de sua obtinendi opinione, frequentes circusos, orbes, seu dolos, ut alios circumvenirent, sua animi furentis vehementia præpararunt. *c* Modo. *d* *Adde*: propugnare. *e* Calaritani in Sardinia metropolitæ, qui Nicænæ synodi tenaciter addictus, Arianis ob conversionem in communionem receptis, et eis qui cum illis communicabant, communicare noluit *f* Ejuraverant. *g* Pacis conservandæ promissione. *h* Ab ecclesia. *i* Quod.

Quod si saniore consilio a sacerdotibus fuisset custodita correctio [a], et status catholicæ Fidei integer permaneret, et nullum scandalum concordiam rebus omnibus utilem corrupisset. Quæro enim, quare doluerint Simphosium atque Dictinium aliosque qui detestabilem hæresim damnaverunt, receptos in Fidem catholicam tum fuisse? Numquid [1] nam aliquid de honoribus amiserint, quos habebant? Quod si quos hoc pungit aut stimulat, legant Petrum apostolum post lacrimas hoc fuisse quod fuerat. Considerent, Thomam post dubitationem illam nihil de prioribus meritis amisisse. Denique David prophetam egregium, post manifestam confessionem suam prophetiæ suæ meritis non fuisse privatum. Quod si emendatio conversionis et errores ipsos amputat, et retinet dignitates, quæ malum ratio est, viam recti et iter quod dirigat ad salutem, [2] proposito pertinaciæ nolle retinere? [b]. Quare incumbendum est dilectioni vestræ, et bonis sacerdotibus adnitendum, quatenus præeunte doctrina, in unitatem catholicæ Fidei omnes qui dispersi sunt congregentur, et esse inexpugnabile unum corpus incipiat; quod si separetur in partes, ad omnes patebit lacerationis injurias et ex sese pestem patietur internam, quando secum compago ipsa confligit. Sed hæc generaliter de unitatis reformatione, omnes tamquam singulis scripta sint, accipiant sacerdotes. Dehinc in partes animum super omnibus Dilectio vestra, quæ proponentur, intendat.

1 *Al.* Nam quod non aliquid.

2 *Al.* proposito pertinaci.

CAP. II.

Ex eadem, cap. 3.

Ut Joannis episcopi caussa examinetur, aliorumque, qui communionis consortium refugiebant.

De Joanne quoque episcopo, cujus in synodo Toletana super receptis Simphosio atque Dictinio per Legatos consensus accessit, et cui probabilis [c] visa illa correctio [d], examinentur quæ postea sunt sequuta, et prorsus super omnibus quorum in dubium venit de cessatione communio [e], plena inquisitio vestigetur; ut secundum decretum synodi To-

[a] Sententia in Priscillianistas lata in concilio Tolet. I. [b] *Hoc est*: quantum si ratione ducamur, malum non erit, viam quæ ad rectum et iter quod ad salutem dirigit, ob propositam sibi pertinaciam nolle sequi? [c] Probata, justa. [d] Sententia. [e] Et prorsus de omnibus, cum quibus hujusmodi schismatici dubitant, an debeat cessare communio.

Toletanæ [a], vel communionis consortio propter abolendam suspicionem schismatis misceantur, [b] vel si qui fuerint deprehensi qui abnuant concordiam et constituta placitorum [c], a communione catholicæ Fidei per dilectionis vestræ sententias abdicentur, ut jam non internum malum quod tacitum [d] non desinit serpere, sed schismaticorum manifesta professio contagioque videtur.

CAP. III.

Ex Collectione Martini Bracharensis cap. 70.

De eo quod non liceat clericis vel laicis catholicis ab hæreticis eulogias accipere, aut cum ipsis [1] *vel schismaticis orare.* 1 Al. *et schismaticis.*

* Non liceat clericis vel [2] laicis catholicis ab hæreticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis quam benedictiones; neque [3] licet aut cum hæreticis, aut cum schismaticis orare. *Idem vide in cap. 7. de Hæresi.*

* *Can. 67. c. 1. q. 1. ex Laodic. c. 32.*
2 *Al.* laicis, ab hæreticis.
3 *Al.* liceat.

TIT. VI.

DE MALEFICIO, ASTROLOGIA, ET DIVINATIONE.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. canone 6.

Si quicumque per malitiam, vel maleficium *hominem interfecerit*, ut nec in fine vitæ communicet.

[4] Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria [e] perficere scelus non [5] potuit, nec in fine impartiendam esse illi communionem. *Eumdem vide in cap. 4. de Idolol. et in cap. 4. de Homicid.*

4 *Al.* Si quis vero veneficio.
5 *Al.* potuit; nisi in fine impertiendam non esse illi.

a Cap. 1. de *Heres. ejurat.* *b* Adhæreant communioni aut societati Simphosii et aliorum, ut caveatur schismatis suspicio. *c* Et constitutis decretis parere. *d* Sensim. *e* Eo quod maleficium dæmonum invocatio comitaretur.

CAP.

CAP. II.

Ex regula Fidei catholicæ Concilii Toletani I. canone 15.

Si quis Astrologiæ [a] vel Mathesi [b] existimat esse credendum, anathema sit.

CAP. III.

Ex Epistola Leonis Magni ad Turibium Asturicensem anno 447. cap. 10.

Contra id quod animas in cœlestibus peccare dicunt, et secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem, vel bonam vel malam.

1 *Al.* fuisse sine corpore.

2 *Al.* esse conclusas.

3 *Al.* atque veraciter.

4 *Al.* inspirentur.

Decimo autem capitulo referuntur adserere, animas quæ humanis corporibus inseruntur, [1] fuisse in corpore et in cœlesti habitatione peccasse [c], atque ob hoc a sublimibus ad inferiora delapsas, in diversæ qualitatis principes [d] incidisse, et per aereas ac sidereas potestates alias duriores alias mitiores corporibus [2] esse inclusas [e], sorte diversa et conditione dissimili, ut quicquid in hac vita varie et inæqualiter provenit [f], ex præcedentibus caussis [g] videatur accidere [h]. Quam impietatis fabulam ex multorum [i] sibi erroribus texuerunt, sed omnes eos catholica Fides a corpore suæ unitatis abscidit, constanter prædicans [3] ac veraciter, quod animæ hominum priusquam suis [4] inspirarentur corporibus non fuere, nec ab alio incorporentur, nisi ab opifice Deo, qui et ipsarum est creator et corporum. Et quia per primi hominis prævaricationem tota huma-

a Judiciariæ. *b* Scilicet, reprobæ et divinatoriæ; non enim videntur Patres Mathesim aliam, quæ tradi sine piaculo posset, agnovisse. Ebrardus vero Mathesim a Mathesi distinguit in *Græcismo* cap. 10. hoc hexametro: *Scire facit Mathesis, sed divinare Mathesis*; illa videlicet cum penultima brevi, hæc cum penultima longa.

c Extitisse seu habitasse in corporibus cœlestibus, ibique peccasse. *d* Diversæ conditionis signa cœlestia. *e Hoc est*: ac demum humanis corporibus fuisse inclusas, ducentes secum potestatem seu vim, ingratam vel benignam, juxta qualitatem illius cœlestis signi, cui prius fuerant unitæ. *f* Evenit hominibus. *g* Si virtute vel afflatui illius astri, cui antea animæ fuerant unitæ. *h* Evenire. *i* Manichæis, Platonicis, et Pytagoricis.

mani generis propago vitiata sit, neminem posse a conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum, dicente Apostolo: *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induitis. Non est judæus, neque græcus, non est servus, neque liber, non est masculus, neque femina; omnes enim unum estis in Christo Jesu.* Quid ergo hic agunt cursus siderum, quid figmenta fatorum, quid mundanarum rerum mobilis status, et inquieta diversitas? Ecce tot impares gratia Dei facit æquales, qui inter quoslibet vitæ hujus labores, si fideles permanent, miseri esse non possunt, apostolicum illud in omni tentatione dicentes: *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: quia propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus* [1] *superamus in eo qui nos dilexit.* Et ideo ecclesia quæ corpus est Christi, nihil de mundi inæqualitatibus metuit, quia nihil de [2] bonis corporalibus concupiscit. Nec timet, inani strepitu fatorum gravari, quæ patientia tribulationum novit augeri. *Idem vide in cap. 3. de Anima hominis, et partem in cap. 8. de Bapt.*

Galat. 3. v. 27.

Rom. 8. v. 35.

1 Al. *superamus per eum.*

2 *Al.* bonis temporalibus.

CAP. IV.

Ex eadem, cap. 11.

Contra id, quod fatalibus stellis dicunt animas hominum obligatas.

Undecima ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis et animas hominum et corpora opinantur adstringi, per quam amentiam necesse est, ut omnibus paganorum erroribus implicati, et faventia sibi, ut putant, sidera colere, et adversantia studeant mitigare. Verum ista sectantibus nullus in ecclesia catholica locus est; quoniam qui se talibus persuasionibus dedit, a Christi corpore totus abscessit. *Idem vide in cap. 4. de Anima hom.*

CAP. V.

Ex eadem, cap. 12.

Contra id, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt.

Duodecimum inter hæc illud est, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt, et qualitates interiorum præsulum in patriarcharum nominibus statuunt, quibus, e diverso signa siderea, quorum virtuti corpora subjiciantur, opponunt [a]. Et in his omnibus inextricabili se errore præpediunt, non audientes
Coloss. 2. v. 8. dicentem Apostolum: *Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus,*
Ibid. v. 18. *et potestatis.* Et iterum: *Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei.* Quid ergo opus est in cor admittere quod lex non docuit, quod prophetia non cecinit, quod evangelii veritas non prædicavit, quod apostolica doctrina non tradidit? Sed [1] hæc operta sunt eorum mentibus, de quibus Apostolus dicit:
2. Timoth. 4. v. 3. *Erit enim tempus, quum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Nihil itaque [2] nobiscum commune habeant, qui talia audent vel docere vel credere, et quibuslibet modis nituntur adstruere quod substantia carnis ab spe resurrectionis aliena sit, atque ita omne sacramentum Incarnationis Christi resolvunt, quia indignum fuit integrum hominem suscipi, si indignum erat, integrum liberari. *Idem vide in cap. 5. de Anim. homin.*

1 Al. hæc apta sunt.

2 Al. vobiscum.

a Hoc est: et qualitates potentiarum animæ in duodecim patriarcharum nominibus constituunt, corpora vero duodecim cœlestium signorum virtuti subjiciunt.

CAP. VI.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. can. 9.

Si quis animas et corpora humana [1] fatalibus stellis credit adstringi, sicut pagani et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

CAP. VII.

Ex eodem, canone 10.

Si quis duodecim [2] signa quæ Mathematici observare solent, per singula animæ vel corporis membra [3] disposita credunt, et nominibus patriarcharum adscripta dicunt, sicut Priscillianus dixit [a], anathema sit.

CAP. VIII.

Ex Collectione Martini Bracharensis cap. 71.

De eo quod non liceat christianis, observationes diversas attendere, id est, divinationes, sortilegia, maleficia, lustrationes.

* Si quis paganorum consuetudinem sequens, divinos et sortilegos in domo sua introduxerit, quasi ut malum foras mittant [b], aut maleficia inveniant, vel lustrationes paganorum faciant [c], quinque annis pœnitentiam agant.

CAP. IX.

Ex eadem, cap. 72.

[4] *De eo quod non liceat christianis, tenere traditiones gentilium, et observare lunæ et stellarum cursus.*

* Non liceat christianis, tenere traditiones gentilium, et observare [5] vel colere elementa, aut lunæ aut stellarum cur-

[1] *Al.* fatali signo credit.

[2] *Al.* signa de sideribus. *vel*: id est sidera, quæ.

[3] *Al.* dissipata credunt.

* *Can.* 3. *c.* 26. *q.* 5. *ex Ancyr. cap.* 23.

[4] Al. *Ut non liceat, observare lunas, aut stellarum cursus.*

* *Can.* 3. *c.* 26. *q.* 5. *ex conc. Brach. apud Ivon. P.* 11. *cap.* 140.

[5] *Al.* et colere... stellarum cursus.

[a] Vide sis supra cap. 5. [b] Ut aliis damnum inferant; sed in canone Ancyrano legitur: caussa, *exquirendi aliquid arte malefica.* [c] In canone Ancyrano ita legitur: *aut ut domus suas lustrent*; vel ut alii vertunt: *aut expiandi caussa*; hoc est, si sortilegos in domum suam induxerit, ut eam paganorum more lustrationibus et purificationibus expient.

1 *Al.* facienda, aut propter segetes vel arbores plantandas, vel conjugia socianda scriptum.

Colos. 3. *v.* 17.

cursum, aut inanem signorum fallaciam pro domo [1] facienda, scriptum est enim: *Omnia, quae facitis aut in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo.*

CAP. X.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. *canone* 14.

Ut qui sortilegos consulunt, excommunicentur, et pecunia multentur, qui vero sortes faciunt, venundentur, et pretium pauperibus erogetur.

Hoc itaque propter ampliandam Fidei catholicæ disciplinam elegimus definiendum vel tenendum, ut si qui viri ac mulieres divinatores, quos dicunt esse caragios [a] atque sorticularios in cujuscumque domo gothi, romani, syri, græci, vel judæi fuerint inventi, aut quis ausus fuerit amodo in eorum vana carmina [b] interrogare, et non publice hoc voluerit annuntiare, pro hoc quod præsumsit, non solum ab ecclesia suspendatur, sed etiam sex auri uncias comiti civitatis inferat [c]. Illi vero qui tali iniquitate repleti sunt, et sortes et divinationes faciunt et populum prævaricando seducunt, ubi inventi vel inventæ fuerint, seu liberi, seu servi, vel ancillæ sint, gravissime publice fustigentur, venundentur, et pretia ipsorum pauperibus erogentur.

CAP. XI.

Ut maleficii crimen ab episcopo cognoscatur, et extirpari curetur.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. *canone* 15.

Similiter et quia comperimus, aliquos presbyteros ægritudine accedente familiæ ecclesiæ suæ crimen imponere, dicentes, ex ea homines aliquos maleficium sibi fecisse, eosque sua potestate torquere, et per multam impietatem detrimentare [d]; et hoc emendari placuit per rectitudinem hujus sententiæ. Instituentes igitur decernimus, ut si presby-

a *Id est*: qui schedulis magicis utitur, quibusdam notis seu characteribus exaratis.
b Incantationes. c Conferat, solvat. d Detrimentum inferre.

byter talia pati se dixerit, ad aures hoc sui perducat episcopi; ipse autem datis bonis hominibus ex latere suo judicem hoc jubeat quærere [a], et si sceleris hujus caussa fuerit inventa, ad cognitionem episcopi hoc reducant, et processa ex ore ejus sententia, ita malum extirpatum maneat, ne hoc quisquam alius facere præsumat. Si quis sententiæ hujus ordinem non observaverit, excommunicationis sententia feriendus erit, et a clero abjiciendus.

CAP. XII.

Ut nullus auguriis vel incantationibus det operam.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 5.

1 Item interdicimus, ut nullus christianus auguria et incantationes faciat, nec lunæ prosemina [b], nec ad animalia domanda; nec mulierculas ad telas alia suspendere [c], quia omnia cuncta idololatria est, et terrena; animalis, diabolica, quam sancta mater ecclesia anathematizat; sed cuncta omnia in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti debent christiani facere.

1 *Al.* Iterum interdicimus, ut omnes christianos... incantationes et lunæ prosemina, nec animalia immunda, nec mulierculas ad telaria suspendere, quæ omnia.

CAP. XIII.

Ex Synodo Compostellana anno 1114. *cap.* 7.

De characteribus.

Characteres [d] coram totius ecclesiæ conventu, sive publico concilio [e] fieri jubemus, aliter factos valere inhibemus.

[a] Ipse autem jubeat, ut judex factum explorare et verum rimari curet, una cum probis viris, ab episcopo assignatis. [b] Nec lunæ cursum aut mutationes attendat pro seminia seu semine in agros mittendo. [c] Nec mulieres in telis seu pannis aliquid texendo exprimant, quod idololatriam redoleat: ex qua fortassis muliebri consuetudine originem ducit, quod in tibialibus hodie dum pyramides effingant, et in earum summitate nonnihil figuræ adjiciant, quæ olim forte fuerit idoli cujusdam imago. Vide de *Superst.* cap. 8. [d] Actiones mirabiles, quas vulgus magicas putat: *Fascinationes.* [e] Ita scilicet, ut palam appareat, nihil se se dœmoniacæ artis immiscere.

TIT.

TIT. VII.

DE SUPERSTITIONIBUS ET VANA OBSERVANTIA.

CAP. I.

Usus carnis execrandus non est.

Ex Regula Fidei catholicæ Concilii Toletani I. anno 400. canone 17.

1 *Al.* seu pecudum.

2 *Al.* castigatione hominum *vel* corporum.

SI QUIS dixerit vel crediderit, carnes avium [1] vel pecorum quæ ad escam datæ sunt, non tantum pro [2] castigatione corporis abstinendas, sed execrandas esse [a], anathema sit.

CAP. II.

Ex Epistola VIGILII PAPÆ ad Profuturum Episcopum Bracharensem anno 538. cap. 1.

3 Al. *De Priscillianistis, qui ab esu carnium se abstinent.*

3 *De Priscillianistis, qui se ab esu carnium abstinent.*

4 *Al.* convenienti.

5 *Al.* carnalium creditur.

6 *Al.* Dei tribuit.

Tit. 1. v. 15.

AC primum de his quos Priscillianæ hæresis indicasti vitiis inquinari sancta et [4] conveniente religioni catholicæ eos detestatione judicas arguendos, qui ita se sub abstinentiæ simulatæ prætextu ab escis videntur carnium submovere, ut hoc execrationis potius animo, quam devotionis probentur efficere. In qua re quia nefandissimis manichæis esse consimiles approbantur, juste Patrum [b] venerabilium constitutis ab hac superstitione sub anathematis sunt interminatione prohibiti, quando aliquid ciborum, contagione [5] carnium credunt esse pollutum; quia de his omnibus quæ ad humanum victum misericordia [6] Dei contulit, nihil catholicis esse judicatur immundum. Sic enim Titum Doctor gentium Paulus monet apostolus, dicens: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed pollutæ sunt eorum mens, et conscientia. Deum confitentur se nosse, factis autem negant; abominabiles et in-*

a Adversus Priscillianistas, qui errorem hunc ex Manichæis hauserunt.
b Conc. Ancyr. can. 14. Vide infra cap. 5.

increduli, *et ad omne bonum opus reprobi.* Similiter et alio in loco ad Timotheum de hujusmodi cavendis erroribus prædicavit, dicens: *In novissimis temporibus discedent quidam a Fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum, in hypocresi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentes nubere, et abstinentes a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, et his qui cognoverunt veritatem, quia omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.* Hæc igitur sequentia Patrum venerabilium constituta specialiter eos censuerunt esse damnandos, qui quum carnibus abstinerent, ea quoque credebant esse vitanda, quæ carnibus fuisse videbantur admixta. Nam et ipse Dominus noster Jesus Christus ita præmonuit, dicens: *Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quæ procedunt de ore, hæc sunt quæ coinquinant hominem.* Quapropter nec abstinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos qui execrantur Domini creaturam, recipimus in nostra societate.

1. Tim. 4. v. 1.

Matth. 15. v. 11.

CAP. III.

Nisi afflictionis caussa, a carnibus abstinendum non est.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. can. 14.

Si quis immundos putat cibos carnium, [1] quos Deus in usus hominum dedit, et non propter afflictionem [2] corporis, sed quasi immunditiam putans, ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus prægustet, sicut Manichæus, et [3] Priscillianus dixerunt, anathema sit.

1 *Al.* quas Deus in usu.
2 *Al.* sui corporis.
3 *Al.* Priscillianus docuerunt anathema.

CAP. IV.

Ne ab esu carnium abstineat clericus ob hæresis suspicionem.

Ex eodem, cap. 14.

Item placuit, ut quicumque in clero cibo carnium non utuntur, pro amputanda suspicione Priscillianæ hæresis, vel olera cocta cum [4] carnibus tantum prægustare cogantur. Quod si contemserint, secundum quod de [5] his talibus sancti Patres [a] antiquitus statuerunt, necesse [6] est, eos pro su-

4 *Al.* carnibus tamen prægustare.
5 *Al. deest*: his.
6 *Al.* est, pro suspicione hæresis hujus, hos excommunicatos ab officio, omnimode removeri.

a Vide sis hujus tit. cap. 2. et 5.

suspicione hæresis hujus, officio, excommunicatos omnibus, removeri. *Idem vide in cap. 1. de Purgat.*

CAP. V.

Ex Collectione Martini Bracharensis cap. 58.

[1] Al. *De gustandis* &c.

[1] *De prægustandis carnibus, et non execrandis.*

Ex Ancyr. can. 14.

Si quis non pro abstinentia, sed pro execratione escarum abstinet, placuit sancto concilio ut prægustet, et sic, si [2] vult, abstineat; si autem spernit, ita ut olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens [3] neque suspicionem hæresis a se removens, deponatur de ordine clericatus. *Idem vide cap. 3. de Purgat.*

[2] *Al.* vult abstinere, abstineat.
[3] *Al.* nec suspicionem.

CAP. VI.

Ex eadem, cap. 73.

De eo quod non liceat kalendas observare.

• Non liceat iniquas observationes [4] agere kalendarum [a], et otiis vacare gentilibus, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc observatio [5] paganismi est.

• *Can. 13. c. 26. q 7. ex Laodic. c. 39. vel Turonen. II. can. 22. al. 23.*
[4] *Al.* agere diebus kalendarum.
[5] *Al.* paganissima est.

CAP. VII.

Ex eadem, cap. 74.

De eo, quod non liceat herbas medicinales cum aliqua observatione colligere.

• Non liceat [6] in collectione herbarum quæ medicinales sunt, aliquas observationes aut incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo divino, [7] aut oratione Dominica; ut tantum Deus creator omnium et Dominus honoretur.

• *Can. 3. c. 26. q. 5. ex Brach. c. 21. apud Ivon. P. 11. cap. 47.*
[6] *Al.* in collectionibus.
[7] *Al.* et oratione.

[a] Januariarum videlicet, ut habetur in concil. Turonensi.

CAP.

CAP. VIII.

Ex eadem, cap. 75.

De eo quod non [1] liceat, mulieres christianas in lanificiis aliquid observare.

[1] Al. *liceat feminas.*

Non liceat, mulieres christianas aliquam vanitatem in suis lanificiis [a] observare, sed Deum invocent adjutorem, qui eis sapientiam texendi [2] donavit.

* *Can. 3. c. 26. q. 5. ex Brach. c. 11. apud Ivon. P. 11. cap. 46.*

[2] *Al.* donabit.

CAP. IX.

Ex Concilio Narbonensi anno 589. canone 15.

Ut quinta feria, nisi aliqua festivitas in eam incidat, feriari et cessare non liceat.

Ad nos pervenit, quosdam de populis catholicæ Fidei execrabili ritu diem quintam feriam, qui et dicitur Jovis [b] multos excolere, et operationem non facere. Quam rem pro Dei timore execrantes et blasphemantes, quicumque ab hac die præter festivitates in eo die venientes, ausus vel ausa fuerit vacare, et operam non facere, si ingenuus est aut ingenua, de ecclesia repellendus, et sub pœnitentia mittendus anno uno, et eleemosyna et fletu satisfaciat ut ei Dominus ignoscat, si servus aut ancilla fuerit, flagellis correcti domino consignentur [c], et ultra talia eos observare non permittat.

[a] Vide sis tit. prox. de *Malefic.* cap. 12. [b] In honorem dei Jovis, in *Indiculo superstit.* concil. Liptinen. an. 743. et in Vita *S. Eligii*, ab Audoeno. lib. 2. cap. 15. [c] In domini sui potestatem tradantur.

TIT VIII.

DE HOMICIDIO, ET DESPERATIONE.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* I.

De his, qui post baptismum [1] *idolis sacrificant.*

[2] PLACUIT, ut quicumque post fidem baptismi salutaris, adulta ætate ad templum idoli idololatraturus accesserit, et fecerit quod est [3] crimen capitale [a], nec in fine eum ad [4] communionem suscipere. *Eumdem in cap. I. de Idololatria.*

1 Al. *idolis immolaverant.*
2 *Al.* Placuit inter eos, qui.
3 *Al.* crimen principale.
4 *Al.* communionem accipere.

CAP. II.

Ex eodem, canone 2.

De sacerdotibus [5] *gentium, qui post baptismum immolaverint.*

Flamines qui post Fidem lavacri et regenerationis [6] sacrificaverint, eo quod geminaverint scelera, accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente mæchia, placuit, eos nec in fine accipere communionem. *Eumdem vide in cap. 2. de Idololatria.*

5 Al. *gentilium.*
6 *Al.* sacrificaverunt.

CAP. III.

Ex eodem, canone 5.

Si domina per zelum ancillam occiderit.

• [7] Si qua femina furore zeli [b] accensa flagellis verberaverit ancillam suam, ita [8] ut intra tertium diem animam cum cruciatu [c] effundat, eo quod incertum sit, voluntate an [9] casu occiderit; si voluntate, post septem annos, si casu, per quinque annorum tempora acta legitima poenitentia ad communionem placuit admitti [10]. Quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

• *Can. 43. dist. 50. et can. 39. conc. Wormat.*
7 *Al.* Si qua domina furore... flagris.
8 *Al.* ut in tertium.
9 *Al.* casu, post quinquennii tempora.
10 *Al.* quod si intra *vel* infra tertium diem fuerit.

a Crimen homicidii. *b* Iræ, vindictæ. *c* Ex vi doloris.

CAP.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 6.

Si quicumque [1] per malitiam hominem interfecerit.

[1] Al. *per maleficium.*

[2] Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non [3] potuit, nec in fine impartiendam esse illi communionem. *Eumdem vide in cap. 4. de Idololatria et cap. 1. de Maleficio.*

[2] *Al.* Si quis vero veneficio.
[3] *Al.* potuit, nisi in fine impertiendam non esse.

CAP. V.

Ex eodem, canone 63.

De uxoribus, quæ filios de adulteris necant, ut nec in fine vitæ communicent.

Si qua mulier per adulterium absente marito conceperit, idque post facinus occiderit, placuit, ei nec in fine dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus. *Eumdem vide in cap. 5. de Mœchia, et lenocinio.*

CAP. VI.

Ex eodem, canone 68.

De cathecumena adultera, quæ filium necat, ut in fine vitæ baptizetur.

Cathecumena si per adulterium conceperit, et conceptum necaverit, placuit, eam in fine baptizari. *Eumdem vide in cap. 8. de Cathecum. et cap. 7. de Mœchia, et lenocinio.*

CAP. VII.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. canone 2.

De his qui [4] abortum faciunt, vel natos suos extinguunt, ut septem annos pœniteant.

[4] Al. *abortivum.*

Hi vero qui male conceptos ex adulterio fœtus vel edi-

1 *Al.* in ventribus.
2 *Al.* aliquibus consumserint, in utroque.

editos necare studuerint, vel [1] in uteris matrum potionibus [2] aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris, post septem annorum curricula communio tribuatur; ita tamen, ut omni tempore vitæ suæ fletibus et humilitati insistant. *Integrum vide in cap. 3. de Clerico percus.*

CAP. VIII.

Ut de his, qui sibi ipsis inferunt mortem nulla omnino commemoratio fiat, neque eorum cadavera sepultura donentur. Idem puta de capite damnatis.

CAP. IX.

Ex Concilio Bracharensis I. anno 561. cap. 16.

3 *Al.* ut hi, qui aut per.
4 *Al.* modo inferunt. *vel* aut quolibet modo violentiæ sibi ipsis inferunt.
5 *Al.* usurpant... placuit fieri.

Item placuit, [3] ut hi qui sibi ipsis aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut suspendium, vel quolibet [4] modo violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur, multi enim sibi hoc per ignorantiam [5] usurpaverunt; similiter et de his placuit, qui pro suis sceleribus puniuntur [a]. *Idem vide in cap.* 1. *de Funeribus.*

CAP. X.

Ex Collectione Martinis Bracharensi cap. 77.

6 Al. *abortivum.*

De mulieribus fornicariis, et [6] *abortum facientibus*, ut decem annis pœniteant.

Ex Ancyr. c. 21.
7 *Al.* fornicata fuerit.
8 *Al.* aborsum.
9 *Al.* elaborare.
10 *Al.* mulieris in.
11 *Al.* ipsorum.

Si qua mulier [7] fornicaverit, et infantem qui exinde fuerit natus occiderit, et quæ studuerit [8] abortum facere, et quod conceptum est necare, aut certe ut non concipiat [9] elaborat, sive ex adulterio, sive ex legitimo conjugio, has tales [10] mulieres nec in morte recipere communionem priores canones [b] decreverunt. Nos tamen pro misericordia, sive tales mulieres, sive conscias scelerum [11] ipsarum decem annis agere pœnitentiam judicamus. *Idem vide in cap. 15. de Mœchia.*

a In contrariam propendit sententiam syn. Wormat. can. finali. Vide quæ diximus in cap. 1. de *Funeribus*. b Vide supra cap. 5.

CAP.

CAP. XI.

Ex eadem, cap. 78.

De homicidio voluntario [1] *vel non voluntario*, ut pro illo perpetua, pro hoc autem septem annorum pœnitentia injungatur.

[1] Al. *vel non voluntario.*

Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad januam ecclesiæ catholicæ semper subjaceat, et communionem in exitu vitæ suæ recipiat. Si autem non voluntarie, sed casu aliquo [2] homicidium fuerit factum, prior canon [a] septem annis agi pœnitentiam jussit, secundus [b] canon quinque mandavit.

Can. 44. d. 50. ex Ancyr. can. 21. et 22.

[2] *Al.* homicidium fecerit, prior.

CAP. XII.

Ex Concilio Toletano III. anno 589. can. 17.

[3] *Quod qui filios suos necaverint, a sacerdotibus vel judicibus distringantur.*

[3] Al. *Ut episcopi cum judicibus necatores filiorum acriore disciplina corripiant.*

Quum multæ querelæ ad aures sancti concilii deferrentur, inter cetera tantæ crudelitatis est opus nuntiatum, [4] quantum ferre consedentium aures sacerdotum non possent; ut in quibusdam Hispaniæ partibus filios suos parentes interimant, fornicationis [5] avidi, nescii pietatis. Quibus si tædium est, filios [6] numerosos agere [c], prius se ipsos debent castigare a fornicatione, nam dum caussa propagandæ prolis sortiuntur [7] conjugia, hi et parricidio [d] et fornicationi tenentur obnoxii, [8] qui fœtus necando proprios, docent, se non pro filiis, sed pro [9] libidine sociari. Proinde tantum nefas ad cognitionem gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis perlatum est, cujus gloria dignata est judicibus earumdem partium imperare, [10] ut hoc horrendum facinus diligenter cum sacerdote perquirant, et adhibita severitate prohibeant. Ergo et sacerdotes [11] locorum hæc sancta synodus dolentius convenit, ut idem scelus cum judice curiosius quærant, et sine capitali vindicta acriori disciplina prohibeant. *Eumdem vide in cap. 2. de Potest. Episc. in dijudic. caus. civil.*

[4] *Al.* quantum sustinere consedentium.

[5] *Al.* avidi, pietatis alieni.

[6] *Al.* numerosos alere.

[7] *Al.* conjugia parricidio.

[8] *Al.* qui filios necando.

[9] *Al.* libidine uxores duxisse.

[10] *Al.* ut amovendum santum facinus... sacerdote procurent.

[11]. *Al.* locorum eorumdem, in quibus sceleris hujus immanitas percipitur, sancta synodus præcipiendo convenit, ut idem.

[a] Antiqua Græcorum disciplina. [b] Usitata tunc temporis disciplina. [c] Alere.
[d] Homicidium patris in filios perpetratum; improprie dictum parricidium.

CAP.

CAP. XIII.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. can. 4.

De desperantibus, ut si forte necem tentatam evaserint, duabus mensibus christiana communione, et corporis ac sanguinis Christi participatione privati pœniteant.

Ad hoc sacerdotalis institutio debet sine dubio promulgari, et ut vitia inolita austerissima falce pœnitentiæ desecet, et ulcus quod dudum in membrorum compagibus exortum sauciat, ac serpit, [1] rigidæ inventionis conatu [a] usquequaque detruncet. Quorumdam etenim hominum tam grave inolevit desperationis contagium, ut dum fuerint pro qualibet negligentia, aut disciplinæ censura multati, aut pro sui purgatione sceleris sub pœnitentiæ satisfactione custodiæ mancipati, incumbente desperationis incommodo se ipsos malunt, aut laqueo suspendio enecare, aut ferro, vel aliis mortiferis casibus interimere, et nisi præventi cujuslibet rei occasione [b], suam nihilominus diabolus in eis perficit voluntatem. Proinde huic nequissimæ suadelæ cupientes ponere finem, et malagmam [c] congruam tali ægrimoniæ providere, cœtus nostri decernit sacratissima unio, ut quicumque talibus decipulis irretitus, interemtionis evaserit casus, duorum mensium spatio, et a catholicorum collegio, et a corpore, ac Christi sanguine sacro [d] manebit omnino alienus, quia oportet, ut per pœnitentiæ censuram pristinæ reddatur spei atque saluti, qui animam suam per desperationem conabitur diabolo sociare.

1 *Al.* rigidæ innexionis.

a Rigorosæ investigationis conatu inventum. b Et nisi aliqua obveniente caussa præventi vel impediti fuerint. c Remedium; vox græca, a medicis usitata. d Utraque enim specie fidelis populus participabat.

TIT.

TIT. IX.

DE SACRILEGIO.

CAP. I.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. canone 6.

De eo qui viduæ pœnitenti, vel religiosæ virgini stuprum intulerit, ut a communione arceatur donec pœniteat, et ab ea se avertat.

Qui pœnitenti viduæ, vel virgini religiosæ vim stupri intulerit, si se ab eo sequestrare noluerit, pariter a [1] communione et a christianorum consortio segregetur. Si vero illa quæ vim pertulit, ad sanctam religionem [a] redierit, [2] in illo solo quoadusque publice pœniteat, data sententia perseveret.

1 *Al.* communione christianorum et consortio segregentur.

2 *Al.* in illo solum sententiæ excommunicationis teneatur, quoadusque publice pœniteat. *Et nihil amplius.*

CAP. II.

Ex Concilio Bracharensi III anno 675. can. 3.

Ne [3] vasa Deo sacrata humanis usibus serviant, ita ut si laicus hoc facinus perpetraverit, perpetua excommunicatione feriatur, si clericus, ab officio deponatur.

3 Al. *vasa Domino sacrata.*

Omni cura omnique studio providendum est, ne hi qui locum videntur regiminis obtinere, contumeliam videantur inferre cœlestibus sacramentis. Etenim quod et [4] auditui horribile, et visui execrabile judicatur, relatum est nobis, quod quidam sacerdotum sacrilega temeritate præcipites vasa Domini in proprios usus assumant, epulasque sibi in eis [5] comesuras apponunt. Quod malum et obstupentes deflemus, et deflentes obstupescimus, ut illic humana temeritas sibi epulum præparet, ubi Sanctum Spiritum cognoscitur advocasse, et ibi esum carnium crapulatus assumat, ubi Divina visus est celebrasse mysteria, et in [6] quibus tantæ rei sacramentum pro expiatione delictorum percepit, in his expleat voluntatem ludibrii sui [b]. Et ideo hujus de cetero præsumtionis persona, quæ sciendo Divina vasa, vel mini-

4 *Al.* auditui terribile.

5 *Al.* comedendas apponant.

6 *Al.* quibus tantum sibi offerri sacramenta pro expiatione delictorum præcepit.

a Vitam devotam, seu religiosam. b Ludicri animi sui.

nisteria, aut in usus suos transtulerit, aut comedere in his vel poculum sibi sumendum elegerit, gradus sui vel officii periculum sustinebit; ita tamen, ut si de sæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur, si vero religiosus [a] ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis sententia, et illi obnoxii tenebuntur, qui ecclesiastica ornamenta, vela, vel quælibet alia indumenta, atque etiam utensilia sciendo in usus suos transtulerint, vel aliis vendenda, vel donanda crediderint. *Partem vide in cap. 21. de Rebus ecclesiæ, non alienand.*

CAP. III.

Ex Concilio Toletano XIII. anno 683. *can.* 7.

De his clericis, *qui pro accidentia jurgiorum altaria nudare præsumant, vel luminaria ecclesiæ subtrahunt.*

Jerem. 48. v. 10. *Væ his, qui faciunt opus Domini fraudulenter et desidiose!* propheticus sermo annuntiat. Et si illi væ incurrunt, qui negligenter opus Domini faciunt, quod supplicium merebuntur, qui Divinæ servitutis cultum, malitia intercedente, ab altaribus Christi subducunt? Illos dicimus, qui obstinatæ mentis dolositate confusi, quum aliqua eos molestia fraternorum jurgiorum pupugerit, insana illico temeritate abrepti, altaria nudantes sacratis vestibus exuunt, luminaria subtrahunt, ac Divinorum sacrificiorum cultum malitia intercedente subducunt; et quod in hominibus se vindicare non possunt, injuriam Deo, quod pejus est, inferunt. Unde si hujusmodi pro fraterno odio homicidæ reatu adstringitur, pro contemtu Divino quid pœnæ merebitur? Etenim juxta quod Divinus sermo increpat: 1. Reg. 2. v. 25. *Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus; si quis autem peccaverit in Deum, quis pro eo rogaturus est?* Facile ergo talium sacerdotum excessibus illa Domini sententia coaptabitur, qua malitia percutitur sacerdotum. Dicit enim: Ibidem v. 30. *Honorificantes me, honorificabo; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.*

* Can. 13. c. 26. q. 5. * Quicumque ergo sacerdotum vel ministrorum deinceps caussa cujuslibet doloris vel amaritudinis permotus, aut altare Divinum vel vestibus sacratis exuere præsumserit, aut qualibet alia lugubri [1] veste accingi, seu etiam si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei subtra-

1 Al. veste accinxerit.

a Clericus.

traxerit, vel extingui præceperit, aut quodcumque lugubritatis in templo Dei induxerit, atque (quod pejus est) occasionem nutrierit, unde de templis Domini aut Officia consueta desint, aut oblatio singularis sacrificii videatur in aliquo defraudari; si eum antea veræ pœnitudinis coram metropolitano satisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, juxta superiorem sententiam Domini, et loci sui dignitate se noverit, et honore privari. Illis proculdubio personis ab hac ultionis sententia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum vel subversionem sanctæ Fidei metuentes, aut hostilitatem, vel obsidionem perferentes, seu etiam Divinorum judiciorum sententiam metuentes, tale fecisse contigerit; in quorum facto plus humilitas qua Deus placetur, quam interni laboris dolositas declaratur. *Eumdem vide in cap. 40. de Metrop.*

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano XVII. anno 694. can. 5.

De his qui Missam defunctorum pro vivis audent malevole celebrare, ut deponantur, et tam hi quam id consulentes perpetuo exilio, et perpetua usque ad vitæ exitum excommunicatione puniantur.

Dum Sanctus Spiritus per os Sanctorum suorum humano generi statuit, omnibus modis mendacium præcavere, dicente Salomone: *Noli narrare mendacium adversus fratrem tuum, neque amico similiter facias.* Et iterum: *Os quod mentitur occidit animam*, * plerique sacerdotum qui prædicatores veritatis existere debuerunt, et ex quorum ore universitas plebium legem veritatis debet exquirere secundum Salomonem qui dicit: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem exquirunt de ore ejus quia angelus Domini est*; ita præpediente delicto atque sauciati inimicitiæ dolo non solum hominibus fallaciter loqui minime pertimescunt, sed et in sanctis basilicis supra altare Domini coram Deo idem nequaquam perpetrare horrescunt. Nam Missam pro requie defunctorum promulgatam, fallaci voto pro vivis student celebrare hominibus, non ob aliud nisi ut his pro quo id ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interventu mortis ac perditionis incurrat periculum; et quod cunctis datum est

Ecclesiastici c. 7. v. 13.

Sapient. 1. v. 11.
* Can. *Plerique* 15. c. 26. q. 5. falso tributus Tolet. XIII.
Malach. 2. v. 7.

in salutis remedium, illi hoc perverso instinctu quibusdam esse expetunt in interitum. Obinde nostræ elegit unanimitatis conventus, ut si quis sacerdotum deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, a proprio deponatur gradu, et tam ipse sacerdos, quam etiam ille qui ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilii perpetui ergastulo religati, excepto in supremo vitæ curriculo, cunctis vitæ suæ diebus sacræ communionis eis denegetur perceptio, quam Deo se crediderunt fraudulento delibasse studio. *Eumdem vide in cap. 42. de Miss. et Offic. celebr. rat.*

TIT. X.

DE SIMONIA.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 48.

[1] *De baptizandis, ut nihil accipiant clerici.*

1 Al. *De baptizatis, ut nihil accipiat clericus.*
* *Can.* 104. *c.* 1. *q.* 1.

* EMENDARI placuit, ut hi qui baptizantur, ut fieri solebat, nummos in concham [a] non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus [2] vel clericis. *Eumdem vide in cap. 4. de Baptis.*

2 *Al.* sed clericis.

CAP. II.

Ex Concilio Tarraconensi anno 516. *can.* 10.

Ut nullus episcopus pro judiciis munera accipiat.

* *Can.* 1. *c.* 15. *q.* 2.
3 *Al.* audeat exigere.
4 *Al.* in ecclesiis oblata gratuito.
5 *Al.* Quod si quis ista probatur... exactor... possessor... degradandum.

* Observandum quoque decrevimus, ne quis sacerdotum vel clericorum more sæcularium judicum [3] audeat accipere pro impensis patrociniis munera, nisi forte [4] in ecclesia oblata gratuita, quæ non favore muneris [b] videantur accepta, sed collatione devotionis illata. [c] [5] Quia si qui ista probantur accipere, veluti exactores fenoris, aut usura-

a Vas concavum, e superiori parte patulum, deputatum ad lavandos baptizatorum pedes, qui quidem, e lavacro egressis baptizatis, conspurcabantur. *b* Quæ non tamquam munus vel præmium. *c* Sed ex mera pietate aut devotione collata.

rarum possessores secundum statuta Patrum [a], se noverint degradandos.

CAP. III.

Ex Epistola HORMISDÆ PAPÆ *ad universos episcopos Hispaniæ anno* 521. *cap.* 2.

Ut pro episcopatu præmium non accipiatur.

Hoc quoque [1] ad præmissa adjungimus, ne benedictionem [b] quæ Divina esse creditur per impositionem manus, quis pretio [2] comparet, quoniam ante oculos esse convenit, quod Simon Spiritum Sanctum volens redemtione [c] mercari, Apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde, quis non vile putat esse quod venditur? Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi murmure populorum Divinum credatur [3] esse judicium [d]. Ibi enim Deus, ubi simplex sine pravitate consensus. Verum nec hanc quidem partem solicitudinis et admonitionis omittimus, ne vel ille se [4] a culpa æstimet alienum, qui etsi ipse quidem a redemtione liber initiaverit benedictione mystica sacerdotem, et tamen ad alterius redemti [e] voluntatem, vel sponte in hoc, vel necessitate consenserit. Quid prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? Proculdubio contra mandata committit et qui habet peccatum proprium, et qui peccatum sequitur alienum. Incassum animus resistit cupiditati, si non resistit et timori. Adversus hæc facilius Deo adjuvante providebitur, si circa metropolitanos privilegia a sanctis Patribus constituta permaneant [f], si metropolitani circa parochias suas ordinem suum ea qua decet veneratione custodiant, ut nec electio præsulis [5] emta detur pretiis, et nec obsequentis sit quæsita operibus, sed ita fixa habeantur in cordibus [g], quemadmodum releguntur in scripturis [h]. Si nulla sint in templis emtionum semina, nulla erunt fomenta discordiæ, sed regnante caritate, sub illa quam nobis promisit Deus et retribuit, pace vivatur. *Idem vide in cap. 7. de Metrop.*

1 *Al.* ad priora conjungimus.

2 *Al.* comparet, cui ante oculos.

3 *Al.* esse implorandum judicium.

4 *Al.* a culpa existimet.

5 *Al.* emta de pretiis.

a Conc. Chalced. can. 2. *b* Inaugurationem, consecrationem episcopi. *c* Pretio emtione. *d* *Hoc est*: ii consecrandi sunt episcopi, qui sano populorum consensu, in quo Divinum creditur esse judicium eliguntur. *e* Simoniace intrusi. *f* Inconcussa. *g* Decreta canonum. *h* Sicuti leguntur scripta.

CAP. IV.

Ex Concilio Bracharensi II. anno 572. can.3.

Ut episcopus in ordinatione clericorum commodum nullum accipiat.

a Can. 22. c. 1. q. 1.
1 Al. Placuit, ut de ordinatione... accipiant.
2 Al. dent. Non aliquo.
3 Al. sceleribus obnoxii.
4 Al. discussionem accipiant, deinde... testimonia.

1 Placuit, ut de ordinationibus clericorum episcopi munera nulla suscipiant; sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis 2 dent. Et non aliquo pretio gratia Dei et impositio manuum venundetur, quia antiqua [a] definitio Patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens: *Anathema sit danti et accipienti.* Propterea quia aliquanti multis 3 sceleribus obruti, sancto altario indigne ministrantes, non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent; oportet ergo non per gratiam munerum, sed per diligentem prius 4 discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare.

CAP. V.

Ex eodem, canone 4.

Ut pro chrisma episcopus nihil accipiat.

a Can. 102. c. 1. q. 1.
5 Al. quia a singulis tremisses.
6 Al. pecunia voluit emere, ita nos venundantes damnabiliter venundemur.

a Placuit, ut modicum balsami, quod benedictum pro baptismi sacramento per ecclesias datur, 5 quia singuli tremisses [b] pro ipso exigi solent, nihil ulterius exigatur, ne forte quod pro salute animarum per invocationem Sancti Spiritus consecratur, sicut Simon Magus donum Dei 6 pecunia emere, ita nos venundare damnabiliter videamur.

a Decretum Gelasii P. cap. 26. b Moneta a Suevis et Gothis usitata, quarum unaquæque equivalet decem et sex regalibus, et decem et septem morapetinis de *vellon*; vel secundum computationem P. Andreæ: *Escuela de escribir*, viginti et sex regalibus.

CAP.

CAP. VI.

Ex eodem, canone 5.

Ut pro consecratione basilicæ episcopus nihil exigat.

Placuit, ut quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore [1] requirant; sed si ipsi quidem aliquid ex suo voto obtulerint, non respuatur. Si vero aut paupertas illum aut necessitas retinet, [2] nihil exigatur ab illo. Hoc tantum unusquisque episcoporum meminerit, ut non prius dedicet [3] ecclesiam aut basilicam, nisi antea dotem basilicæ, et obsequium [a] ipsius [4] per donationem chartulæ confirmatum accipiat; [5] nam non levis est ista temeritas, si sine luminariis vel sine sustentatione eorum qui ibidem servituri sunt, tamquam [6] domus privata, ita consecretur ecclesia.

* Can. 1. c. 1. q. 2. et syn. Wormat. can. 3.

1 Al. requirant, sed ipse fundator, si quidem aliquid de suo voto obtulerit.

2 Al. nihil exigetur, Attamen unusquisque.

3 Al. ecclesiam, nisi antea.

4 Al. per ordinationem chartulæ.

5 Al. nam non levis culpa est ista temeritas.... vel sine substantiali sustentatione.

6 Al. domus privati consecretur ecclesia.

CAP. VII.

Ex eodem, canone 6.

Ut qui oratorium pro quæstu suo in terra propria fecerit, non consecretur.

* Placuit, ut si quis basilicam, non pro devotione Fidei, sed pro quæstus cupiditate ædificat, ut [7] quicquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum clericis dividat, eo quod basilicam in terra sua ipse [8] condiderit, quod in aliquibus locis usque modo dicitur fieri; hoc ergo de cetero observari debet, ut nullus episcoporum tam abominabili voto [9] consentiat, ut basilicam, quæ non pro sanctorum patrocinio, sed [10] magis tributaria conditione est condita, audeat consecrare. *Eumdem vide in cap. 2. de Eccles. consecr.*

* Can. 10. de Cons. dist. 1.

7 Al. quicquid ibi.

8 Al. condiderit quæstus caussa.

9 Al. consentiat, nec basilicam.

10 Al. magis sub tributaria.

a Obligationem præstandi redditus, congruæ clericorum sustentationi necessarios.

CAP.

CAP. VIII.

Ex eodem, cap. 7.

Ut de baptizatis nullum accipiat præmium, vi exactum.

a Can. 103. c. 1. q. 1.

a Placuit, ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat; ut hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntarie pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis, si vero per necessitatem paupertatis aliquid non habent quod offerant, [1] nullum illis pignus violenter tollatur a clericis; nam multi pauperes hoc timentes [2] filios suos a baptismo retrahunt. Quod si forte dum [3] differunt, sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est, ut ab illis eorum perditio requiratur [a], quorum [4] expolia [b] pertimescentes, a baptismi se gratia retraxerunt.

1 *Al.* nullum illi.
2 *Al.* filios a.
3 *Al.* differuntur.
4 *Al.* spolia.

CAP. IX.

Ut pro ordinum collatione nihil ab episcopo vel ejus clericis exigatur.

Ex Concilio Barcinonensi anno 599. canone 1.

Ut quum ad officia ecclesiastica clerici provehuntur, nihil pro benedictione aut subdiaconi, vel presbyteri collata quicquam vel sub obligationis nomine a quocumqne episcopo, vel ab ejus clero inquiratur [c], illud Domini Jesu meminentes edictum, quod ait: *Gratis accepisti, gratis date.*

Matth. 10. v. 8.

CAP. X.

Ut pro chrismate nihil accipiatur.

Ex eodem, canone 2.

Simili etiam statutum conditione est, ut quum chrisma presbyteris diœcesanis pro neophitis confirmandis datur, nihil pro liquoris pretio accipiatur, ne gratia Dei pretio benedictionis affecta, simoniacum interitum [d] ementibus vendentibusque associet.

a Illis omissio baptismatis imputetur. *b* Spoliationem. *c* Exquiratur. *d* Crimen.

CAP. XI.

Ex Concilio Toletano VI. anno 638. *can.* 4.

De damnatione clericorum per pecuniam ecclesiasticos gradus assequentium, ut excommunicati una cum ordinatoribus suis, bonorum amissione multentur.

1 Sæpe pullulantia pravitatum germina licet sæpissime Patrum justa noverimus severitate damnata, tamen quia crebris conspiciuntur denuo vigere radicibus, justitiæ 2 acriori vigore radicitus ea amputare sancimus. Proinde quicumque Simonis imitator simoniacæ quoque hæresis extiterit auctor, ut ecclesiasticorum ordinum gradus non dignitate morum obtineat, sed munerum impensione conquirat, et per oblata munera capiat, quibus hunc nec rationis ordo, nec dignitas morum ulla 3 commendet; talis inventus, sacrorum ordinum apices penitus adipisci nullo modo permittatur, sed etsi adeptus fuerit, communione privatus cum ordinatoribus suis 4 propriorum bonorum amissione damnetur.

1 *Al.* sæpe pullulant pravitatis.

2 *Al.* acriore vigore radicitus amputare, sancimus juxta quod in præteritis canonibus scriptum est; anathema danti et accipienti. Proinde... hæresis extiterit sectator.

3 *Al.* commendat.

4 *Al.* propriorum bonorum amissione damnetur, qui non pro amore Dei, sed pro ambitione honoris tonsuram suscepisse noscuntur.

CAP. XII.

Ex eodem, canone 7.

De pœnitentibus transgressoribus, ut si eos sacerdos munere aut favore devictus etiam revertentes excipiat, excommunicetur.

Quamvis priora numquam siluerint 5 de tanto facinore concilia, ratio tamen 6 poscit, ut ea quæ frequenti prævaricatione iterantur, frequenti sententia condemnentur. Et ideo quoniam tanta existit perversitas hominum, ut hi quos sub religioso habitu pœnitentiæ professio pro peccatorum venia, ad manum sacerdotis deducit vel adduxit, iterum rediviva malitia ad vitæ pristinæ sordes revocet, hujus rei caussa sancta synodus decernit, ut si qui ingenuorum utriusque sexus, sub 7 nomine pœnitentiæ in habitu religioso sunt conversati, post hæc autem comam nutrientes vel vestimenta sæcularia sumentes, ad id quod reliquerant, 8 redierint, ab episcopo civitatis in cujus territorio sunt conversi, comprehensi, rursus legibus pœnitentiæ in monasteriis subdantur in-

5 *Al.* de tantis facinoribus.

6 *Al.* deposcit.

7 *Al.* nomine pœnitentis.

8 *Al.* redierunt.

invitì. [1] Quod si facere propter aliquem potestatis vigorem [a] difficile fuerit, tunc sicut [2] priscorum canonum statuerunt decreta, quousque ad dimissum ordinem revertantur, [3] excommunicati habeantur, sed et hi qui post excommunicationem vel interdictum cum ipsis communicaverint. Sacerdos autem ad quem pertinere noscuntur, si eos quolibet munere vel favore [4] aut diligentia admonere noluerit, [5] et aut revertentes suscipiat, aut contemnentes de ecclesia rejiciat [b], simili sententia plectatur, quousque emendationis vel damnationis eorum ab eo sententia promulgetur. *Eumdem vide in cap. 7. de Recidivis.*

1 *Al.* Quod si fieri propter alicujus.
2 *Al.* priorum canonum.
3 *Al.* excommunicati et anathemate condemnati habeantur; similiter et hi.
4 *Al.* aut negligentia.
5 *Al.* ut aut revertentes.

CAP. XIII.

Ex Concilio Toletano VIII. anno 653. can. 3.

[6] *De præmio episcopalis ordinis tituli*, ut qui ejusmodi facinus inventus fuerit perpetrasse, anathema sit, et si alius eum detexerit, ordine suscepto privetur, et in monasterium detrudatur; munerum vero receptores, si clerici, honoris amissione; si laici, anathema damnentur.

6 Al. *De his, qui sacrosanctos ordines muneribus assequuntur; et fautoribus eorum.*

[7] Tertiæ ratiocinationis alloquio [c] doluimus contra priorum monita Patrum vota [d] perniciosissima posterorum. Nam quanto frequentius illi noxia vetuerunt, tanto studiosius isti perpetrare vetita non quiescunt. Sicque per contrarium quod penitus occumbere debuit, insultare [e] non desinit, et res quæ tot excisa decretis, arescere potuit, ad [8] vicem [f], Lernæi [g] capitis, ut ferunt fabulæ, truncata virescit. Denique quod sine magno dolore dicendum non est, reperiuntur quamplurimi negotio muneris perituri mercari velle gratiam Spiritus Sancti, dum vile præmium donant, ut pontificialis ordinis sublime culmen accipiant, obliti verborum Petri qui dixit ad Simonem: [9] *Pecunia tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri.* Proinde quia usitatum est [10] tale malum, et majorum frequenter extat mucrone succissum, nos quoque huic vulneri cancroso ignitum quod superest ad-

7 *Al.* Tertio... contra priora.
8 *Al.* vicem hydræ capitis.
Can. *Reperiuntur* 7. c. 1. q. 1. perperam Sancto Ambrosio tributo.
9 Al. *Pecunia tua tecum.... pecunia possideri.*
Act. Apost. 8. v. 20.
10 *Al.* tantum malum, quia et majorum. Frequenter constat mucrone.... vulneri canceroso.... decernentes omnino.... deinceps propter accipiendam sacerdotii dignitatem.

a Alicujus hominis potentis vim. b *Legendum forte*: Et aut contemnentes suscipiat, aut revertentes de ecclesia rejiciat. c Tertia sessione. d Conatus, desideria.
e Rosultare, exurgere. f Ad exemplum. g Hydra erat hæc seu serpens, Lernæa dicta, quod extaret in palude juxta Lernam, Achajæ locum; de qua ferunt fabulæ, quod pluribus ornata esset capitibus, quorum alterum quum amputaret Hercules, plura illico ei renascerentur.

adhuc injicimus ferrum; decernentes omnimodo, ut quicumque deinceps pro percipienda sacerdotii dignitate quodlibet præmium detectus fuerit obtulisse, ex eodem tempore se noverit anathematis opprobrio condemnatum, [1] atque a perceptione Christi corporis et sanguinis alienum ex quo illum [2] constat hoc execrabile Christo perpetrasse flagitium. Quod si aliquis extiterit qui accuset, ille qui hunc ordinem munerum fuerat acceptatione lucratus, [3] et suscepti honoris gradu privetur, et in monasterio sub perenni pœnitentia religetur. Illi vero [4] qui pro hac caussa munerum acceptores extiterint, si clerici fuerint, honoris amissione multentur; si vero laici, anathemate perpetuo condemnentur.

1 *Al.* atque a participatione.

2 *Al.* constat execrabile.

3 *Al.* et suscepto honoris.

4 *Al.* qui hac.

CAP. XIV.

Ex Concilio Emeritensi anno 666. *canone* 9.

Quid presbyter observare debeat, qui presbyteris jubetur dare sanctum chrisma, scilicet, ut nihil ab eis postulet, neque etiam pro baptismatis collatione sub pœna excommunicationis, et trium mensium pœnitentiæ.

Conveniens in omnibus nobis hæc manet sententia, quæ digne custodiatur in nostra provincia [a]. Placuit, ut quisquis ab episcopo sanctum in potestate presbyteris ad distribuendum, tempore opportuno acceperit chrisma [b], nihil ab eis beneficii caussa [c] tollere aut petere præsumat. Similiter et presbyteri qui Sanctum Dei baptisma infantibus tradunt, nihil pro tali gratia a parentibus eorum auferre præsumant. Quod si quis aliquid offerat per bonam voluntatem, accipiat grate, nihil tamen, ut diximus, auferatur quacumque occasione. Si quis sententiæ hujus ordinem non custodierit, eumque transgredi præsumserit, tribus mensibus sub pœnitentia excommunicatus manebit.

a Hoc est: Mens omnibus nobis una est, ut sententia hæc vel constitutio solerter observetur in nostra provincia. *b Ita restituerem hanc periodum*: ut quisquis in potestate sua acceperit tempore opportuno sanctum chrisma, ad distribuendum presbyteris. *c* Titulo.

CAP. XV.

Ex Concilio Toletano XI. anno 675. *canone* 8.

Ne quicquam præmii pro divinis sacramentis accipiatur, etiam sponte oblatum.

• Quicquid invisibilis [1] gratiæ collatione tribuitur, nummorum quæstu vel quibuslibet præmiis venundari [2] penitus non debet, dicente Domino: *Quod gratis accepistis, gratis date.* Et ideo quicumque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis consignandisque fidelibus, [3] aut pro collatione chrismatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet vel [4] præmia voluntarie oblata pro hujusmodi ambitione susceperit, equidem [5] si scient loci episcopi, tale quicquam a subditis perpetratum, idem episcopus duobus mensibus excommunicationi subjaceat; [6] pro eo quia et sciens mala contexit, et correctionem necessariam non adhibuit. Sin autem suorum quispiam, eodem nesciente, quodcumque pro supradictis capitulis accipiendum esse sibi crediderit, si presbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur, si diaconus, quatuor, subdiaconus [a] vero, vel clericus his cupiditatibus serviens, et competenti verbere, et debita excommunicatione plectendus est.

• *Can.* 101. *c.* 1. *q.* 1.
1 *Al.* gratiæ consolatione tribuitur, numquam quæstu.
2 *Al.* penitus debet.
3 *Al.* aut pro consolatione. *vel* aut collatione.
4 *Al.* præmia nisi voluntarie.
5 *Al.* si sciente loci episcopo... subditis perpetratur.
6 *Al.* pro eo quod et sciens... et correptionem... non acquisivit. Sin autem... nesciente quicquam de supradictis capitulis... presbyter est, quatuor mensium... diaconus trium, *vel* duorum, subdiaconus... serviens, pro competenti pœna, et debita.

CAP. XVI.

Ex eodem, canone 9.

7 *Quid custodiri debeat, ne per præmium episcopus fiat, vel qua sententia feriatur is qui post honorem acceptum per præmium ordinatus fuisse detegitur*; ut scilicet duorum annorum exilio, excommunicatione et depositione puniatur.

7 Al. *Quid custodiri debeat, ne per præmium quis episcopus fiat, vel qua sententia feriatur, qui post honorem acceptum per pecuniam ordinatus.*

Multæ super hoc capitulo Patrum sententiæ manaverunt, scilicet, ne [8] inappretiabilem Sancti Spiritus gratiam donis vel muneribus quis existimet comparandam. Sed (quod non sine gravi dolore dicendum est) quanto [9] hæc res

8 *Al.* impretiabilem.
9 *Al.* hæc frequenti.

[a] Eo quod inter inferiores adhuc clericos enumeraretur, licet jam illis injuncta esset castitatis promissio, ut in cap. 6. de *Ordinat. grad.* et sacra vasa contingere liceret, ut in cap. 1. de *Subdiaconis.*

res frequenti decretorum est præceptione prohibita, [1] tanto nobis fraudibus cognoscitur iterata, dum hi qui tali pretio mercari nituntur gratiam Spiritus Sancti, aut [2] ordinationis seu tempora præveniunt munere, aut post acceptum honorem [3] promissam suis conferunt apparitoribus [a] turpis lucri mercedem. Et ideo ut horum et similium argumentorum deinceps amputetur occassio, [4] hoc sancta synodus definivit, ut quum quisque pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, sacramenti [b] [5] se taxatione adstringat, quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cujuslibet præmii [6] collationem vel jam dedisse, vel aliquando ad futurum dare procuret, sicque aut mundus ab hoc contagio prælationis consecrationem [7] accipiat, aut implicitus huic sceleri manifeste denotatus [c] coram ecclesia, ad honorem quem mercari voluit, non accedat. Illos autem quos deinceps post relationem per præmium ordinatos fuisse patuerit, sub definitis pœnitentiæ legibus, ut vere simoniacos ab ecclesia separandos esse censemus, id est, ut duorum annorum spatio exilio relegati, et [8] digna satisfactionis vel excommunicationis sententia coerciti, honoris gradum, quem præmiis emerant, lacrimis conquirere et reparare intendant. Unde si digna eos satisfactio pœnitentiæ commendaverit, peracto pœnitentiæ indictæ tempore, non tantum communioni, sed et loco, et totius ordinis officiis, a quibus [9] separati fuerunt, restaurandi sunt.

1 *Al.* tanto a nobis.

2 *Al.* ordinationis suæ tempora.

3 *Al.* promissis suis conferunt apparentibus turpis.

4 *Al.* hæc sancta.

5 *Al.* se exactione adstringatur.

6 *Al.* collationem, vel aliquando dedisset, vel aliquando in futurum.

7 *Al.* accipiat, aut publicato hoc scelere. *vel*: aut per illicitum usum implicatus huic sceleri, manifeste denudatus coram ecclesia, et ad honorem... deinceps post prælationem per...

8 *Al.* digna satisfactione.

9 *Al.* separati fuerant.

CAP. XVII.

Ex Concilio Bracharensi III. anno 675. *can.* 8.

[10] *Ne repromissione munerum* ante ordinationem, nec remuneratione post ordinationem *honoris gratiæ venundentur*, sub depositionis pœna recipienti et tradenti imposita.

10 Al. *Ne promissione munerum honoris gratia venundetur.*

Quia non expedit, ut donum Sancti Spiritus pecuniis comparetur, quamquam ex hoc antiquorum canonum [11] disciplinæ et multiplices maneant et diversæ, tamen quia necesse est, ut frequentius retundatur, quod sine intermissione præsumitur, ideo novellæ hujus [12] institutionis formam instituentes decernimus, ut quicumque pro con-

Iiiii 2 fe-

11 *Al.* disciplinæ maneant diversæ.

12 *Al.* institutionis formulam.

a Intercessoribus. *b* Juramenti. *c* Infamatus.

ferendo cuiquam sacerdotii gradu aut munus quodcumque [1] aut promissionem muneris antequam ordinetur acceperit, vel etiam postquam ordinatus fuerit in aliquo se pro hoc ipso præsumserit munerari, [2] sive ille qui dederit, sive qui acceperit, juxta sententiam Chalcedonensis concilii [a], gradus sui periculum sustinebit.

1 *Al.* aut promissiones.

2 *Al.* sive qui dederit, sive ille qui acceperit.

CAP. XVIII.

Non est verus christianus, qui sacra ecclesiæ emere, aut vendere tentat.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. *cap.* 2.

Nec ullus [3] præsumat simoniacus esse, quia [4] sibi ipsam ordinationem; nec [5] ab episcopis, nec presbyteris, nec decanis [b], nec [6] ab omnibus ministris ecclesiæ emere, nec vendere nec ipsa sacra ministeria, nec oleum, [7] nec alius ordo ecclesiasticus poterit. Quod qui fecerit, simoniacum se esse cognoscat, non verissimum christianum [c]. *Quæ sequuntur, in cap. 7. de Indument. et omni exter. hab. cleric.*

3 *Al.* Et nullus.
4 *Al.* quærens sibi.
5 *Al.* nec episcopus, nec presbyter, nec diaconus.
6 *Al. deest*: ab.
7 *Al.* nec ulla de ordine ecclesiatico. Quod.

TIT. XI.

DE FURTO, USURA, ET PERJURIO.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 20.

De laicis usurariis, ut in scelere persistentes, ab ecclesia projiciantur.

[d] Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras, et promiserit [8] correptus, se jam cessaturum, nec ulterius exacturum, [9] placet ei veniam tribui; si vero in ea iniquitate duraverit, [10] ab ecclesia sciat se esse projiciendum.

8 *Al.* correctus.
9 *Al.* placuit.
10 *Al.* ecclesia se esse.

a Can. 2. *b* Diaconis. *c* Hæreticum; simoniaci enim hæretici dicti sunt. Vide sis Magistrum Sent. in 4. dist. 25. n. 4. et can. *Statuimus* caus. 1. q. 1. *d* Primam hujus canonis partem, quod ad clericos spectet, ad tit. de *Clerico negotiatore* adjecimus, hanc vero quæ de laicis est, assutam esse concilio suspicatur Salmasius, hæreticæ partis homo de *Usuris* cap. 16. ea futili ratione ductus quod syn. Nicæna clericis tantummodo usuras interdixerit, et quod christianissimi imperatores moderatas permiserint usuras, uti videre est in cod. Theod. lib. 2. tit. 33. de *Usuris*.

CAP.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. canone 11.

Ut si quis potentium quemlibet expoliaverit, et admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

• Si quis de potentibus clericum aut [1] quemlibet pauperiorem aut religiosum [a] expoliaverit, [2] et mandaverit ad ipsum episcopus ut eum audiat [b], et si contemserit, invicem mox scripta percurrant per omnes provinciæ episcopos, et quoscumque adire potuerint [c] ut excommunicatus [3] habeatur donec audiatur, ut reddat aliena. *Eumdem vide in cap. 1. de Potest. episc. in dijudic. caus. civilib.*

• *Can. 21. c. 24. q. 3.*
1 *Al.* quemlibet pauperem.
2 *Al.* et mandaverit eum ad se venire episcopus, ut audiatur, et is contemserit.
3 *Al.* habeatur ipse, donec obediat, et reddat aliena.

CAP. III.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. canone 7.

De his qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant, ut per annum pœnitentiam agant.

• Qui sacramento se obligaverit [d], [4] ut litigans cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio [e] uno [5] anno a communione corporis et sanguinis Domini segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, et quantis potuerit jejuniis abluat, ad caritatem vero, quæ *operit multitudinem peccatorum*, [6] celeriter venire festinet.

• *Can. 11. c. 22. q. 4.*
4 *Al.* ut litiget, ne ad pacem ullo modo.
5 *Al.* anno a corpore et sanguine Domini segregetur, et reatum suum jejuniis et eleemosynis absolvat.
1. Petri 4. v. 8.
6 *Al.* celeriter redeat.

CAP. IV.

Ex Collectione Martini Bracharensis cap. 47.

7 *De non suscipiendis servis alienis*, qui Divini cultus caussa a propriis dominis recesserunt.

• Si quis servum alienum caussa religionis doceat contemnere dominum suum, et recedere a servitio ejus, [8] durissime in omnibus arguatur.

7 *Al. De non suscipiendis servis in clero alienis.*
• *Can. 38. c. 17. q. 4. ex Gangren can. 3.*
8 *Al.* durissime ab omnibus arguatur, et ad pœnitentiam compellatur.

a Religiosæ aut devotæ vitæ deditum *b* Ut ad judicium episcopi se sistat.
c Et apud quoscumque ad quos pervenire potuerint hujusmodi scripta seu epistolæ.
d Qui juramentum emiserit. *e* Perjurium dicebatur quodlibet juramentum iniquum.

CAP.

CAP. V.

Ex Synodo Compostellana anno 1114. *cap.* 5.

De proditoribus et latronibus, a nemine protegendis sub talionis poena.

Proditores et latrones nemo protegere, nemo defendere praesumat. Sane eorum protectores damna vel calumnias [a], quae illi sustinere meruerant, sustineant.

CAP. VI.

Ex eadem, *cap.* 6.

De furibus, ut tertio de crimine convicti, a principe saeculari puniantur.

Fur postquam tertio fuerit reus convictus, [1] comprehensus fuerit, principibus terrae atque justitiae examinatoribus tradatur. Qui dictante justitia, pro meritis ultionem in eum exerceant, sibique dati gladii caussam animadvertant [b]. Noverint enim, quia qui percutit malos, in eo quod mali sunt, minister Dei est; et alibi: punire malos, non est effussio sanguinis.

1 *Al.* comprehensusve.

CAP. VII.

Ex eadem, *cap.* 17.

De latronibus.

Quicumque latronem comprehenderit, eum villico [c] terrae tradat, et quaecumque villicus ab eo abstraxerit [d], horum tertiam partem habeat; sic et de proditoribus.

a Poenas aut supplicium. *b* Ostendant, ideo sibi a Deo datum fuisse gladium, ut in criminosos animadvertant. *c* Villae gubernatori. *d* Quicquid cum eo apprehenderit.

CAP.

CAP. VIII.

Ex eadem, *cap.* 18.

[1] *Ne quis res mortuorum inquietet.*

1 Al. *Ne quis res mortuorum diripiat, aut inquietet.*

Quoties quis naturæ jura persolverit, illius hæreditates ceteraque beneficia [a], usque ad [2] XL. dies integra nullaque inquietatione labefacta, qualiter ille dimiserit, consistant. [3] Finitis autem XL. diebus, possessionibus ceterisque beneficiis sub eodem jure, sub quo qui mortis spiculo ceciderit, qualiterve dimiserit existentibus, si qua jurgia aut si qua calumniarum schismata super his fuerint, ab apostolicæ sedis [b] judicibus ceterisque disertis viris diffiniantur; ceterum ne quis hæredipeta [c] nequis sycophanta [d] usurpative accedat, justitiæ argumentis plenius indagetur.

2 *Al. deest*: XL.

3 *Al.* Finitis havitis autem.

CAP. IX.

Ex eadem cap. 22.

De rebus captivorum.

Bona eorum, qui capiuntur a Mauris, usque ad annum plenum intemerata et integra conserventur, ut si forte fortuito captum potuerint redimere, redimant; sin autem, completo anno juxta arbitrium propinquorum eorum bona distribuantur [e].

CAP. X.

Ut pro furto quindecim annorum pœnitentia constituatur.

Ex Concilio Ovetensi anno 1115. *cap.* 1.

Statuimus, inquiunt, et decernimus, et super sacrum textum evangelii jurejurando firmamus, ut vestrum nullus deinceps domitos vel indomitos pro aliqua caussa pignoret

a Prædia seu possessiones in beneficium seu utilitatem concessa. *b* Ecclesiæ S. Jacobi Apostoli. *c* Hæres proximior. *d* Ille proprie dicebatur sycophanta, qui ficus Athenis alio exportabat, absque vectigali expenso: hic autem sumitur pro callido prædatore. *e* *Hoc est*: secundum *amicabilem*, ut ajunt, *compositionem*, captivi consanguinei inter se se ejus bona dividant.

ret boves [a], nec auferat alicui extraneo vel suo servo vel mandatitio [b]. Quod si fecerit, sit maledictus et excommunicatus, et pro scelere perpetrato judici terræ et episcopo xv. annis pœniteat, quinque ex his in exilio, et quinque sicut præceperit ei episcopus suus, ceteros quinque foris ecclesiam in sua terra [c] redimat [d].

CAP. XI.

De puniendis a potestate sæculari furibus, et nullius admittendis intercessionibus.

Ex eodem, *cap.* 2.

Simili modo etiam firmamus, ut nullatenus furtum faciamus, nec facientibus consentiamus, et si latronem capere poterimus, pro modo furti plenam justitiam faciamus, et qui pro eo exoraverit, ut sic emendetur, secundum modum culpæ, anathema sit.

CAP. XII.

Ex Concilio Palentino anno 1129. *cap.* 12.

Clericos, monachos, viatores, mercatores, peregrinos sola limina petentes [e], et mulieres si quis invaserit monasterio, vel exilio deputetur. *Idem vide in cap. 6. de Immunit. cleric.*

CAP. XIII.

Ex eodem, *cap.* 17.

Qui falsam monetam fecerint, excommunicentur, et a rege [1] effosionem ecclesiasticorum patiantur [f].

1 *Al.* effosionem oculorum patiantur.

a Quippe qui necessarii sunt ad excolendos agros. *b* Famulo absque servitute. *c* In patria. *d* Peragat. *e* Peregrinos scilicet, qui gratia dumtaxat devotionis in alicujus sancti ecclesias vel sepulcra tendunt. *f* Constantinus leg. 1. tit. 21. de *Falsa moneta.* Lib. 9. *Cod. Theod.* constituit, ut monetarii nobiles, perpetui exilii; viles, publicationis bonorum; servi, capitali sententia puniantur. Reccesvinthus leg. 1. tit. 6. lib. 7. *Fori Jud.* falsæ monetæ cussores abscissionis dexteræ manus pœna puniendos voluit. Alphonsus Sap. leg. 9. tit. 7. P. 7. eosdem comburendos sancivit.

TIT.

TIT. XII.

DE MŒCHIA ET LENOCINIO.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 12.

De mulieribus, quæ lenocinium [1] *fecerint*, ut nec in exitu vitæ communicent.

MATER vel parentes vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius suum, [a] [2] placuit, eam nec in finem accipere communionem.

CAP. II.

Ex eodem, canone 14.

De virginibus sæcularibus, [3] *si mœchatæ fuerint*; ut si ipsos sibi constupratores conjugio sociaverint, post annum reconcilientur; si alios, post quinque annorum pœnitentiam.

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas [4] violaverint, duxerint et tenuerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, [b] post annum sine pœnitentia [c] reconciliari debebunt. Vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ sint, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

1 In Cod. Albeld. ad marg. *Circumventiones et complexiones meretricum.*

2 *Al.* placuit eas.

3 Al. *si mœchaverint.*

4 *Al.* violaverunt, maritos acceperint, eo quod... violaverint, post pœnitentiam unius anni reconcilientur. Si alios cognoverint,... mœchatæ sint, quinquennio pœniteant, et sic ad communionem accedant. *vel* admitti eas ad communionem oportere.

a Caro quippe filiorum non improprie dicitur parentum caro. *b* *Id est*: quia quum non se Deo devoverint, ut illæ quæ in præcedenti canone, qui extat in cap. 1. de *Monachis et virginibus*, tantummodo deliquerunt in eo quod se pollui passæ sint extra matrimonium. *c* Publica et statutis pœnitentiæ gradibus.

CAP. III.

Ex eodem, canone 31.

1 Al. *mœchati sunt.*

De adolescentibus, qui post lavacrum 1 *mœchati fuerint,* si duxerint uxores, ut peracta pœnitentia, ad communionem admittantur.

Adolescentes, qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, quum a duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, 2 placuit ad communionem eos admitti debere.

2 *Al.* placuit ad communionem admitti debere.

CAP. IV.

Ex eodem, canone 47.

3 Al. *De eo qui uxorem habens sæpius mœchatur.*

3 *De eo, qui uxorem habet, si sæpius mœchatur*, ut in fine vitæ emendatione promissa, ad communionem recipiatur; qui si rursus peccaverit, perpetua communione privandus est.

Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus b, rursus fuerit mœchatus, placuit, ulterius 4 non edere eum de communione pacis.

4 *Al.* non ludere eum *vel* non illudere alios de communione.

CAP. V.

Ex eodem, canone 63.

5 Al. *quæ filios ex adulterio.*

De uxoribus, 5 *quæ filios de adulteris necant*, ut nec in fine vitæ communicent.

6 *Al.* Si qua per adulterium absente marito suo... placuit, nec in fine. *vel* placuit ei vix in fine.

6 Si qua mulier per adulterium, absente marito, conceperit, idque post facinus occiderit, placuit, ei nec in fine dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus. *Eumdem vide in cap. 5. de Homicidio.*

a Si. *b* Convalescens.

CAP.

CAP. VI.

Ex eodem, canone 64.

[1] *De feminis, quæ usque ad mortem cum alienis viris adulterantur*, ut in fine communionem accipiant; si quando vero resipuerint, post decem pœnitentiæ annos communione donentur.

[1] Al. *De feminis, quæ semper.*

[2] Si qua mulier usque in finem mortis suæ cum alieno fuerit viro mœchata, [3] placuit, in fine dandam ei esse communionem. Si vero eum reliquerit, post decem [4] annos recipi ad communionem, acta legitima pœnitentia.

[2] *Al.* Si qua usque.
[3] *Al.* placuit, nec in.
[4] *Al.* annos accipiat communionem.

CAP. VII.

Ex eodem, canone 68.

De catechumena adultera, quæ filium necat, ut in fine vitæ baptizetur.

Catechumena, si per adulterium conceperit, et [5] conceptum necaverit, placuit, eam in fine baptizari. *Eumdem vide in cap. 8. de Catechum. et cap. 6. de Homicid.*

[5] *Al.* conceptum præfocaverit, placuit.

CAP. VIII.

Ex eodem, canone 69.

De viris conjugatis, postea in adulterium lapsis, ut solum post peractam quinque annorum pœnitentiam, nisi accedente interim infirmitate, communionem accipiant.

Si quis forte habens uxorem, semel fuerit lapsus [a], placuit, eum [6] quinquennio agere debere pœnitentiam, et sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc et circa feminas observandum.

[6] *Al.* quinquennium agere de ea re pœnitentiam.

[a] In peccatum carnis.

CAP. IX.

Ex eodem, canone 70.

1 Al. *adulterant.*

De feminis, quæ consciis maritis [1] *adulterantur*, ut nec in fine vitæ communionem accipiant mariti, nisi uxores dimiserint, et tunc, post decem annos.

[2] Si conscio marito fuerit mœchata uxor, placuit nec in fine dandam esse communionem [a]. Si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, [3] si eam, quum scierit adulteram, aliquo tempore in domo sua retinuit. *Eumdem vide in cap. 2. de Divortio.*

2 *Al.* Si cum conscientia mariti uxor fuerit mœchata, placuit, nec in fine dandam ei esse.

3 *Al. deest a verbis his*: si eam, quum.

CAP. X.

Ex eodem, canone 72.

De viduis mœchis, si eumdem postea maritum duxerint, post quinquennii pœnitentiam ad communionem admittendis; nec in fine tamen, si alium duxerint.

• Si qua vidua fuerit mœchata, et eumdem postea habuerit maritum, [4] post quinquennium tempus acta legitima pœnitentia placuit [5] eam communione reconciliari. Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem. Vel si fuerit ille fidelis [6] quam acceperit [b], communionem non accipiat, nisi post decem annos acta legitima pœnitentia, nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

• *Can. 7. c. 31. q. 1.*

4 *Al.* post quinquennii.

5 *Al.* eam ad communionem *vel*: communioni reconciliari.

6 *Al.* quem accepit. *vel*: accipit.... nisi per decem annos... pœnitentia, vel si infirmitas.

CAP. XI.

Ex eodem, canone 78.

7 Al. *mœchati fuerint.*

De fidelibus conjugatis, si cum judæa vel gentili [7] *mœchati sint*, ut detecti post quinquennii pœnitentiam communione participent.

Si quis fidelis habens uxorem, cum judæa vel gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si alius eum

a Scilicet, marito. *b* Quamvis non is, cum quo mœchata fuerat.

eum detexerit, post quinquennium acta legitima pœnitentia poterit Dominicæ sociari communioni.

CAP. XII.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. canone 7.

Ut clericus, cujus uxor peccaverit, præter necem potestatem [1] *habeat distringendi eam, et cum ea cibum non sumat.*

[*] Placuit, [2] ut si quorumcumque clericorum uxores peccaverint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem [3] custodiendi ac ligandi in domo sua, ad jejunia salutaria, non mortifera, cogentes; ita ut invicem sibi clerici pauperes auxilium ferant [a], si servitia [b] forte non habeant. Cum uxoribus autem ipsis quæ peccaverint, [4] nec cibum sumant, nisi forte ad timorem Dei, acta pœnitentia, revertantur. *Eumdem vide in cap. 3. de Divortio.*

1 Al. *habet.*

* *Can. 10. c. 33. q. 2.*

2 *Al.* ut si quæcumque.

3 *Al.* custodiendi, religandi... jejunia salutifera, non mortifera eas cogentes.

4 *Al.* nec cibos.

CAP. XIII.

Ex eodem, canone 17.

De eo qui uxorem [5] *habet, si concubinam habuerit, non communicetur.*

Si quis habens [6] uxorem fidelem, si concubinam habeat, non communicet. [7] Ceterum qui non habet uxorem, et pro uxore concubinam [c] habet, a communione non repellatur; [8] tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus, alias vero vivens abjiciatur, donec desinat, [9] et per pœnitentiam revertatur.

5 Al. *habuerit, ut non communicet.*

6 *Al.* uxorem fidelis, *vel*: uxorem et fidelem.

7 *Al.* Ceterum is qui.

8 *Al.* tamen ut unius.

9 *Al.* et ad pœnitentiam.

a Mutuo se se clerici juventur in re familiari ministranda, uxore e domo expulsa.
b Servos. *c* Concubina hic sumitur pro uxore vera, sed absque dote et sollemnitate ducta.

CAP.

CAP. XIV.

Ex Collectione Martini Bracharensis cap. 76.

De adulteris, ut septem annis pœniteant.

* Ex *Ancyr. can.* 20. et *Wormat. can.* 44.

* Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem irruerit, septem annis pœnitentiam agat.

CAP. XV.

Ex eadem, cap. 77.

1 Al. *abortivum.*

De mulieribus fornicariis sive adulteris, *et* [1] *abortum facientibus*, ut decem annis pœnitentiam agant.

* Ex *Ancyr. can.* 21.
2 *Al.* Si qua mulier fornicata fuerit.
3 *Al.* aborsum facere.
4 *Al.* elaborare.
5 *Al.* mulieres in morte.
6 *Al.* ipsorum.

* [2] Si qua mulier fornicaverit, et infantem qui exinde fuerit natus occiderit, et quæ studuerit [3] abortum facere, et quod conceptum est necare, aut certe, ut non concipiat, [4] elaborat, sive ex adulterio sive ex legitimo conjugio, has tales [5] mulieres nec in morte recipere communionem priores canones [a] decreverunt. Nos tamen pro misericordia sive tales mulieres, sive conscias scelerum [6] ipsarum decem annis agere pœnitentiam, judicamus. *Idem vide in cap. 10. de Homicidio.*

CAP. XVI.

Ex Synodo Helenensi anno 1027. cap. 4.

Neque aliquis uxorem propriam dimittat, nec alteram feminam habeat.

CAP. XVII.

Ex Concilio Compostellano anno 1056. cap. 3.

7 *Al.* Et nullus.
8 *Al.* et communione.

[7] Nullus christianus duas uxores habeat, nec uxorem fratris sui accipiat. Quod qui præsumserit, et tale scelus commiserit, ab ecclesia [8] et a communione privetur. *Idem vide in cap. 19. de Imped. Matrim.*

a Illiberit. Vide supra cap. 5.

CAP.

CAP. XVIII.

Ex Concilio Palentino anno 1129. *cap.* 9.

Adulteros et incestuosos omnino separari, jubemus. *Idem vide in cap.* 6. *de Incestu, et peccat. cont. natur.*

TIT. XIII.

DE INCESTU, ET PECCATIS CONTRA NATURAM.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 71.

De stupratoribus puerorum.

STUPRATORIBUS puerorum nec in fine dandam esse communionem.

CAP. II.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. *canone* 4.

De incestis, ut quandiu in scelere sunt, inter catechumenos habeantur.

* De his qui [1] se incesta pollutione commaculant, placuit, ut quousque in ipso detestando et illicito carnis contubernio perseverant, usque ad Missam tantum catechumenorum [a] in ecclesia admittantur, cum quibus etiam, nec cibum sumere ullum christianorum, sicut Apostolus jussit, oportet.

* *Can.* 9. *c.* 35. *q.* 2.
[1] *Al.* se incestus pollutione.
1. *Cor.* 5. *v.* 11.

[a] *Scilicet*: usque ad finem Missæ catechumenorum, et initium Missæ fidelium; unde in Missali Mozarabico: *Incipit Missa.*

CAP.

CAP. III.

Ex Collectione Martini Bracharensis cap. 81.

1 Al. *De his, qui cum animalibus commiscuerint.*

[1] *De his, qui se animalibus commiscuerunt*, ut si fuerint viginti annis minores, viginti annis pœniteant; si majores, triginta; si provectiores, usque ad vitæ exitum.

* Ex *Ancyr. can.* 16.
2 *Al.* commistione.
3 *Al.* orationis communionem.
4 *Al.* humilitati.
5 *Al.* nec in exitu.
6 *Al.* oportet autem tales inter dœmoniosos orare.

* Si quis ante viginti annos in cujuslibet animalis [2] commistionem peccaverit, quindecim annis in humilitate subjaceat ad ecclesiæ januam, et post hos, aliis quinque annis in [3] orationis tantum communione receptus pœnitentiam agat, et sic gratiam sacramenti suscipiat. Interrogentur autem alii de eo, qualem vitam in pœnitentia egerit, et sic communionis misericordiam consequatur. Si quis autem post viginti annos, habens uxorem huic peccato irruerit, viginti quinque annis [4] humilitate subjaceat, et quinque annis orationibus tantum communicans, postea recipiat sacramentum. Quod si et hanc mensuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum [5] in exitu consequatur; [6] oportet enim tales inter dœmoniosos ordinare [a].

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano XVI. anno 693. *can.* 3.

7 Al. *De sodomitis.*

[7] *De stupris*, vel sodomitis, ut si fuerint episcopi, presbyteri, aut diaconi, deponantur, et in perpetuum relegentur; si laici, legis publicæ puniantur sententia, et insuper excommunicati, decalvati, et centum flagellati verberibus, perpetuo exilio mancipentur; quibus nisi post dignam pœnitentiæ satisfactionem, nec in vitæ exitu communio concedatur.

8 *Al.* in præteritis tradidit.

Sicut cordis corporisque munditia homines Deo proximos facit, ita incentivæ pollutionis actio a Deo alienos statuit; et sicut sodomiticos populos horrenda nimiumque detestanda patratio igni cœlitus confluenti exurendos [8] in peccatis tradidit, ita talibus immunditiis homines deditos æternæ damnationis rogus consumet, loquente Domino per prophetam: *Vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, et cibus ignis.* At nunc quoniam hæc funesta ac-

Isai. 9. *v.* 5.

a Computare.

actio et sodomiticæ operationis malum multos sauciasse perpenditur, adeo nos ob hujus fœdissimæ caussæ extirpandam consuetudinem zelo Domini ardentes omnes in communi sancimus, ut quicumque hujus nefariæ actionis patratores extiterint, quique in his turpitudinibus se se implicari permiserint, et contra naturam masculi in masculos hanc turpitudinem operaverint, siquidem episcopus, presbyter, aut diaconus fuerit, de proprii honoris gradu dejectus perpetui exilii manebit damnatione perculsus. Sin vero cujuslibet ordinis gradus vel personæ, et talibus colluvionis noxiis reperti fuerint implicati, illius legis [a], quæ de talibus est edita, nihilominus feriantur sententia, atque ab omni christianorum sint alieni caterva, et insuper centenis verberibus correpti, ac turpiter decalvati exilio mancipentur perpetuo. Ita nisi tam eos qui religionis cultum turpasse visi fuerint, quam etiam alios, ut diximus, cujuscumque ordinis homines digna satisfactio pœnitentiæ accipere corpus et sanguinem Christi in fine permiserit, aut christicolarum societati reddiderit, nec in exitus sui diem secundum canonum [b] instituta communionis perceptione se noverint relevari, nec catholicorum cœtui aggregari.

CAP. V.

Ex Synodo Helenensi anno 1027. cap. 4.

Neque aliquis se sciente in incestu usque ad VI. gradum permaneat. *Idem vide in cap. 18. de Imped. Matrim. et quæ sequuntur, in cap. 9. de Divortio.*

CAP. VI.

Ex Concilio Palentino anno 1129. cap. 9.

Adulteros et incestuosos omnino separari jubemus. *Idem vide in cap. 17. de Mœchia et lenoc.*

a Videlicet leg. 5. et 6. tit. 5. lib. 3. *Fori Jud.* quæ decernit, ut hujusmodi castrentur, atque ut uxores eorum, si habuerint, ab illis separari, et cum aliis contrahere possint. *b* Illiberit. can. 71. Vide sis supra cap. 1.

TIT. XIV.

DE EXCOMMUNICATIONE.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *canone* 28.

De oblationibus eorum, qui non communicant.

1 *Al.* Episcopos.... munus.

1 Episcopum placuit, ab eo qui non communicat, munera [a] accipere non debere [b].

CAP. II.

Ex eodem, canone 29.

2 Al. *habentur in ecclesia.*

De energumenis, qualiter 2 *habeantur*; scilicet, uti excommunicati.

3 *Al.* Energumenus. *vel*: Energumeno.

3 Energumenum, qui ab erratico [c] spiritu exagitatur, hujus nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum [d], neque permittendum, ut sua manu in ecclesia ministret [e].

CAP. III.

Ex Concilio Cæsaraugustano anno 380. *can.* 5.

4 Al. *episcopis communione privantur.*

Ut qui a suis 4 *episcopis privantur, ab aliis non recipiantur.*

5 *Al.* fecerint; qui hoc commiserit, non habeant.

Item lectum est, ut hi qui per disciplinam [f] aut sententiam episcopi ab ecclesia fuerint separati, ab aliis episcopis non sint recipiendi. Quod si scientes episcopi 5 fecerint, dictum est: qui hoc commiserit, non habeat communionem.

a Oblationes, quæ a fidelibus fieri solebant tempore sacrificii. *b* Robertus Sala in Notis ad Card. de Bona, *Rerum Liturgic.* lib. 2. cap. 7. perperam ex hoc canone eruere contendit, viguisse per id temporis in Hispania quotidianum sacræ communionis usum. Revera id unum ex synodo Illiberitana deprehendere possumus, Dominicis dumtaxat diebus debuisse fideles ecclesias adire. Vide sis can. 21. de *Festis diebus* cap. 1. *c* Erroris. *d* Jam tum temporis usitabantur oblationes, et piorum benefactorum nominum recitatio *e* Ne forte tempore ministerii ab spiritu conturbaretur. *f* Sponte susceptam pœnitentiam.

CAP.

CAP. IV.

Ex Concilio Toletano I. anno 400. *canone* 15.

De his, qui excommunicantur a sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat.

• Si quis laicus abstinetur [a], ad hunc vel ad domum ejus clericorum vel religiosorum nullus accedat. Similiter et clericus si abstinetur, a clericis devitetur. Si quis cum illo colloqui aut convivari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui [1] ejus sint episcopi, et ad omnes qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, sive [2] laico, sive clerico.

• *Can.* 26. *c.* 11. *q.* 3.

1 *Al.* ejus sunt. Episcopi.

2 *Al.* laico quolibet, sive.

CAP. V.

Ex Concilio Ilerdensi anno 546. *canone* 10.

De his, qui, jubente episcopo [3] omissa culpa, ab ecclesia exire contemserint.

• Qui jubente sacerdote [4] pro quacumque culpa ab ecclesia exire contemserit, pro noxa contumaciæ, tardius recipiatur.

3 Al. *commissa culpa.*

• *Can* 39. *c.* 11. *q.* 3.

4 *Al.* pro qualicumque culpa.... pro contumeliæ noxa tardius.

CAP. VI.

Quod cum excommunicatis communicare non liceat.

Ex Concilio Bracharensi I. anno 561. *cap.* 15.

Item placuit, ut hi qui pro hæresi aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, sicut et antiqua canonum [b] continent statuta, quæ si quis spernit, voluntarie se [5] ipsum alienæ damnationi tradet.

5 *Al.* ipsum alienum a communione facit.

a A communione. b Vide sis supra cap. 3. et 4.

CAP. VII.

Ex Collectione Martini Bracharensis cap. 37.

De clericis excommunicatis; ut nullus cum eis communicet, et si turbas excitaverint, ab omni plebe expellantur.

* Can. 7. c. 11. q. 3.

1 *Al.* aut diaconus, a suo episcopo, et post excommunicationem præsumserit sive episcopus ille aut presbyter aut diaconus facere oblationem, vel Matutinum aut Vespertinum... habere, nec ultra reconciliari, sed etiam ... sciebant eum esse dejectum. Si autem.... per forinsecam potestatem.

* Si quis episcopus in concilio excommunicatus fuerit, sive presbyter, [1] sive diaconus, facere oblationem vel Matutinum vel Vespertinum sacrificium [a] quasi in officio suo agere [b] sicut prius, non liceat ei, nec in alio concilio spem reconciliationis habere, nec ultra recolligi [c]; sed etiam eos qui ei communicaverint omnes ab ecclesia respui; maxime eos qui sciebant eum esse deletum [d]. Si autem permanserit turbans et concitans ecclesiam per forasticam [e] potestatem, oportet eum sicut seditionarium ab omni plebe expelli.

CAP. VIII.

Ex eadem, cap. 84.

De excommunicatis; ut non liceat cum eis communicare.

* Ex Antioch. can. 4.

2 *Al.* eorum introeuntes orare cum eis, neque liceat cum eis in alia ecclesia segregari Si autem aliquis episcopus aut presbyter.

* Non liceat communicare excommunicatis, neque in domos [2] eorum introire, neque orare cum eis, neque liceat ut in alia ecclesia segregentur. Si autem aliquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ecclesiasticus excommunicato communicaverit, quasi perturbans omnem disciplinam ecclesiasticam, excommunicetur.

a Officium. b Agens. c Restitui. d Excommunicatum, de diptica deletum.
e Externam, regiam, aut præpotentem.

CAP.

CAP. IX.

Cum excommunicatis loqui non licet, nisi quantum ad pœnitentiam spectat; neque pro ipsis orare, neque eorum cadavera ad sepulturam deferre, si in excommunicatione obierint.

Ex Synodo Helenensi anno 1027. *canone* 5.

Et ut noveritis omnes, quale peccatum sit jungi excommunicatis, nullus christianus debet manducare cum eis vel bibere; neque osculum eis porrigere, neque cum eis loqui nisi de satisfactione [a], neque, si excommunicati defuncti fuerint, debentur ad ecclesias sepeliri, neque aliquis clericus vel fidelis debet pro eis orare.

CAP. X.

Excommunicati, nisi intra tres menses absolutionem petierint, anathematizentur, careant sepultura ecclesiastica, et eorum nomina ad altare non recitentur.

Ex eadem, cap. 6.

Si vero pro nihilo duxerint excommunicationem, transactis tribus mensibus anathematis vinculo, id est, ut perditi, sicut Judas proditor, damnentur. Et si quod Deus avertat, in hac perfidia obierint, corpora illorum cum psalmis et hymnis vel spiritualibus canticis non ducantur ad sepulturam, nec inter fideles mortuos eorum nomina ad sacrum altare recitentur. Et quia peccatum perpetraverunt ad mortem, nisi pœnituerint, sine fine damnentur in æternam damnationem.

a De modo satisfaciendi, ut ab excommunicatione absolvantur.

CAP.

CAP. XI.

Ut publice in ecclesia pro excommunicatorum resipiscentia oretur, sub excommunicationis pœna.

Ex eadem, cap. 8. *et* 9.

Ministeria autem Divina sine intermissione fiant pro excommunicatis per spatium trium mensium, ut det illis Deus pœnitentiam, et resipiscant a laqueis diaboli, a quibus capti tenentur ad ipsius voluntatem.

Quod qui noluerit perficere, noverit, se multandum, nisi resipuerit, suprascripta excommunicatione. Omnibus autem supradicta observantibus pax et misericordia concedatur a Domino Jesu Christo hic, et in perpetuum. Amen.

CAP. XII.

Ut nullus apud se retineat excommunicatum.

Ex Concilio Palentino anno 1129. *cap.* 1.

Pro statu igitur sanctæ Romanæ Ecclesiæ et totius regni salute concilium celebrantes Palentiæ, inter cetera, hæc sequentia unanimiter statuimus, ut nullus proditorem publicum, et latronem, raptorem, perjurum, et excommunicatum secum habeat vel apud se retineat.

CAP. XIII.

Ex eodem, cap. 2.

Præcipimus etiam, ut nemo ecclesiam infra octoginta quatuor passus jure hæreditario possideat, utque oblationes excommunicatorum et decimæ non suscipiantur. *Idem vide in cap. 12. de Immunit. Eccles.*

CAP. XIV.

Ex eodem, cap. 8.

Nullus excommunicatos alterius recipiat.

TIT.

TIT. XV.

DE ABSOLUTIONE A CENSURIS.

CAP. I.

Ex Concilio Illiberitano anno 303. *Canone* 53.

De episcopis, qui excommunicato alieno communicant.

Placuit cunctis, ut ab eo episcopo [1] quis recipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si aliquis episcopus præsumserit eum [2] admittere, illo adhuc minime sciente vel consentiente, a quo fuerat communione privatus, sciat, se hujusmodi caussas inter fratres [a] esse cum status [b] sui periculo præstaturum.

1 *Al.* quis accipiat communionem, a quo separatus in crimine... Quod si alius episcopus.

2 *Al.* admitti illo adhuc minime faciente, vel.

CAP. II.

Ex Concilio Toletano IV. anno 633. *canone* 28.

De ordine, quo depositi iterum ordinantur.

Episcopus, presbyter, aut diaconus, si a gradu suo injuste dejectus, [3] in secunda synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de [4] manu episcopi orarium annulum et baculum; si presbyter orarium et planetam, si diaconus orarium et albam, si subdiaconus patenam et calicem, sic et reliqui gradus ea in reparationem sui recipiant, quæ quum ordinarentur, [5] perceperunt.

3 *Al.* in sancta synodo.

4 *Al.* manu episcoporum, si episcopus est, orarium... presbyter orarium et paternam.

5 *Al.* perceperant.

CAP. III.

Ex Concilio Toletano XII. anno 681. *can.* 3.

De culpatorum contra regem *receptione, vel communione apud ecclesiam* habenda, si eos rex in gratiam receperit.

Vidimus, quosdam et flevimus ex numero culpatorum re-

a In comprovincialium episcoporum conventu. b Gradus.

receptos in gratiam principum, extorres extitisse a collegio sacerdotum. Quod denotabile malum illa res agit, quia licentia principalis in quo [1] se solvi licentius curat, ibi alios alligat, et quos in suam communionem videtur suscipere, a communione et pace [2] ecclesiæ eligit separare; ut qui [3] cum illo convescunt, sola sacerdotum communione priventur [a]. Et ideo quia remissio talium [4] qui contra regem, gentem, vel patriam agunt, per definitiones canonum [b] [5] antiquorum in potestate solum regia ponitur, cui et peccasse [6] noscuntur, adeo nulla se deinceps a talibus abstinebit sacerdotum communio. Sed quos regia potestas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ effecerit, hos etiam sacerdotum et populorum conventus suscipere in ecclesiasticam communionem debebit; ut [7] quod jam principalis pietas habet acceptum, neque a sacerdotibus Dei habeatur extraneum.

1 *Al.* se volvi licentius.

2 *Al.* ecclesiæ videtur separare.

3 *Al.* cum illo convescuntur.

4 *Al.* qui contra legem, gentem.

5 *Al.* antiquorum potestate.

6 *Al.* noscuntur ab eis. nulla se deinceps abstinebit.

7 *Al.* quod principalis pietas habet acceptum, non a sacerdotibus Dei debet esse extraneum.

a Hoc est: Quod quidem opprobrium in eo sistit, quod princeps, qui ut suam ostendat potentiam, aliis a se depulsis, alios sibi habet gratia conjunctos, nonnumquam evenit, ut quos in suam recipit communionem, ab ecclesiæ tamen communione videat divulsos. *b* Vide tit. de *Obedient. et fidelit.*

FINIS.

IN-

INDEX
RERUM, ET NOMINUM,
QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR.

A

Au-

B

C

Cle-

D

Dia-

E

Ega-

F

H

I

J

M

N

Neu-

O

P

Q

Ra-

Vi-

Errata.	Corrige.
Pag. 3. lin. 12. *Epistola*	*In epistola*
Pag. 3. lin. 1. Not. Gallicanis	Gallicianis
Pag. 6. lin. 5. *Epistola*	*In epistola*
Pag. 7. lin. 14. *Epistola*	*In epistola*
Pag. 8. lin. 12. *Himericum*	*Hicmerium*
Pag. 11. lin. 1. Not. qua est	qua extat
Pag. 14. lin. 19. *cap.* 25.	*cap.* 15.
Pag. 17. lin. 4. *sicut in Metropolitana Ecclesia,*	sicut in Metropolitana ecclesia,
Pag. 18. lin. penult. speciebus *b* utensilibus,	speciebus, utensilibus, *b*
Pag. 27. lin. 13. *auferant*; si tamen a Metropolitano corripiantur, *et*	*auferant*, sin tamen, a Metropolitano corripiantur; *et*
Pag. 29. lin. 19. *Emeritano*	*Emeritensi*
Pag. 29. lin. ult. *celebratione*	*celebr.*
Pag. 30. lin. 24. *cap.* 15.	*cap.* 17.
Pag. 43. lin. 4. *Hicmericum*	*Hicmerium*
Pag. 43. lin. 1. Not. cap. 3.	cap. 2.
Pag. 45. lin. 28. *neque etiam petentibus populis eligantur indigni.*	neque etiam petentibus populis eligantur indigni.
Pag. 50. lin. ult. Not. cap. 2.	cap. 4.
Pag. 51. lin. 3. Not. cap. 29.	cap. 30.
Pag. 58. lin. 8. Not. cap. 30.	cap. 31.
Pag. 59. lin. 5. cap. 25.	cap. 26.
Pag. 60. lin. 5. *in clavi*	*in conclavi*
Pag. 67. lin. 4. *Emeritano*	*Emeritensi*
Pag. 70. lin. ult. Not. *confer.*	*celebr.*
Pag. 71. lin. ult. Not. Civitatentes	Civitatenses
Pag. 74. lin. 3. *cap.* 1.	*cap.* 2.
Pag. 75. lin. 2. *Ex eodem.*	*Ex Conc. Toletano VI. an.* 638.
Pag. 77. lin. 22. *cap.* 11.	*cap.* 12.
Pag. 79. lin. 3. *confirmatis* ut ab	*confirmatis*, ut ab
Pag. 79. lin. ult. Not. *confer.*	*celebr.*
Pag. 81. lin. 3. *ab episcopo*	ab episcopo
Pag. 82. lin. 25. malitia	militia
Pag. 83. lin. ult. *cap.* 2.	*cap.* 1.
Pag. 84. lin. 2. *Emeritano*	*Emeritensi*
Pag. 84. lin. 4. Not. presbytero ad cathedralem translato.	presbyterum ad cathedralem translatum.
Pag. 85. lin. 28. *cap.* 2.	*cap.* 1.
Pag. 90. lin. 1. Not. cap. *de*	*cap.* 3.
Pag. 96. lin. 3. Not. Leg. 2.	Leg. 1.
Pag. 100. lin. 1. Not. potitur	potiuntur
Pag. 102. lin. 6. *baptizatis* à diacono *non*	*baptizatis* a diacono, non
Pag. 102. lin. 10. salvus.	justus.
Pag. 103. lin. 17. orariis	orariis *a*
Pag. 109. lin. 9. *ut in ipsa ecclesiæ domo literis imbuantur.*	ut in ipsa ecclesiæ domo literis imbuantur.
Pag. 122. lin. antepenult. clericis 2.	clericis
Pag. 122. lin. 4. Not. margin. 2. *Al*	*vel*
Pag. 124. lin. 11. sancti	sanctis
Pag. 129. lin. 19. Not. margin. accipiat	accipiat,
Pag. 132. lin. 26. *Eumdem*	*Partem*
Pag. 132. lin. 2. Not. *Terrassa.*	*Tarrassa.*
Pag. 145. lin. 21. *cap.* 9.	*cap.* 11.
Pag. 148. lin. 4. canonum	canonum *a*
Pag. 152. lin. 10. constitutiones	constitutiones *a*
Pag. 153. lin. 1. Not. cap. 22.	cap. 23.
Pag. 154. lin. ult. Not. cap. 25.	cap. 26.
Pag. 158. lin. 1. præsidio	præsidio *a*
Pag. 164. lin. 21. *cap.* 17.	*cap.* 18.
Pag. 165. lin. 9. cœnobialibus	cœnobialibus *a*
Pag. 181. lin. penult. Not. talo	talos
Pag. 182. lin. 11. pœna, æque	pœna; æque
Pag. 184. lin. 1. *cap.* 13.	*cap.* 12.
Pag. 184. lin. ult. tricennium	tricennium *d*
Pag. 184. lin. ult. Not. lib. 6.	lib. 2.
Pag. 187. lin. 13. decretum	decretum *
Pag. 188. § *Quod* lin. 7. es,	est,
Pag. 193. lin. 15. *cap.* 9.	*cap.* 5.

Errata.	Corrige.
Pag. 197. lin. 3. *cap.* 12.	*cap.* 10.
Pag. 216. lin. 2. Not. cap. 26.	cap. 27.
Pag. 223. lin. 1. *a*	transfer in lin. 2. post vocabulum, eis.
Pag. 224. lin. 16. *cap.* 8. *de confirmat. et accept. Concil.*	*cap.* 22. *de Exord. et epil. Concil.*
Pag. 228. lin. 8. *cap.* 28.	*cap.* 29.
Pag. 234. lin. 1. Not. inaptitudinem	ineptitudinem
Pag. 245. lin. 22. Not. marg. *v.* 20.	*v.* 29.
Pag. 247. lin. 14. contentionis,	contentionis
Pag. 247. lin. 20. fervidos	fervidos,
Pag. 248. lin. 10. valenti	volenti
Pag. 249. lin. penult. *cap.* 31.	*cap.* 33.
Pag. 250. lin. 11. *cap.* 34.	*cap.* 36.
Pag. 252. lin. 6. *cap.* 34.	*cap.* 36.
Pag. 253. lin. 14. *cap.* 36.	*cap.* 38.
Pag. 256. lin. 10. *cap.* 36.	*cap.* 38.
Pag. 258. lin. ult. Not. inferebat.	inferebant.
Pag. 259. lin. 28. *cap.* 37.	*cap.* 39.
Pag. 266. lin. 24. populorum Judicibus,	populorum, de Judicibus,
Pag. 267. lin. ult. Not. pauperem, procuratorem	pauperem procuratorem
Pag. 272. lin. ult. Not. habere.	haberent.
Pag. 284. lin. 6. *habetur.*	*Habeatur.*
Pag. 295. lin. 1. Not. Ecclesia	Ecclesiæ
Pag. 304. lin. 26. nihilomnium	nihil omnium
Pag. 308. lin. penult. Not. Gnoscis	Gnosticis
Pag. 322. lin. 17. in qua, suscepti	in qua suscepti
Pag. 390. lin. 7. pos	post
Pag. 411. lin. 21. *ex*	*et*
Pag. 436. lin. 1. canonibus	*a* canonibus
Pag. 482. lin. 2. Not. triennium	tricennium
Pag. 520. lin 3. Not. grave	prave
Pag. 553. lin. 42. Not. Bassi	Basti
Pag. 555. lin. 19. Not. Ossonabensi,	Ossonobensi,
Pag. 555. lin. 21. Not. dubitat	dubito
Pag. 555. lin. 24. Not. Ossonabensem,	Ossonobensem,
Pag. 555. lin. 34. Not. *Oxense*	*Orense*
Pag. 556. lin. 25. Not. paternus	Paternus
Pag. 556. lin. 30. Not. Muncipiis	municipii
Pag. 558. lin. 19. DXVIII.	DXVII.
Pag. 561. lin. 9. Not. Primum.	Prima.
Pag. 566. lin. 6. Not. concilium procedebat, adhuc	concilium, procedebat adhuc
Pag. 579. lin. 4. Not. annonæ, et bellicæ virtutis	annona, et bellica virtute
Pag. 582. lin. 26. recte	rectæ
Pag. 584. lin. 1. antefertur	antefertur *a*
Pag. 585. lin. ult. *cap.* 8.	*cap.* 9.
Pag. 589. lin. 2. Not. recupaverat.	recuperaverat
Pag. 598. lin. 7. Not. quæ	quo
Pag. 609. lin. 24. Agritius *m*	Agritius *l*
Pag. ead. lin. 26. Cinidius *n*	Cinidius *m*
Pag. ead. lin. 17. Not. *l* Qui secundo.	*k* Qui secundo
Pag. ead. lin. ead. Not. *m* Subscribit	*l* subscribit
Pag. ead. lin. 8. Not. *n* subscribit.	*m* subscribit
Pag. 613. lin. 17. Not. exceptis	excerptis
Pag. 615. lin. 16. Not. testatur, Biclarensis	testatur Biclarensis
Pag. 618. lin. 9. o.	30.
Pag. 619. lin. 1. Not. 599.	699.
Pag. 621. lin. 7. Pampilonensis.	Pampilonensis *f.*
Pag. 621. lin. 13. Not. n.	an.
Pag. 625. lin. 30. 699.	599.
Pag. 640. lin. 7. Not. Tolet. IV.	Tolet. VI.
Pag. 651. lin. 8. Not. IX. et X.	X. et XI.
Pag. 659. lin. 7. Not. archidiaconus	archidiaconi subscriptio
Pag. 664. lin. 1. Not. XII.	XIII.
Pag. 671. lin. 5. Not. spasandum	Spasandum
Pag. 674. lin. 7. Not. Ucitensis	Urcitensis
Pag. 688. lin. 2. Not. Exprobationibus.	Exprobrationibus.
Pag. 688. lin. 5. Not. gesticulatore	gesticulatores
Pag. 693. lin. 9. *castigantus*	*castigatus.*

Errata.	*Corrige.*
Pag. 697. lin. 12. Not. surreperant	surripuerant
Pag. 705. lin. 2. *ex eadem*,	*Ex collect. Martini Brach.*
Pag. 710. lin. ult. Not. cap. 4.	cap. 3.
Pag. 754. lin. 5. Not. Tolet.	Cæsaraugust.
Pag. 758. lin. 1. Not. Evodii Imperatoris	Evodii, imperatoris
Pag. 759. lin. 10. synodice	synodicæ
Pag. 771. lin. 8. episcopus,	episcopus *b*
Pag. 773. lin. 3. Not. libi	sibi
Pag. 776. lin. 8. Not. si .... afflatui	Ex .... afflatu
Pag. 776. lin. 9. Not. Manichæis,	Ex Manichæis,
Pag. 790. lin. 4. duabus	duobus
Pag. 800. lin. 18. anathema	anathemate
Pag. 801. lin. penult. Not. acceperit	acceperit ab episcopo

Ad hæc præponas oportet conciliorum notis summaria seu epigraphes canonum Pag. 18. cap. 8. pag. 24. cap. 20. pag. 25. cap. 21. et 22. pag. 26. cap. 24. pag. 40. cap. 42. pag. 41. cap. 43. pag. 43. cap. 1. pag. 48. cap. 12. pag. 73. cap. 1. pag. 80. cap. 5. et 6. pag. 96. cap. 1. et 2. pag. 97. cap. 4. et 5. pag. 99. cap. 11. pag. 101. cap. 15. pag. 103. cap. 4. et 5. pag. 106. cap. 12. et 1. pag. 110. cap. 1. pag. 111. cap. 2.

Postremo inter hæc verba: *Ex eodem can.* vel *Ex eadem cap.* ad initia capitum apposita insere comma, quod quidem ad folium usque 144. omissum fuit.

Omnia, nisi post diutinam lectionem deprehendere non licet.